


De trinitate

Ms. 4.º pergamino, foliado hasta
321. con el indice q.e está al fin,
le falta la portada, bien tratado
completo.

R = Medina. De trinitate.



Prolocutio.

Preclaré quidem Auditores S. Dionisius de mistica theologia cap.e 1.o Deum vistitiflum lumine, et caligine circunfusum vocat. quod sic expono; licet in Deo plura sint que facile menti humana po test assequi, qualia sunt atributa ceteraque perfectiones, que commu niter dicuntur secundarie, tamen alia reperiuntur, que mentis aciem subterfugiunt, neque a nobis cerni, tractarivé permitunt, iuxta id Re givatis Psalmo 103 decantatis Deum indutum decore, seu amictum lumine, sicut vestimento, et adhuc posuisse tenebras latibulum suum Psalmo 17. quod de astruentissimo misterio trinitatis, non incongrué in telligo. non quod abunde est hoc misterium nisi nox, et tenebre nobis eri pientes omnem sui cognitionem, sicut solet calliginosa obscuritas inpedire caloris aspectum. quia propter intra secretum illud, ad quod ad ditus non patet, intelligendum est latere Divinitatem, maxime prop ter misterium trinitatis. at licet hoc itasit animum, et mentem Di vinum favete numine, in eius contemplatione merigimus. sobrié ta men et humiliter, non ut ait S. Augustinus l.o de trinitate cap.e 3.o; nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid queritur, nec fru tuosius aliquid invenitur.

Circa hoc veró misterium preter consilia, que toto ma teriaque discursu dabimus, egregié, copiose quoque disputarunt Antiqui Recensiores Atanasius, Nasianzenus, Crisostomus, Augustinus, Ful gentius, et D. Thomas cum expositoribus 1a parte a q.e 27 usque ad 43, nos autem ordinem omitentes, quem S. Doctor in proponendis ques tionibus, et dificultatibus observat comodiori metodo, totam mate riam in octo tractatus distribuimus. 1us erit de trinitate personarum in unitate nature, vel cuiusvis alterius predicati. 2us de processionibus Divinarum Personarum. 3us de relationibus Divinarum Persona rum. 4us de constitutivo Divinarum personarum. 5us de Prima Persona Patris. 6us de 2a Persona Filij. 7us de 3a Persona Spi ritus Sancti. 8us de misione Divinarum Personarum. 1.o de trinitate Personarum in unitate nature, vel cuiusvis alterius predicati, tractatus 1us an Deo conveniat trinitas Personarum in unitate nature q.o 1a. statuitur certa doctrina caput 1um



quelibet difficultas, et scientia iuxta Philosophum 1° posteriorum an tequam naturam subiecti circa q versatur, eiusque proprietates, causas et effectus discutiat, premittere debet illius existentiam; qª ieuerit de subiecto ñ supponente, hinc est, ut licet ex processionibus Divinis oriatur multiplicitas personarum in eadem natura, tamen prius quam de his processionibus agerem, premittere decrevi possibilitatem, et exis tentiam huius misterij, q totum in eo consistit, ut triplex persona litas realiter identificetur eidem numero naturæ. querimus ergo num hoc misterium sit possibile, de factoque detur in Deo.

Prima conclusio trinitatis misterium ñ re pugnat in Deo est certissima; pr. qª nullo ex capite ostenditur repug nare, ut argumentorum solutione constabit. imo supposita fide, quæ nos edocet actualem existentiam huius misterij ñ solum est certa sed evidens ista conclusio; n. ista condicionalis est evidens. si datur mis terium trinitatis illud est possibile, seu ñ repugnans.

Sed cum rem esse possibilem, vel ñ repugnantem pro veniat formaliter a poa, qua potest existere, nescium est assignemus poam a qua formaliter denominatur misterium trinitatis possibile, vel ñ repugnans

Duplex

Duplex est p̄oa alia logica, et alia phisica: logica est n̄ repugnantia predicatorum; phisica est virtus productiva rei: logica debet convenire cuiqꝫ rei, hoc ipso, q̄ existat, n̄ autem opus est, ut etiam per phisica conveniat. ratio est aperta, n̄ eo ipso q̄ res existat n̄ repugnat in suis predicatis, at n̄ eo ipso habet principium sui. sic Deus actualiter existit, et c̄oenter n̄ repugnat existere, neqꝫ tamen habet principium a quo producatur. idem est in eterno Patre. unde bene valet ab actu ad p̄oam; n̄ quidem phisicam, sed logam; n̄ ex eo q̄ res actualiter existat bene infertur q̄ n̄ repugnet existere; sed n̄ infertur, q̄ producatur. adverto tamen cuiqꝫ rei convenire debere logam p̄oam, eo ipso q̄ phisica conveniat, licet n̄ econtra. patet ex dictis; q̄a si res potest produci n̄ afert predicatorum repugnantiam, licet ex eo q̄ n̄ aferat repugnantiam minime sequatur posse produci. iam igitur statuo, misterium trinitatis denominari phisicé per vtramqꝫ p̄oam ratio est n̄am aliqua predicata sunt in hoc misterio, que terminant vtramqꝫ p̄oam, et abstraqꝫ dicuntur possibilia. ea sunt personalitas filij et Spiritus Sancti, que repugnantiam in suis predicatis n̄ aferunt, et ulterius producuntur per phisicam, et ea dem virtutem, ut infra dicemus alia vero sunt, quibus n̄ convenit nisi loga p̄oa seu n̄ repugnantia predicatorum. ut natura divina personalitas Patris &c.a unde colligitur potentiam logam, et n̄ phisicam transcendere quecunqꝫ predicata Divina, q̄a n̄ omnia producuntur, licet omnia n̄ repugnent.

2a conclusio; de facto convenit Deo misterium trinitatis; est de fide; q̄a et supposita la conclusione, n̄ solum est certa, sed evidens natura li lumine. hec 2a conclusio p̄r; n̄ evidens est, de facto habere Deum q̄q̄ per identitatem habere potest: ergo potest habere per identitatem cum eadem natura triplicem Personalitatem, habet eam de facto. neqꝫ hoc est speciale in Deo; sed commune cuilibet enti creato, n̄ eo ipso q̄ existat habere debet omne illud predicatum, q̄ per identitatem ei n̄ repugnat secus carere posset eo predicato, q̄ per identitatem habere potest. q̄ est impossibile quando predicatum extrinsecum est, vel per unionem convenit

convenit subiecto, bene potest actu non convenire, quamvis actu subiectum existat; at quando convenire debet per identitatem opus est, ut actu conveniat, si subiectum actualiter existit, et habere potest illud predicatum.

Denique tria notanda sunt 1um. huic statutae veritati quae negari nequit ab ullo catolico duplicem heresim apponi. 1a eorum qui dixerunt tot esse naturas, quot Personas in deo. quin est sub hoc errore contineri in dicto sententiam, cuius meminit Pater Montoya disputatione 22 de trinitate, et late impugnat P. Arriaga dispe 42 de trinitate sectione 2a quae non aliam unitatem preter unitatem specificam naturae Divinae concedit. unde ait tres Personas Divinas habere solam unitatem similitudinis in natura, sicut habet Petrus et Paulus. hoc autem quis chatolicus non videat esse misterium trinitatis evertere, cum ex Divina fide constet, unicam indivisibilem et imperceptibilem naturam identificari tribus Personis. 2a heresis est eorum qui tantum unicam Personam sicut et unicam naturam admittebant, esto denotaretur illa Pater, qua producit creaturas, filius qua naturam humanam terminat, et spiritus Sanctus, quando per infusionem gratiae santificat, verum circa utriusque heresis confutationem adeantur nostri DD. ubi latissime res agitur contra hereticos. nos enim cum chatolicis, et non hereticis consertamus.

2um notandum, ab omnibus, ut indubitatum supponi mysterium trinitatis solum in divinis esse possibile, non in creatis, eo quod infinitam arguat perfectionem. sed hoc assertum non est adeo mihi sertum, ut de illo dubitare non liceat, semel enim supposita possibilitate huius misterij 2um se, sicut modo supponitur, et amplius ex argutorum solutione constabit, non video sufficienter probari, quod illud exigat perfectionem infinitam, usque dum ergo probetur, non improbabo possibilitatem trinitatis in rebus creatis.

3um notandum. nihil directe contra 1am conclusionem obiici posse, quoniam uti dixi, supposita 2a evidens est. contra 2um autem et consequenter inde contra 2um possunt opponi plura, quae huius misterij

misterij repugnantiam intendunt. precipua percurremus, et in sequentibus capitibus diluemus. § mysterium trinitatis non pugnat cum recta ratione. caput 2um

Primum argumentum contra mysterium trinitatis ex hoc capite desumitur. etenim illud est impossibile, quod ponitur cum recta ratione, vel naturali lumine, sed mysterium trinitatis oponitur cum recta ratione, vel naturali lumine, ergo mysterium trinitatis est impossibile. maior videtur certa, minor probatur; quia naturalis vis intelectus nostri, si proprijs viribus relinqueretur, iudicaret impossibile mysterium trinitatis, at huic impossibilitati contrariatur, et opponitur eius possibilitas, quam nos adstruimus, ergo mysterium hoc opponitur cum recta ratione, vel naturali lumine.

Respondetur omissa maiori negando minorem. ad eius probationem omissa maiori, et minori negando consequentiam; quia licet possibilitas huius mysterij pugnet cum impossibilitate, quam nullus iudicaret, si fide in per naturali non premuniretur, adhuc non pugnaret cum recta ratione neque cum naturali lumine, quia tale iudicium, ut pote falsum, et erroneum non esset recta ratio, vel naturale lumen; sed falsitas, et deceptio.

Instas, illud dictum nequit esse possibile, quod prudenter, ut impossibile iudicaretur a b intellectu suis viribus relicto: sed ita iudicaretur mysterium trinitatis ergo etc. Respondetur negando maiorem, quia sepius ob dificultatem relucentem in obiecti possibilitate prudenter censetur impossibile, quin inde colligitur illud realiter esse impossibile, sed ad summum infertur eius possibilitatem esse extra, vel supra sferam intus ~~...~~ proprijs viribus relicti, quod libenter fatemur de mysterio

mysterio trinitatis: etenim extra, et supra spheram naturalem intus q^a nequit ab illo naturaliter cognosci, ut infra dicemus.

Sed hinc poteris adhuc instare: mysterium trinitatis est contra omnem actum naturalem, vel erga illud: ergo est contra rectam rationem, seu naturae lumen, ut aliqui loquuntur. ant. pr. q^a mysterium trinitatis est contra omnem actum falsum versantem erga illud: at omnis actus naturalis erit falsus: ergo mysterium trinitatis est contra omnem actum naturalem versantem erga illud: pr. minor, n. eo ipso, q. actus sit naturalis nequit attingere mysterium ut est in se, n. aliter posset illud cognosci viribus naturalibus intus, q. communiter negatur.

Respondetur concesso ant. negando conam q^a cum actus naturalis, ut in argumento proponitur, eo ipso q. versetur circa possibilitatem trinitatis sit falsus n. potest esse recta ratio, sed falsitas, et mendacium, proinde q. licet ei trinitas opponatur, n. opponitur cum recta ratione. mitto q. aliqui dicere possunt, infra q. discutiam, videlicet supposita fide cognoscibilem esse trinitatem, ut possibilem, et existentem per naturalem actum. unde n. opponitur trinitas cum quolibet actu naturali, qui versetur erga illam.

Q. dicas ulterius, opponi saltem hoc mysterium cum primis principiis evidentibus, et per se notis, quae vocari solent recta ratio, vel naturale lumen. Respondetur hoc esse falsissimum ut ex hac ipsa q^e constabit. demum ex doctrina recentiorum advertas, q. recta ratio triplici sumitur. 1° radicaliter pro ipsa vi intellectiva, quatenus potest naturaliter cognoscere. 2° formaliter pro quolibet actu naturali vero. 3° obiective pro quovis obiecto naturaliter cognoscibili cum veritate. iam ergo statuo trinitatem n. opponi cum recta ratione radicaliter sumpta nam utraque simul stat; neque etiam per opponitur cum recta ratione formaliter, aut obiective accepta; q^a trinitas nullum actum naturalem, vel obiectum naturaliter cognoscibile cum veritate destruit

Notanter loquor de actu naturali vero, et obiecto naturaliter cognoscibile cum veritate, q^a mihi certum est opponi trinitatem

trinitatem cum pluribus actibus naturalibus, et obtis naturaliter cognoscibilibus, si falso cognoscantur. etenim potest trinitas, ut inpossibilis, et ut ñ existens cognosci per naturales actus, at his actibus et obtis opponitur trinitas, quę possibilis est, et existens. ergo etc.

4º mysterium trinitatis stat cum eo prìo, quę sunt eadem vni tertio sunt idem inter se. caput 3um

Sum argũtum contra possibilitatem huius mysterij sumitur inde q opponi videtur ei decantatissimo prìo, quę sunt eadem vni tertio sunt idem inter se. ņ tres Divinę Personę realiter identificantur cum natura Divina, neqß tamen identificantur inter se. pugnat igitur hoc mysterium cum eo celebri prìo evidenter qß repugnat. q si rationem petas cur ea, quę cum vno 3º sunt iden deveant identificari inter se, facile dabo; qª scilicet convenirent taliter eidem entitati duo contradictoria, ņ si medium realiter identificatur huic extremo, medium est eadem entitas cum hoc extremo: ergo si medium identificatur huic 2º extremo, cui tum ñ identificatur, iam eadem entitas identificabitur, et ñ identificabitur cum hoc 2º extremo.

Unde colliges hoc tum habere locum, tam in creatis, quam in Divinis, ņ ratio facta prescindit a materia, neqß minus repugnat verificari duo contradictoria de eadem entitate Divina, quam creata. quapropter mihi ñ placent, qui dicunt superius axioma tantum intelligendum circa res creatas, supponentes ergo prìum illud universalissimum esse, restat aliorum solutiones discutere prius, quam nostram proponamus.

Et in primis aliqui thomistę respondent ex Sancto thoma prima

prima parte q.e 8 a articulo 3.o in solutione ad 1um, tunc extrema debere identificari inter se, quando non solum realiter, sed etiam ratione identificantur cum medio, secus autem quando solum identificantur realiter et perinde distinguuntur; unde cum Personae, seu personalitates Divinae solum realiter, et non perinde identificentur cum essentia, non sequitur, ut inter se debeant identificari.

Sed aperte confutantur 1.o; quia intellectio, et volitio solum realiter et non perinde identificantur ~~inter se~~, cum natura Divina, et tamen realiter identificantur inter se, quin ex identitate reali cum essentia communiter colligitur identitas realis earum perfectionum inter se, sufficit ergo realis identitas extremorum cum 3.o ad inferendam identitatem realem eorundem extremorum inter se.

2.o; quia ea ratione qua fuerit identitas extremorum cum 3.o debet esse identitas extremorum inter se; quare si talis identitas est realis, et non perinde, extrema saltem realiter, quamvis non perinde identificanda erunt inter se.

Quis ergo; quia licet inter essentiam, et Paternitatem detur solum identitas realis, et non rationis, adhuc si Paternitas a filiatione distinguatur, et cum filiatione identificetur essentia, fiet aperte quod eidem entitati reali, quae est paternitas, et essentia conveniat realiter identificari, licet realiter distingui seu non identificari cum filiatione, quod repugnat.

Scotus autem in 1.o distinctione 2a q.e 4a, respondet nihil aliud eo principio denotari, nisi quod extrema, quae aliqua identitate sunt idem cum uno 3.o sunt eadem identitate idem inter se. verum si hoc intelligatur ut verba sonant, aperte falsum est, quia personalitates Divinae realiter identificantur cum essentia, neque tamen realiter identificantur inter se. non igitur extrema identificantur inter se ea identitate, qua identificantur cum medio. quod si Scotus intendat extrema identificata cum 3.o non realiter identificari inter se, nisi sub 3.o communi cum quo identificantur: non sufficienter respondet, quia nullus potest dubitare, quod si extrema identificantur

identificantur cum medio communi, identificantur interse ratione illius medij communis. prium autem intendit, q extrema ratione sui debent etiam identificari interse, ut patet ex ratione facta in eius probationem.

Hi ergo, et alij omnis facile nos respondemus, tum extrema realiter identificanda interse, quando non solum realiter sed etiam virtualiter identificantur cum medio; quando vero licet realiter identificentur, virtualiter distinguntur a medio, n opus est ut realiter identificentur interse. cum ergo Persone, seu personalitates Divine virtualiter distinguantur ab essentia, quamvis ei realiter identificentur, ut infra dicemus, opus n est, ut realiter identificentur interse.

Hoc apertissime patet ex ipsamet ratione, qua preiactum axioma comprobavimus. etenim ex eo deberent extrema cum uno 3° identificata, secum ipsis identificari; q a sequeretur ut eidem entitati reali convenirent duo predicata 2um se contradictoria, vg Pater n identificaretur, et identificaretur natura Divina cum filio: sed hoc n est inconveniens admissa distintione virtuali inter Patrem, et naturam Divinam: igitur admissa distintione virtuali n opus est, ut extrema que realiter identificantur cum 3° realiter identificentur interse. 1° mysterium trinitatis infert contradictoria. caput 4um

3um argumentum contra trinitatem ita se habet, illud repugnat q infert predicata contradictoria; mysterium trinitatis infert predicata contradictoria ergo repugnat. maior est certissima, q a sicut repugnat poni simul contradictoria predicata, etiam repugnat id ex quo sequitur esse ponenda; valet enim ab impossibilitate coentis, ad impo=

in possibilitatem antis, sicut et a negatione consequentis ad negationem antis. probo minor, quia trinitatis mysterium infert Paternitatem distingui realiter, et essentiam non distingui realiter a filiatione. essentiam identificari realiter, et filiationem non identificari realiter cum spiritu sancto. essentiam esse communem tribus Personis per identitatem, et spirationem passivam non sic esse communem. filiationem a Patre produci, non vero produci essentiam. Paternitatem, et non essentiam opponi cum filiatione. etc.

Quod autem hec predicata sint contradictoria probo; nam in primis dubitari nequit, illa sumpta, vel materialiter sumpta esse contradictoria, quia sicut existere, et non existere contradictorie opponuntur sumpta, ita communicari, et non communicari, produci, et non produci, distingui realiter, et non distingui realiter opponuntur sumpta. quod autem in Deo formaliter opponantur ostendo. quia verificantur de eadem entitate, scilicet essentia ~~distinc~~ et relatione, que realiter identificantur. nam essentia dicitur communis, et relatio non est communis. essentia non opponitur filiationi, et relatio Patris opponitur, essentia non producitur, et spiratio passiva producitur.

Valde Recentiores insudant, in auferenda oppositione horum predicatorum, non quidem sumpta, nam dubitari nequit ut iam dixi, ea sumpta ita necessario opponi, ut nullatenus possint ab oppositione absolvi, sed respectu subiecti, quatenus videlicet, non verificentur de eodem, sed diversis subiectis, nam licet predicata sint ex se contradictoria, bene possunt verificari simul de diversis subiectis, quia tunc non formaliter, sed materialiter opponuntur, ut de Petro verificatur, quod sit albus, de Paulo, quod non sit albus etc.

In hunc ergo finem personalitates, vel relationes posuit Durandus realiter ab essentia distinctas, nam ea distinctione, que datur inter rem, et rem, sed inter rem, et modum illius; sed eius oppinio male audit, ut postea videbimus, in ea tamen facillime tolleretur oppositio, quia sicut verificatur de subiecto, quod afficitur per

per modum, essendo totum, et ñ esse modum; et e contra verificatur de modo q[uod] sit modus, et ñ sit totum, ita verificari possunt essentiam communicari, et ñ opponi cum filiatione, Paternitatem autem opponi, et ñ communicari. nihilominus tamen, ea distinctio, quam Durandus posuit ñ esse admitenda Scotistæ confugiunt ad suam distintionem mediam, quam inter essentias, et relationes inducunt. eam tamen infra rejiciemus. Thomistæ recurrunt ad distintionem rationis, quam sufficere iudicant, ut ea prædicata verificentur de relationibus, et eam ñ esse difficultatem late monstrabimus cum in sistua tua sermo de distintione relationum ad essentia.

Facilius nos supponentes modo virtualem distintionem, quam infra propugnabimus inter essentiam, et relationes, vi cuius licet realiter identificentur istæ perfectiones æquivalent rebus realiter distinctis et distinctis, in ordine scilicet ad subeunda prædicata sumse contradictoria, vel quæ alias essent contradictoria, ut aliqui loquuntur. Respondemus ad argumentum concessa maiori, negando minorem. ad cuius probationem dicimus, ea omnia prædicata licet contradictoria sumse ñ verificari de eodem omnino subiecto, proinde q[uod] ñ servare formalem, et rigorosam oppositionem; q[ui]a verificantur de essentia et relatione constituentibus eamdem quidem entitatem realem, sed multiplicem virtualiter.

Quamvis ergo de hac distintione virtuali plura demus infra, tamen in presenti notetur, essentiam, et relationes posse dupliciter exprimi, vel proprijs nominibus, eas quasi divisim, et ut virtualiter distinctas afferentibus, vel aliqua ratione communi, quæ utramq[ue] illam perfectionem adequet, et per modum unius afferat. v.g. iudicatur entitas Patris, entitas filij, vel entitas Spiritus sancti.

Iam igitur quando loquimur de essentia et relationibus. 1.º modo possumus absolute proferre de illis propositiones sumse contradictorias, q[ui]a dicere possumus: essentia communicatur, et ñ communicatur relatio. Paternitas opponitur, ñ opponitur essentia. quando vero loquimur sub nomine communi

communi, solumerit vera propositio afirmativa, negativa, vero falsa, qª falsum est dicere, q entitas Patris n̄ communicetur, aut n̄ opponatur, eo q sensus sit, nullo modo communicari, vel opponi, cum negatio destruat, q q postea invenit; at entitas Patris, aliquomodo communicatur, et opponitur. ergo falsa est negativa propositio, et solum afirmativa est vera. tº mysterium trinitatis evertit artem sylogisticam. caput 5um.

4um argumentum, quo possibilitas trinitatis propugnatur ex arte sylogistica petitur. etenim ea materia, vel subiectum repugnat, in quibus n̄ valet ars sylogistica; sed n̄ valet in mysterio trinitatis. ergo etª. minor probatur in medium adducendum plures sylogismos ubi licet omnes regulę serventur, adhuc infertur consequens falsum ex premisis veris.

Ad tria vero capita possunt hi sylogismi reduci claritatis gratia. tum in quo concludatur, et inferatur de una Persona Divina, q est proprium alterius. tum ubi deducantur de natura Divina, quę propria sunt Divinarum Personarum. tum in quo predicata propria naturę Divinę vel alterius perfectionis absolute deducantur, et enuntientur, de illa relatione, vel personalitate, quę specialiter convenit, huic, ac illi personę Divinę.

Ad tum genus spectant hi discursus: omnis natura Divina est Pater; sed filius est natura Divina; ergo filius

filius est Pater. omnis natura Divina est filius: sed omnis natura Divina est Pater; ergo Pater est filius. omnis essentia Divina identificatur cum Patre; sed omnis essentia Divina est idem cum filio; ergo filius est idem cum Patre. in quibus sernitur falsas esse propositiones illatas, quamvis inferentes veritatem, dispositionem qꝫ iuxta regulas artis sylogisticæ.

Ad 2um caput hi pertinent; omnis Pater Divinus distinguitur realiter a suo filio; sed omnis natura Divina est Pater Divinus: ergo natura Divina distinguitur realiter a filio Divino. omnis Pater Divinus generat: sed omnis Divina natura est Pater Divinus: igitur omnis natura Divina generat. omnis Pater Divinus oponitur relative suo filio; sed omnis natura Divina est Pater; ergo omnis natura Divina opponitur relative filio Patris. in quibus sylogismis consequens est falsum, et premisæ veræ, legitime qꝫ concludentes.

Pro 3° deniqꝫ capite possunt afirmari sequentes discursus alijs omissis, omnis natura Divina est communicabilis pluribus realiter distinctis Personis: filius est natura Divina; ergo filius est communicabilis pluribus realiter distinctis Personis. intellectio Divina est q. absolutum; filius est intelectio Divina; ergo filius est q. absolutum. natura Divina n̄ generat; Pater est natura Divina; ergo Pater n̄ generat. ubi legitime sunt illationes, et illata falsa, cum inferentibus veris.

Hoc argutum adeo torsit aliquos Doctores, ut coacti fuerint asserere, n̄ valere artem sylogisticam in Divinis. sed inmerito; n̄ ars sylogistica precindit a materia, quapropter, vel in quavis, vel in nulla concludere debet. 2° n̄ similiter dici posset eam enervari n̄ solum quoad trinitatem in unitate, sed quoad alias etiam perfectiones Divinas, v.g. voluntatem, scientiam, predestinationem, etª

3°

3.° denique, non me omnino convincit hec ratio; pluri bus alijs omissis, quas Montoya producit disp. e 15 de trinitate. repugnat etiam in Divinis, et circa quamlibet Dei perfectionem ut detur id quod habet infallibilem, et methaphisicam conexionem cum alio, quin detur aliud: ergo repugnat, ut syllogus recte concludat, et falsum conseqūens inferat ex premissis veris. patet consequentia non eo ipso, quod premisse sint vere, datur eius obiectum, et eo ipso, quod recte inferant, habet earum obiectum methaphisicam conexionem cum obiecto consequentis: ergo repugnat, quod existente premissarum obiecto non detur obiectum consequentis. unde nequit fallere syllogus etiam in Divinis, sive talis sit.

Ut arguto respondeam adverto, quod si medium syllogi sit terminus communis debet sufficienter distribui. pro quo supponas alium esse terminum communem communitate reali, qualis est natura, vel essentia Divina, cognitio, et voluntas Dei, nam quevis absoluta perfectio Dei realiter, indivisibiliter, et absque sui plurificatione identificatur tribus Divinis Personis realiter distinctis. alij vero sunt communes, communitate rationis, ut homo, vel equus; quia natura humana realiter non est una, sed multiplex in hominibus, cum ea, que reperiuntur in Petro, non sint realiter in Paulo, quamvis utraque fiat una unitate precisionis, et abstractionis.

Preterea supponas terminum communem communitate rationis distribui sufficienter per hec distributiva signa: omnis, quicunque, nullus. at terminum communem communitate reali non sufficienter per illa signa sed per hec distributiva, quaequae, vel omnis res, que est essentia, natura, vel quevis alia absoluta Dei perfectio; nam signum omnis, ratione relativi adiuncti, equivalet quaequae. unde fit latius patere signum quaequae, quam signum omnis, cum illud distribuat quaequae potest distribuere signum omnis, et non e contra.

Hinc ergo detegitur fallacia, que latet in predictis syllogis et cur inferant consequens aperte falsum, ex premissis, que, a facie verissime apparent, quia scilicet in eis non sufficienter distribuitur terminus communis

communis cum ñ adiungatur ei signum qq, vel aliud equivalens, sed sig num omnis, q manifesté constabit, si loco signi omnis apponas signum qq, vg in 1º syllogo, q pertinet ad tam clasem dicas, qq est natura Divina est Pater; filius est natura Divina; ergo filius est Pater. ef ficies quidem syllogum recte concludentem, sed cum maior ppo falsa erit quare ñ mirandum, q inferat cem falsam. idem pro reliquis syllogis notetur. ñ ergo fallit contra trinitatem ars syllogistica, sed plerumq ñ servatur. 4º aliqua solvantur de syllogismo ex positorio. caput 6um.

Contra dicta vero ca.pe precedenti sic obiicies. in ea ma teria ñ valet ars sylloga, in qua ñ valent eius pria, ex quibus tota vis inferendi derivatur: at in trinitate personarum cum unitate nature ñ valent eius modi pria. ñ igitur in ea materia valet ars sylloga. minor pr n pria sunt hec, quecumq identifican tur uni tertio, identificantur inter se. item quando duo extre ma ita se habent ut unum identificetur alicui tertio, cui ñ iden tificatur ~~aliud~~ alterum distinguuntur inter se. ut tam inservit syllogis affirmativis, tum negativis: at hec pria ñ valent in tri nitate ergo etc. minor pr t q a tum falsificatur in personalitatibus divi nis, que licet identificentur eidem numero nature ñ identifican tur inter se. falsificatur etiam 2um in essentia, et filiatione, que ñ distinguuntur inter se, quamvis cum paternitate identificetur essen tia, et a paternitate distinguatur filiatio. Propter hoc

Propter hoc argũtum aliqui DD enixe contendunt artem syllogam in eis principijs ñ fundari sed in his: dici de omni, et dici de nullo, quae sic explicantur: q[uo]d convenit subjecto perfecte distributo, convenit cuique sub eo contento, proindeque potest de illo praedicari. q[uo]d ñ convenit, seu q[uo]d removetur a subjecto perfecté distributo removetur a quolibet sub eo contento, proindeque potest de illo negari ñ tum inservit cuique syllogo affirmativa concludenti; tum vero cuique negative inferenti.

Dices bené ostendit Pater Arriaga disp. 43 sectione 1a haec duo principia dici de omni, et dici de nullo, ad alia duo reduci ñ in quolibet syllogo legitime constructo dantur extremitates, et medium, et q[uando] cum medio identificantur extremitates in praemissis, deducitur in c[onseque]nti, q[uod] identificentur inter se, qui modus inferendi proprius est syllogi afirmativé concludentis, q[uando] vero in praemissis una extremitas identificatur, et alia distinguitur a medio, infertur in c[onseque]nti q[uod] extremitates inter se distinguantur. qui modus inferendi convenit syllogo negativé concludenti.

Omissa ergo hac doctrina, respondetur ad argũtum concessa maiori negando minorem. ad eius probationem dicimus ea principia sic exponenda. quando sine distintione virtuali duo extrema identificantur uni tertio, identificantur inter se. quando ex duobus extremis unum sine distintione virtuali identificatur realiter cum tertio a quo distinguitur alterum, ea extrema distinguuntur realiter inter se. q[uae] sane verum habet tam in divinis quam in creatis, ac per c[onse]q[ue]ns utrobique habent locum ea principia. fateor distintionem virtualem cum identitate reali ñ esse possibilem in creatis, ut ex omnium mente supponitur in praesenti. principia tamen ista ab hoc praescindunt; q[uo]d eis per accidens est.

Obiicies praeterea. tales expositorij syllogi ñ habent locum in trinitate, cum in quavis alia materia legitime et evidenter concludant. p[robatu]r in his. haec natura divina est Pater; filius est haec natura

naturâ divina. ergo filius est Pater. Pater est hæc numero natura divina: sed hæc numero natura divina est filius. ergo Pater est filius. filius est hic numero Deus: sed hic numero Deus est spiritus sanctus: ergo filius est spiritus sanctus. hic numero Deus est trinus Pater est hic numero Deus. ergo Pater est trinus.

Respondetur negando ant. ad probationem dicas, eos syllogos inepté concludere ñ ratione materiæ, sed ratione formæ, q.a videlicet ñ constant medio omnino singulari, sed communi communitate reali; qualis est natura divina, vel quævis alia eius absoluta perfectio. sicut enim quando medium est distribuendum requiritur plena distributio, sic quando medium est singulare prout in syllogis expositorijs debet esse, requiritur omnimoda singularitas, quæ omnem communicabilitatem excludat: sed natura divina ñ excludit omnem communicabilitatem, cum potius exigat tribus personis communicari. ñ igitur est medium aptum pro conficiendo syllogo expositorio, nisi forte ratione alicuius adiuncti ita singularis fiat, ut nulla ei communicabilitas superesit. 1.o natura divina ñ nisi triplicem personalitatem admittit. caput 7um.

Hoc est 8um et ultimum caput unde potest in magnari mis terium trinitatis, q.a si semel concedatur, eandem indivisibilem divinam naturam posse cum pluribus Personis realiter distinctis identificari, ñ erit cur identificetur cum solis tribus, et ñ cum pluribus aut paucioribus: hoc 2um repugnat. ergo et 1um. hoc argumentum petit, ut rationem assignemus, si forte sit assignabilis cur natura divina

Divina sit identificabili, et identificetur de facto cum tribus personalitatibus, in ratione personalitatis distinctis, non tamen cum pluribus aut paucioribus.

Inprimis autem ex fide supponendum est in Deo reperiri de facto tres Personas nec plures aut pauciores reperiri posse. conspirant in hanc veritatem omnes Chatolici, et expresse continetur in sacra scriptura, ubi semper fit mentio trium Personarum, Mathei ultimo baptizantes eos in nomine Patris, et filij, et Spiritus Sancti. Ioannis ta canonica cap.e 5.o tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus. et hi tres unum sunt. mitto alia testimonia quia res apud Chatolicos est indubitata.

Neque audiendi sunt Heretici, qui maximum hoc nostrae fidei, religionisque fundamentum evertere conantur. ij vero sunt in duplici diferentia. nam alij qui sensent, duas tantum personalitates identificari cum natura divina, consequenter que duas tantum Personas in Deo reperiri. ita non nulli iudicantes, Spiritum Sanctum esse praedicatum absolutum, scilicet deitatem, qua Pater, et filius inter se copullantur, et sunt unus Deus, aut esse potentiam et virtutem, qua Pater et filius operari possunt ad extra. sic etiam qui iudicarunt, spiritum Sanctum esse quendam accidens creatum, et solum Patrem, ac filium esse Deum. ac denique plures alij, qui licet concederent spiritum sanctum esse personam a Patre filioque distintam, adhuc caserebant non ex natura divina, sed ex alio longe inferiori constare. tantum igitur duas personalitates qui heretici concedebant, alij vero plures quam tres admitebant. contra omnes vero stat nostra fides, quae tres personas et personalitates nos edocet.

Sed rogari potest an ratione naturali sufficienter probari possit ternarius iste personarum numerus in Deo? non video hanc dificultatem in tris ab ullo moveri, nam licet recentiores inquirant, an ratione naturali constare possit processiones esse duas, et non plures aut pauciores. attamen diversum quaestio est, an processiones sint duae

due, vel tres persone sint tres. hic ergo rationibus ostendere quis conatur ternarium numerum personarum.

Prima: quia in deo ut potente agente rationali, non sunt possibiles nisi due tantum processiones, et operationes, alia per intellectum, et alia per voluntatem. ergo non sunt possibiles nisi due tantum persone productae, sed alia inde necessarium est ut detur alia persona improducta. debent igitur dari tres persone non plures nec pauciores.

Hec ratio supponit duas tantum in Deo processiones reperiri supponit etiam, ultra personas procedentes, et productas aliam esse, que a nulla procedat, et a qua ipsae fluant, de quo infra. sed quamvis haec omnia demus non ostenditur adhuc eas duas processiones ad unicam personam non terminari, cum per duas actiones optime possit unicus terminus produci. nec insuper ostenditur, per has duas processiones non produci tres aut 4or personas cum non repugnet plures terminos unica fieri actione.

2a ratio supponit etiam unam ex divinis personis esse necessario improductam, et solum esse possibiles duas processiones. quo posito sic arguitur. ultra personam improductam assignari debent aliae due, non plures neque pauciores, que terminent has processiones. ergo tantum possibiles sunt tres persone. probatur antecedens quia cum Persone terminantes eas processiones pertineant ad diversas lineas, scilicet intellectum, et voluntatem, sic identificari nequeunt, ut unicam realiter personam constituant. deinde neque possunt ita plurificari ut resultent plus quam due, non una debet esse infinite perfecta in linea intellectus, et alia in linea voluntatis. ergo in nulla ex his lineis potest aliquid superesse quod proprium sit alterius persone.

Verum hec ratio licet omittatur, quod in ea supponitur adhuc mihi non omnino placet. 1o non sicut intellectus et voluntas identificantur in deo, quamvis ad lineas diversas pertineat, cur non poterit similiter identificari utraque persona, que per intellectum, et voluntatem procedit, quamvis ad lineas diversas pertineat.

2o e contra non video cur sicut plurificantur

plurificantur personae quamvis pertineant ad eandem lineam actus vitalis procedentis ab actu intus, et voluntatis, non possint etiam plurificari intra eandem lineam actus intellectus, vel voluntatis: nam sicut opus non est, ut quaelibet persona ita sit infinite perfecta ut quaelibet persona ita sit infinite perfecta in linea vitalis actus, ut exhauriat omnem perfectionem excogitabilem in ea linea, neque relinquat aliquid quod proprium sit alterius personae, sic opus non erit, ut dicat omnem perfectionem in linea cognitionis, vel in linea volitionis, sed huic personae sufficiet cognitio, quae terminatur ad Deum, alteri vero, quae terminatur ad creaturas. et huic personae satis erit volitio, quae fertur ad Deum, alteri, quae fertur ad creaturas, sicut huic personae sufficit actus vitalis, qui est cognitio, alteri vero, qui est amor.

Bar ratio. non si semel dicatur, plus quam unicam personam a Deo per intum produci, non erit cur infinitae non producantur. similiter, si praeter unam admitatur alia per voluntatem procedens non erit cur infinitae non admitantur: hoc autem absurdissimum est. ergo solum admitendae sunt duae personae productae, quarum una sit per intum, et alia per voluntatem. et cum aliunde supponatur alia in producta, necesarium est, triplicem solum personam admiti.

Forté iudicaret aliquis, atenta praecise ratione naturali nullum esse inconveniens admitere personas infinitas, imo potius esse necesario concedendas, tot scilicet, quot formalitates reperiuntur in divina cognitione circa infinita obiecta, quae tangit, et in amore divino circa infinita obiecta saltem posibilia, circa quae fertur: nam diversa persona erit, quae procedit per intum ut cognoscentem hanc speciem, ab ea quae procedit per eundem intum ut cognoscentem aliam speciem. sicut esse videtur distinctam personam, quae procedit ab actu vitali Dei, qua cognoscitivo, aut qua volitivo.

Ex dictis colligo ratione naturali praecise non sufficienter probari numerum ternarium personarum; sed quod mirum, ut misterium excedens

excedens omnem rationem provari nequeat ex ratione. sufficiat nostra fides, que certissimam, et indubitatam reddit hanc veritatem. noto vero q licet ratio naturalis n probet numerum ternarium personarum in deo, n tamen improbat illum, ut in sequenti capite demonstro. 4° obtis respondetur caput 6um.

Obiicies sic ad probandum unicam solum esse personam productam, et aliam producentem. Persona divina debet esse maioris perfectionis, que cogitari potest: sed n erit talis nisi unica sit, que producitur, et alia supponatur a qua producatur, ergo &a. pr minor q^a nisi unica sit, que producitur, n exhaurit ~~—~~ totam vim productivam Dei. neq rursus habebit omnem perfectionem excogitabilem in linea persone.

Respondetur distinguendo maiorem, que cogitari potest in sua linea. concedo maiorem. extra suam lineam; nego maiorem. sicut enim cognitio, et quevis alia perfectio Dei continere debet omnem perfectionem sue linee, n alterius, ita persona Divina in communi claudere debet omnem perfectionem pertinentem ad lineam persone in communi, et talis persona particularis omnem perfectionem, que pertinet ad lineam talis persone particularis, n alterius ut vel ex ipsamet obiectione redarguo. n persona producta n continet perfectionem, et virtutem producentis, neq producens habet predicatum q est in producta, scilicet produci, vel posse produci. sub hac distintione concedi vel negari debet minor pp°, cuius utraq probatio nihil urget.

Non itaq^a n oportet ut quelibet persona Divina hauriat omnem virtutem productivam Dei, sed eam, que pertinet ad suam lineam intus, aut voluntatis. n 2a q^a sufficit ut persona Divina contineat omnem perfectionem excogitabilem in linea talis persone. q si



ii persona dicere deveret omnem perfectionem excogitabilem in linea personæ, taliterq nullam perfectionem alteri personæ relinqueret unica solum persona daretur in Deo q est contra obiicientem, qui saltem unam producentem, et alteram productam admitit.

Præterea si obiicies ad provandum Personas divinas esse plures quam tres. nã si fæcunditas ad generandum est perfectio Patris, maior fecunditas erit maior perfectio. devet igitur Patri concedi fæcunditas, ut ñ unicum sed plures generet filios. idem argũtum formari potest in vi spirativa, quæ reperitur in Patre, et filio, nã ea terminari devet, ñ ad unum, sed plures Spiritus Sanctos ut fecundior, et perfectior sit.

Respondetur q fecunditas ad generandum ñ esset maior nisi ad summum extensivé casu quo terminaretur ad plures filios. ratio est nã filius de facto genitus est infinitus, illi vero, qui tunc generarentur essent finiti, et limitati, qa de facto haurit, et adequat omnem vim generativam, ex illis autem nullus adequaret; ergo stat, filium de facto genitum esse unicum, et adhuc vim generativam esse fæcundiorem, et perfectiorem, ac esset si posset plures generare. nã maior fæcunditas ñ tam ex numero terminorum, quam ex illorum perfectione pensari devet. idem dicas de virtute spirativa.

Sed instas. ex eo q Pater intelligat, producit verbum, sed ipsum verbum etiam intelligit. ergo producit aliud verbum, et sic in infinitum. rursus ex eo q Pater et filius amant spirant 3am Personam, quæ dicitur spiritus Sanctus: sed hæc 3a Persona ñ minus amat, quam Pater, et filius. ergo ñ minus spirat aliam Personam, quæ sit Spiritus Sanctus, et sic infinité.

Respondetur Patrem ñ ideo præcisé verbum producere, qa intelligit, neqß Patrem, et filium ideo præcisé spirare qa amant, sed ulterius etiam, qa vis intellectiva, et vollitiva ñ supponitur aliunde iam exercita. quare licet verbum intelligat ñ producit aliud verbum, qa intelligit per intellectionem, quæ iam exercuit

exercuit suam vim, dum esset in Patre. idem in virtute ~~spi~~ spirativa contingit, nam cum eadem sit in omnibus personis, et in duabus primis ~~cum eadem sit suam in~~ exhauserit totam suam vim, nequit ulterius in spiritu sancto exerceri producendo alteram personam. 4.° an intellectus creatus possit naturaliter cognoscere trinitatem? q.° 2a. q. de cognitione evidenti. caput tum

Postquam statuimus possibilitatem, et existentiam huius misterij restat ut expendamus, an et qua ratione possit ab intellectu cognosci. cum quia dupliciter possit intellectus in obiectum ferri, vel naturaliter, vel per ellevationem, ideo in presenti q.e agetur de intellectu naturalibus relicto in sequenti vero de intellectu supernaturaliter ellevato.

Rursus advertendum est, intellectum sive ellevatum sive absque ellevatione, posse versari circa obiectum per cognitionem evidentem, vel per probabilem. unaquaeque quia vero harum cognitionum dividitur in eam, quae consequitur ex premissis, et per discursum ab ipsis comparatum, et in eam quae inmediate et sine discursu fertur in obiectum. iterum dividitur in iudicativam, et aprehensivam. haec autem aprehensiva modo dividitur ulterius in simplicem, et complexam, de quibus divisionibus late dictum est in logica, et in libris de anima. iam igitur in presenti cap.e queritur, an intellectus naturaliter habere possit evidentem cognitionem trinitatis, sive illa cognitio sit inmediata, sive per discursum. a cap.e vero 3.° dicemus de cognitione probabili.

Statuo

Statuo 1º nequit intus naturaliter habere cognitionem evidentem, qua feratur immediate, et sine discursu in trinitatem. pr. q. secus ex aprehensione trorum cognosceretur misterium trinitatis, sicut cognoscitur totum esse maius sua parte; sed hoc est apertissime falsum. ergo cª. confirmo n. ideo cognoscitur sine discursu veritas hęc totum est maius sua parte, qª trī solet ita clare proponi per aprehensiones, aut ex ipsis bene penetratis intus transeat ad asensum, quamvis n. nunquam sit suspendatur, qª n. satis tri penetrantur, sed naturaliter nunquam per aprehensiones potest ita proponi possibilitas ad existentiam trinitatis, ut ex ipsis determinetur intus ad asensum, eo q. hęc veritas adeo superat ipsum intum, ut nunquam permitat eius trōs sufficienter penetrari; ergo cª.

Hinc infertur ppem istam Deus est trinus et unus n. esse notam per se, qª si talis esset, conciperetur ex aprehensione trorum. cum ppº nota per se, n. alia sit nisi quę sufficienter concipitur ex aprehensione trorum, ut in qe de nomine probabilium iudico.

Dices trinitas in personis, et unitas in essentia convenit Deo necesso. ergo qui sufficienter penetraret hos trōs Deum unitatem in essentia, trinitatem in personis, statim iudicaret Deum esse trinum in personis, et unum in essentia. ergo talis veritas est per se nota. patet n. ea veritas est per se nota, cui sufragium et asensum daret intum, si penetraret trōs illius, quamvis intus clarissime penetret hos trōs, Petrum, et cursum, adhuc n. determinatur sufficienter ad afirmandum, q. Petrus currat, qª cursus convenit Petro contingenter, et n. necesso, quare ppº hęc Petrus currit n. est per se nota. quando tamen extrema habent inter se habitudinem necesiam, ut in presenti contingit penetratis extremis poterit, et forte tenebitur intus iudicare, q. unum alteri conveniat.

Respondetur concesso anti, et coª, negando 2am, ad eius probationem dico veritatem per se notam, n. esse illam presciné, cui daret intus asensus si trōs illius penetraret, sed

sed ulterius, quem ut in plurimum penetrare permitit, quanvis aliquando per accidens ab intus non penetretur, cum ergo trinitas, et unitas obingentem sui dificultatem nunquam se penetrari sinat, non est perscrutanda, quanvis de illa verificetur, ea conditionalis, quod intus ei asentiretur, si terminos illius penetraret.

Statuo 2º nequit intellectus naturaliter cognoscere mysterium trinitatis per discursum evidentem, loquor de trinitate, sive ut possibili, sive ut existenti. ratio huius conclusionis, que communissima est inter Authores, in de sumitur, quod nullum sit medium naturaliter, et evidenter a nobis cognoscibile, per quod venire possimus in evidentem notitiam trinitatis, ut melius constabit non nulla exponendo, de quibus capº subsequenti. 4º enodantur aliqua dubia caput 2um

Dices 1º inter possibile, et inpossibile non datur medium: sed ratio naturalis demonstrare nequit trinitatem inpossibilem esse ergo potest demonstrare possibilem esse. Respondetur negando consequentiam, quia potest optime nullum ex contradictorijs demonstrari. quanvis aliquod a parte rei necessario debeat existere, quod evidentissime patet quando circa utrumque contradictorium dubitamus, v.g. an Turca modo sedeat, vel non sedeat. aut quando solum opiniones probabiles que circa contradictoria versantur, ut an relatio predicamentalis distinguatur realiter vel non distinguatur a fundamento, et c.

Dices 2º ratio naturalis evidenter cognoscit Deum esse summe felicem: sed evidens est felicitatem unius persone stare non posse absque consortio aliarum; ergo evidens est in Deo reperiri plures personas.

Hoc argumentum in multis deficit, 1º quia non ostendit, has Personas esse tres, et non plures, aut pauciores. 2º quia non probat eas Personas

Personas habere unitatem in natura. 3° q^a licet felicitas in creatis sta re nequeat absq[ue] consortio plurium n̄ tamen in divinis, ratio est q^a cum Deus sibi sufficiat, nullum commodum, vel utilitatem ab alio percipit, quam ex se habere n̄ possit; ac creatura quevis participat ex alio maximum emolumentum. unde stando precise rationi naturali, n̄ censeretur Deus ege re pluribus Personis ad sui commodum, et felicitatem.

Dices 3° evidenter constat Deum ut pote bonum summum, esse summé diffusivum sui; sed evidens est in productione creaturarum n̄ exer cere summam diffusionem, et communicationem sui, q^a creaturę finitę et limitatę sunt; constat igitur evidenter illam exercere per produc tiones ad intra, scilicet per intum, et voluntatem, ex quibus duę Personę sub eadem natura procedant. et cum aliunde sit evidens dari Personam aliam inproductam, infertur tandem evidenter dari tres Personas in ea dem natura.

Respondetur, q^d licet omittamus summum bonum evidenter esse diffusivum, et communicativum sui, tamen evidenter n̄ constat, hanc diffusionem, et communicationem infinitam esse devere per productio nem personarum ad intra, q^a n̄ constat evidenter, eiusmodi productio nem esse possibilem, rursus neq[ue] constat evidenter hanc diffusionem exercendam producendo personas eiusdem naturę. neq[ue] siten duas et n̄ plures esse trois huius productionis: q^a ratio naturalis potius ad plu res, imo ad infinitas inclinare videtur, eo q^d sic Deus infinité com municaretur.

Alia n̄ nulla quę levissima sunt, et apud Authores facile vide ri possunt omitto. solum advertas, hanc doctrinam intelligendam de omni intu creato, tam humano, quam Angelico, nullus enim potest evidenter imo, nec probabiliter, ut mox dicemus habere notitiam huius mysterij. rursus advertas, id etiam intelligendum nulla facta revelatione, sed intu precise suis viribus relicto. n̄ in sub sequenti q^e dicam, qua ratione possit hęc veritas supposita revelatio ne cognosci. demum advertas doctrinam in precedenti capite

capite statutam ex dicendis in subsequenti magis roborari, n dicemus, nec probabiliter posse mysterium trinitatis, ab intu creato naturaliter cognosci. qui probabiliter nequit, a fortiori, nec evidenter. 1o q de cognitione probabili. caput 3um.

Dico, nostrum intum propriis viribus relictum, et omni revelatione seclusa, nec probabiliter posse mysterium trinitatis cognoscere. conclusio hec est communis inter Authores. in ea vero loquor de hoc mysterio tam ut possibili, quam, ut existenti. loquor etiam de cognitione probabili, quam intus ex motivo sufficienter proposito prudenter concipiat, q enim concedere n renuam, aliquando per accidens, et temeré concipi iudicium, et asensum ab intu circa hoc mysterium. denique loquor de cognitione probabili tam immediata, quam discursiva.

Probatur ergo resolutio proposita 1o ex Sacra Scriptura, n Mathei 16 Petro confitenti veram Xpti Divinitatem, et q esset proprius filius Dei vivi, respondit Xptus Dominus: beatus est Simon Bariona, q caro, et sanguis, n revelavit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est. ubi S. Hieronimus inquit: beatus dicitur, qui ultra humanum oculos intendisse, et videre laudatus est, n id q ex carne, et sanguine erat contuens, sed Dei filium coelestis Patris revelatione conspiciens. item Mathei, 11. nemo novit filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi filius, et cui voluerit filius revelare. ex quibus testimoniis, et aliis omissis deducitur aperté, seclusa revelatione n esse possibilem trinitatis cognitionem, quamvis probabilem, et oppinativam.

Probatur 2o ratione. n ut intus prudenter et probabiliter asentiatur dicto, n tan atenditur ipsius dicti veritas quam motivum intui propositum, ut eliciat asensum: sed revelatione

revelatione seclusa, quanvis esset firmissima veritas obiectiva trinitatis, adhuc intuitu proponeretur sufficiens motivum, ut prudenter, et probabiliter asentiretur dicto. non ergo posset asentiri, minor patet, quia proponerentur tot dificultates, tum ex rebus creatis, ubi nihil simile trinitati reperitur. tum ex ipsa trinitate 2um se, quod potius flecteretur intus ad dissensum, quam ad asensum. et forte magis prudenter, et probabiliter disentiret intus, quam asentiret.

Confirmatur 1°, nam intus propriis viribus relictus, et non interveniente aliqua preternaturali Dei providentia, semper ex creatis ad divina conscendit, et seclusis quantum fieri potest imperfectionibus, ea Deo tribuit, que reperit in humanis: at numquam in humanis reperit triplicem personam cum unica natura. ergo cum aliunde cognitet evidenter, unicam solum in Deo reperiri naturam, quia solum datur unicus Deus, infert, et potius unicam reperiri Personam. quod si ex personis ad naturam transiret, inferret ex pluralitate Personarum, pluralitatem nature; cum in humanis totsint Persone, quot nature, et econtra.

Confirmatur 2° nam si ex naturalibus priis, et motivis esset cognoscibilis trinitas personarum in eadem numero natura, cognoscibilis etiam esset trinitas naturarum in eadem numero persona: sed hoc non admititur ergo neque illum est admitendum. maior patet quia non minus unum, quam aliud asensibus distat. neque in rebus creatis maius est fundamentum ad unum, quam ad aliud. ergo si posset intus prudenter, et probabiliter ex suis viribus cognoscere trinitatem personarum in unica natura, posset etiam cognoscere trinitatem naturarum in unica persona.

Denique confirmatur nam extra dubium est aliquas reperiri veritates, maxime pertinentes ad Deum, que superant omnem nostram cogitationem naturalem, sive claram, et evidentem, sive probabilem, et obscuram: at nulla est, que potiori iure, sibi hoc arroget, quam mysterium trinitatis, ergo etc. 1° obiectionibus respondetur caput 4um.

Obiicies 1° Gentiles philosophi, quibus nullum fidei lumen afulsit, ex solo naturali rationis lumine cognoverunt trinitatem, ut patet ex eorum scriptis, quæ late, et eruditè refert P. Montoya disp.e 45 de trinitate. ergo potest hoc misterium saltem probabiliter cognosci naturali lumine.

Respondetur hanc notitiam ebibitam a filosofis ex sacris libris continentibus revelationem huius mysterij, ex Profetis etiam, et ex Sibilis, alijsque hominibus Divina luce perfusis. unde non cognoverunt hoc mysterium ex solo rationis lumine. præterea mihi probabilissimum est, quod ait P. Montoya citatus sectione 2a numero 8° scilicet per oracula Demonum venire potuisse philosofos illos in cognitionem huius mysterij, quod ante lapsum Angeli divina revelatione cognoverant. demum hi Philosofi nunquam mysterium cognoverunt ea ratione, qua cognoscitur a Chatolicis ex Divina revelatione, quia nunquam expresse dixerunt, esse Deum trinum in personis, et unum in essentia per identitatem, quamvis aliqua huic mysterio simile docuerint.

Obiicies 2°. in creaturis datur multiplex imago trinitatis. ergo cognita creatura devenire potest in cognitionem trinitatis. quandoquidem cognita imagine facile devenitur in cognitionem illius, cuius est imago: sed solo lumine rationis potest creatura cognosci. ergo solo lumine rationis potest trinitas attingi.

Respondetur has omnes imagines imperfectissimas esse, neque sufficientes, ut in cognitionem trinitatis ducant, sicut bene demonstrat P. Montoya disp.e 44 de trinitate. quoniam in creatis nunquam contingit, ut unica, et indivisibilis natura tribus personis distinctis realiter identificetur.

Sed omitto quod in creatis detur aliqua perfectissima trinitatis

trinitatis imago, non adhuc sequitur cognitâ creaturâ cognoscendam esse trinitatem, nisi creatura formaliter, ut imago trinitatis cognoscatur. demus enim me nec vidisse, nec aliquid audisse de Cesare. quamvis eius perfectissimam imaginem videam non veniam in cognitionem Cesaris, quia eius imaginem materialiter video, non formaliter ut imaginem Cesaris. ita licet in creatura daretur imago propria trinitatis, adhuc ex cognitione creaturae non venirem in cognitionem trinitatis, eo quod creaturam cognoscerem materialiter, et non formaliter, ut imaginem trinitatis.

Obiicies 3°. non minus est supra naturam Deus ut unus, quam ut trinus: at hoc non obstante, potest naturali lumine cognosci Deus ut unus. ergo potest etiam cognosci Deus ut trinus.

Probat hoc argumentum non solum probabiliter posse cognosci Deum ut trinum, sed etiam evidenter, sicut potest cognosci Deus ut unus. forte quis ei responderet negando maiorem, quia Deus ut trinus est supra naturam, eo quod naturae non debeatur trinitas personarum; at Deus ut unus est iuxta naturam, eo quod unitas Dei naturae debeatur. hinc aliqui dicunt, Deum ut unum esse ens naturale, qua trinum vero supernaturale. sed hac solutione non utar eo quod involvat plura, quae longiori egent discussione.

Facilius ergo respondetur omissa maiori, et minori negando consequentiam, non exprimis id summum infertur, non ideo Deum cognoscibilem non esse qua trinum, et unum quia supra naturam sit, a quo nunc abstraho, quia pendet ex illa quae alibi discutienda, an sint supernaturale sit supra cognitionem etiam probabilem naturae? igitur Deum ut trinum assero non posse probabiliter cognosci per vires naturae, quia nullum potest in lui motivum prudens occurrere, quo moveatur ad probabile iudicium de trinitate, ut rationibus allatis praecedenti capite ostendimus. ad unitatem vero Dei suppetunt innumera motiva, quibus probari solet in materia de attributis non esse possibilem nisi unicum Deum. eaque motiva non solum inclinant ad assensum probabilem; sed evidentem. 4° Obiectiones aliae. caput 5um

Denuo sic obiicies 1°. creatura quaelibet est dissimilis, et distincta a Deo, ut trino. ergo cognita creatura cognoscenda est haec dissimilitudo, et distinctio; sed potest saltem probabiliter cognosci quaelibet creatura. ergo potest saltem probabiliter cognosci talis dissimilitudo, et distinctio: sed cognita dissimilitudine, et distinctione, quam creatura habet a Deo, ut trino, necessum est quod cognoscatur Deus ut trinus. ergo potest saltem probabiliter cognosci Deus ut trinus.

Respondetur concesso 1° antecedenti distinguendo consequens cognoscenda est haec dissimilitudo, et distinctio formaliter, nego. materialiter, et entitative, concedo. tunc autem opus non est, ut cognoscatur terminus huius dissimilitudinis, et distinctionis, cum experientia constet, non solum probabiliter, sed evidenter saepissime rem cognosci, quin cognoscatur tum omnem dissimilitudinem, aut distinctionem, quam a ceteris habet, secus ea cognita deberemus cognoscere infinita extrema possibilia, et impossibilia quibus dissimilatur, et a quibus distinguitur. non igitur opus est, ut cognita creatura cognoscatur formaliter dissimilitudo, vel distinctio, quam habet a Deo ut trino.

Sed omitto, quod cognita creatura, cognosci debeat, non solum probabiliter, sed etiam evidenter dissimilitudo, et distinctio, quam habet a Deo, ut trino. non ad hoc sequitur, quod trinitas cognoscatur, ut possibilis, vel existens, sed praecise qua terminus illius dissimilitudinis, et distinctionis, etenim Petrus v.g. non solum est dissimilis, et distinctus ab ente possibili, sed ab impossibili. quin magis dissimilis, et distinctus est ab impossibili, quam a possibili. ergo ex vi cognitionis praecise qua cognoscitur Petrus, ut dissimilis, vel distinctus a trinitate, non constat esse possibilem, vel existentem ipsam trinitatem, sed illam ad summum esse terminum illius distinctionis, et dissimilitudinis.

dissimilitudinis. quo pacto de facto cognosco Petrum esse dissimilem et distinctum a quaternitate, neque tamen ideo possibilem iudico quaternitatem in deo.

Obiicies 2º seclusa revelatione, qua vis providentia, vel auxilio extraordinario dei potest homo saltem probabiliter diluere, quae contra mysterium trinitatis obiiciuntur. ergo potest saltem probabiliter cognoscere possibilitatem huius mysterij, patet cons. quia tunc aliquid probabiliter est possibile quando probabiliter diluitur quaevis repugnantia, quae contra illud obiicitur. ant. videtur certum, quia posita revelatione diluitur per naturale lumen quidquid contra hoc mysterium obiicitur. ergo potest etiam dilui seclusa revelatione. cum utrobique sit idem naturale lumen, et ratio. non facile se recentiores expediunt ab hoc argumento. sed omnia eorum solutione.

Respondetur quod sit de ant. negando cons. ad cuius probationem dico, ut aliquid probabiliter censeatur possibile non satis esse quod probabiliter solvatur quidquid contra obiicitur, sed ulterius requiri, quod saltem probabiliter constet, nullum aliud superesse repugnantiae caput; praeter illa, quae obiiciuntur. ita quod licet mihi non solum probabiliter, sed evidenter constet inania esse, quae contra possibilitatem alicuius rei proponuntur, adhuc non habeo sufficiens motivum ad eius possibilitatem astruendam, quia forte dantur aliae repugnantiae, quae me omnino latent. ergo a fortiori quando non evidenter, sed probabiliter obiecta diluo.

Quod si probabiliter, aut evidenter ostendam obiecta esse falsa et praeter obiecta nullum restare caput repugnantiae, quod ulterius obiici possit, tunc probabiliter, aut evidenter convincam, et convincar de possibilitate rei. iam ergo quamvis attenta praecise naturali ratione probabiliter homo dilueret, quae contra trinitatem obiicerentur, adhuc inde non iudicaret hoc mysterium esse possibile, quia nec probabiliter ei constaret, aliud repugnantiae caput non superesse

superesse contra illud.

Sed instas, hinc sequitur nunquam posse nos probabiliter, aut evidenter iudicare rem esse possibilem, quia licet omnes repugnantiae probabiliter aut evidenter solvantur, adhuc nescimus, an aliae supersint, quae nobis non constent.

Respondetur negando sequelam, quam aliquis forte concederet. ratio est quia plerumque formamus iudicium rem esse probabile, quod alia repugnantia non detur. ut quando materia talis est, quae non est nimium difficilis, neque a sensibus omnino aliena, neque ad divina pertinens, et in eius impossibilitate ostendenda nimium insudatum est. tunc enim probabiliter iudicari potest nullam repugnantiam praeter obiectas in ea latere; non autem hoc ita contingeret in misterio trinitatis, ut est apertum. ergo etc.

Hoc autem advertas, aliud esse loqui de propositione, quae contradicit misterium trinitatis. aliud vero de praemissis, quae proponuntur ad eius possibilitatem destruendam, et impossibilitatem adstruendam, ut probabiliter aut evidenter de misterio constet. ratio est ut probabiliter aut evidenter constet de falsitate propositionis contradicentis misterium, quia si talis propositio est falsa non datur eius obiectum, et consequenter est vera contradictoria, huius obiectum quod supponimus esse misterium, re ipsa datur. ad hoc ut convincatur evidenter, aut probabiliter dari misterium non sufficit, quod evidenter, aut probabiliter praemissae convincantur de falsitate, quia licet istae praemissae sint falsae possunt tamen aliae, quibus proponatur obiecti repugnantia, veritatem habere, quamvis mihi non constet de talibus praemissis.

Demum obiicies probabilis est oppinio, quae docet creaturam exigere per se trinitatem. ergo probabiliter cognosci potest trinitas, quandoquidem evidenter cognoscimus dari creaturam, et eo ipso dari, quod exigitur ab illa.

Respondetur hanc opinionem esse probabilem supposita fide, qua docemur de trinitatis misterio, non autem seclusa

seclusa fide, et revelatione, q^a tunc de trinitatis misterio ñ cons
taret. unde seclusa revelatione, et fide atenta, que prescisse ra
tione materiali, de qua nunc agimus ñ veniret intus etiam pro
babiliter ex hoc capite in notitiam trinitatis quid quid sit de
notitia habita post revelationem, et fidem, de qua in subsequenti
questione. 4° qua ratione sit cognoscibilis trinitas ad intelectu
ellevato. questio 3a. statuitur vera doctrina. caput 1um.

Certum est intellectum elevatum lumine glorie cognoscere cla
re, et evidenter in patria misterium hoc per visionem beatam.
item est certum idem misterium certissime, licet obscure cognosci in
via per fidem supernaturalem, quam elicit intus fidei habitu ele
vatus. insuper ñ est dubium, q. si possibiles sunt substantia super natu
rales, ut plures opinantur, ea posse connaturaliter videre De
um ut trinum, cum equivaleat coniuncto, q. resultat ex intus et
lumine glorie. neque potest dubitari, q. omnes iste cognitiones entita
tive supernaturales sint, cum ex parte prij supponant aliq. super
naturale.

Difficultas enim solum est de intelectu elevato per huius misterij
revelationem, et sua vis elevatione ex parte prij destituto. poterit

poterit nec servire naturaleis evidenter aut probabiliter cogno scere trinitatem, q. etiam licet in q.e precedenti dixerim absente reve latione nec probabiliter, neqꝫ evidenter posse cognosci tamen alia ratio videtur esse, cum adest revelatio, q.a tunc intus revelatione motus, et excitatus applicari poterit ad investigandas evidentes aut saltem pro babiles rationes, quibus convincat veritatem huius misterij.

Supponitur autem a DD. excitantibus hanc difficultatem, q. revelatio huius mysterij elevat aliqua ratione intum ad eius assensum, eo q. talis revelatio ñ sit omnino naturalis, nec de bita naturę: nā licet omittamus Deum, ut authorem naturę debere ñ nu lla revelare, tamen ea ñ possunt esse tam abstrusa, et extra spheram mentis humani sicut est misterium trinitatis. videatur P. Martinus Perez de trinitate disp.e 1a, sectione ultima. iam ergo queritur, an supposita hac qualicunqꝫ elevatione facta per revelationem hu ius misterij, possit intus viribus proprijs evidentem aut saltem pro babilem notitiam habere de misterio?

Communissima sententia duo docet. tum evidenter ñ posse cognosci prędictum misterium, etiam ex suppositione revela tionis. ita fere omnes DD. contra ñ nullos relatos a P. Suarez libro 1o de trinitate cap.e 11, et a P. Basquez disp.e 135 inter quos pręcipuè censetur Raimundus Lulius, qui iudicavit, supposita revelatione posse nostrum intum suis viribus demonstrationes invenire, quibus ñ solum possibilitatem, sed existentiam huius misterij clarissimé convincat. imo has demonstrationes assinventas, et elaboratas existimat. tum docet, hoc misterium ex suppositione revelationis, probabiliter, et obscuré posse cognosci viribus naturę.

Utraqꝫ pars huius sententię mihi placet. pr.a q. licet supponatur revelatio ñ adhuc est cognoscibile misterium ex apprehen sione claratorum. nec insuper datur motivum aliq. evidenter, et naturaliter cognoscibile, per q. intus venire possit in trinitatis notitiam, ergo nec immediaté, neqꝫ per discursum potest intus suis viribus relictus

relictus evidenter cognosceret trinitatem, etiam supposita revelatione.

Probatur 2a pars, quia ex suppositione, quod per fidem supernaturalem innixam authoritati, et revelationi divinæ, dederit intus asensum huic misterio, potest aplicare vires naturales ad argūta diluenda, quæ videntur eius repugnantiam ostendere, saltemque probabiliter iudicare, se omnia diluere. deinde formare potest iudicium probabile, quod alia repugnantia non detur, nec lateat in misterio, quia si daretur, iam esset deprehensa tam ab hereticis, quam chatolicis, qui nimium in eius discusione laborarunt. ergo potest intus revelatione supposita cognoscere viribus naturalibus veritatem huius misterij. patet cōa quia qui probabiliter iudicat, nullam esse repugnantiam in obto, probabiliter etiam iudicat, illud esse posibile. neque cognitio hæc esset fides humana, vel divina.

Probatur deinde quia supposita rebelatione potest intus pluribus actibus naturalibus fidei divinæ, vel humanæ, tendere circa hoc misterium, etenim probabilissima sententia docet ellicī naturalem actum, quandocunque supernaturalis ellicitur, eo quod obtum tam materiale, quam formale potest esse utrique actui commune. ergo quando fides supernaturalis ellicitur erga trinitatem, elicitur etian fides naturalis, et utraque nititur autoritati, et revelationi divinæ, consequenter utraque fides divina est. preterea Hereticus, qui credit misterium trinitatis eo quod rebelatum in scripturis inveniat, et alia nostræ religionis misteria denegat trinitatem credit per fidem naturalem quia caret omni supernaturali fide. Chatecumenus etiam quando veritates a magistro propositas audit eas per fidem humanam ob autoritatem dicentis credere solet. ergo per fidem humanam, et naturalem credit trinitatem. St.o obiectiones eno dantur. caput 2um.

Sed

Sed contra iam partem resolutionis in praecedenti cap.e statutae, qua diximus, haberi n̄ posse notitiam evidentem huius misterij per vires naturales, etiam supposita revelatione. sic obiicies 1.o n̄ est implicatio, q intus a me factus credere hoc misterium, erumpat ex aprehentione terminorum in evidentem cognitionem illius. ergo supposita revelatione, et fide, potest hoc misterium evidenter naturaliter cognosci.

Respondetur negando ān̄s n̄ ex aprehensione praecise terminorum haberi n̄ potest evidens, imo neq3 probabilis cognitio huius misterij, quamvis intus elicuerit infinitos actus fidei supernaturalis erga illud. n̄ aprehensio n̄ ita sufficienter extrema proponit, ut flectere queat intum ad evidentem, aut probabilem assensum, qui prudenter consiliatur.

ubi noto, q si revelatione seclusa proponeretur per aprehentionem hoc misterium, intus prudentissime subsponderet assensum erga quanlibet partem. q si pro aliqua suffragium ferret, met pro negativa, qa fortius ex motivis ad illam traheretur. supposita vero iam revelatione, probabiliter, sed n̄ evidenter stabit pro misterio. n̄ qa sola apprehentio sufficiat ad probabilem illam cognitionem, sed qa simul cum illa stant rationes, et motiva, propter quae diximus, posse probabiliter cognosci trinitatem ex suppositione revelationis. et cum ad cognitionem evidentem nullum occurrat motivum uti diximus, fit inde q etiam ex suppositione revelationis nunquam evidenter misterium cognoscatur.

Obiicies 2.o postquam qui habuit fidem supernaturalem de trinitate potest viribus naturae recordari, se illam habuisse. quin et talis notitia, seu memoria potest esse evidens. ergo cognoscet evidenter naturaliter misterium trinitatis. patet cōa n̄ actus fidei supernaturalis de trinitate, conectitur necessario cum trinitate. ergo qui cognocit evidenter naturaliter habuisse talem actum, cognoscit evidenter naturaliter trinitatem. est igitur possibilis

possibilis notitia naturalis et evidens de trinitate, supposita revelatione, et fide.

Respondetur non esse nobis evidens actum illum fuisse supernaturalem, quia cum obiectum materiale, et formale possit esse commune actui naturali, et supernaturali, quamvis certo constet, intum operatum fuisse circa utrumque obiectum, adhuc evidenter, et certo non illi constat, operatum fuisse per actum supernaturalem. maxime cum differentiam intrinsecam, et essentialem horum actuum non deprehendamus. praeterea quamvis evidenter constaret actum illum fuisse supernaturale, adhuc inde non constaret evidenter de trinitate, quia non constat evidenter de conexione supernaturalis actus cum suo obiecto, quandoquidem in probabilis non est sententia, quae docet actum supernaturalem posse esse falsum. et licet talis conexio esset certa non tamen evidens. demum ea recordatio non esset naturalis, quia proveniret ab intuitu simul cum specie supernaturali, quam relinqueret actus fidei. quin naturalem esse contendas, facile dicam non evidentem, sed probabilem esse.

Obiicies 3.° quod evidenter non implicat evidenter est possibile: sed supposita revelatione, evidenter non implicat trinitas ex vi luminis naturalis. ergo supposita revelatione, evidenter est possibilis trinitas ex vi luminis naturalis: sed quod ex vi luminis naturalis est evidenter possibile Deo, datur evidenter de facto, cum lumine naturali sit evidens Deum habere de facto quidquid habere potest. ergo lumine naturali cognoscitur evidenter Deum esse trinum, ex suppositione revelationis. totus discursus legitimus videtur. non probo maior ex terminis est nota. minor vero facile probatur non supposita revelatione possunt evidenter dilui ratione naturali quae cumque obiiciantur contra trinitatem.

Respondetur concessa maiori negando minorem, ad cuius probationem dices etiam ex suppositione revelationis non evidenter, sed probabiliter tantum dilui, quae contra trinitatem obiiciuntur. quod aliter sentiat cum aliis P. Martinus Peres de trinitate disp. 2.a sectione

iectione 2a a numero 7°. et aliud est misterium ñ evidenter con futari, qª ñ proponuntur evidentes premissę quibus convincatur eius repugnantia, q libenter fatemur. aliud vero, q evidenter ostendatur, premissas esse falsas, aut eoam nullam. q nego, qª nequit intus creatus, etiam presente revelatione id prestare. sicut quando probabile solum est, aliq ñ repugnare, ñ convincitur evidenter illud repugnare. qª secus ñ iam probabile, sed improbabile esset illud ñ repugnare; nequeunt tamen evidenter dilui, quę contra eius ñ repugnantiam, et possibilitatem aferuntur, qª sic ñ esset probabile, sed certum, et evidens illud ñ repugnare.

Verum omitto q evidenter diluam qq obiicitur contra trinitatem, adhuc indeñ cognoscitur evidenter possibilitas trinitatis. ratio est, q ut supra observabam, requiritur ulterius, ut evidenter mihi constet, preter obtas repugnantias, et a me solutas, nullam superesse, quę nostrum intum subterfugiat. unde cum hoc evidenter ñ constet, etiam supposita revelatione, fit, ut constare nequeat evidenter de possibilitate misterij, multo qz minus de actuali existentia.

Contra 2am vero partem resolutionis in eodem capite preseden ti statutę, qua diximus posse misterium hoc probabiliter cognosci per vires naturę supposita revelatione nihil dicendum occurrit, qª licet in qª presedenti dixerim absente revelatione ñ posse ita cognosci tamen rebelatione presenti potest. cum aliud sit loqui de intu conante misterium hoc invenire, aliud vero de intu querente probabiles rationes, quibus iam inventum foveat, et tueatur. 4° an sit possibilis evidens cognitio trinitatis ex tra visionem. caput 3um.

Misterium

Misterium Trinitatis evidenter cognosci per visionem beatificam certissimum est quod talis visio clara succedit fidei obscurae, et in premium illius confertur, ut qui captivarunt intellectum in obsequium misterij tam obscuré propositi, claré, et evidenter illud intueantur. unde solum dubitatur an per aliam cognitionem a visione distinctam, possit evidenter in hac vita mortali cognosci.

Neque dubitari potest, quin eadem ipsissima veritas quam per visionem beatificam intuemur evidenter in hac vita per aliam cognitionem a visione distinctam cognoscamus: etenim per visionem intuetur beatus existentiam Dei quam tamen viator dum in hac vita degit evidenter cognoscit, sicut ergo Deus ut existens cognoscitur evidenter extra visionem, quamvis per visionem etiam evidenter cognoscatur, ita petimus, an extra visionem possit evidenter cognosci Deus ut unus, et trinus, licet per visionem evidenter eadem veritas cognoscatur: ubi loquimur de potentia absoluta, nam ex dictis constat, naturaliter loquendo non posse comparari notitiam evidentem huius misterij licet eius fides, et revelatio supponatur.

In hac ergo dificultate duplex reperitur sententia 1a negat possibilitatem huius cognitionis. ita Durandus in 1o q. 3a prologi. Argentinas ibidem articulo 1o, conclusione 2a, Bañes 1a parte q. 32 articulo 1o dubio 2o. Alvares, et Lorca cum alijs quos referunt et sequuntur plures ex nostris Doctoribus. P. Vasques 1a parte disp. 4a cap. 3o et disp. 135. P. Montoya disp. 42. 2a sententia concedit possibilitatem huius cognitionis. ita P. Molina 1a parte q. 1a articulo 2o disp. 4a, et q. 6a articulo 3o. P. Arriaga disp. 43 de trinitate sectione 5a, et 6a cum non nullis alijs.

Nos autem ut clarius procedamus advertendum censuimus cognitionem tam evidentem, quam probabilem, esse duplicem, aliam, qua cognoscitur obiectum quoad an est, aliam qua cognoscitur quoad quid est. cognitio quoad an est, attingit obiectum ut existens. cognitio vero quoad quid est representat obiectum secundum suam constitutionem

constitutionem, videlicet exprimendo possibilitatem illius, et essentialia predicata, quibus in ratione talis constituitur, abstrahendo ab eius actuali existentia.

Contingere vero potest, cognitionem, quoad an est evidentem esse, quin sit evidens cognitio, quoad quid est. v. g. in hac vita cognoscimus evidenter existere Deum, et animum rationalem, quin evidenter cognoscamus predicata, quibus essentialiter constituitur Deus, vel animus rationalis. item potest obiectum evidenter cognosci, quoad quid est, quin evidenter cognoscatur quoad an est: v. g. evidenter cognosco phisica predicata quibus essentialiter componitur binarius ex Petro, et Paulo, quos olim cognoscebam; nequaquam tamen evidenter modo cognosco existentiam huius binarij, quia dubito, num iam Petrus, vel Paulus perierit.

Insuper advertendum est utramque cognitionem quoad an, et quoad quid obiecti posse dupliciter stare. v. g. alia est discursiva, mediata, et que consequitur ex connexione, quam cum eius obiectum habet aliud. et hec vocari solet abstractiva. alia vero est inmediata, non discursiva, sed per proprias species obiecti. et vocari solet intuitiva. v. g. Deum modo cognoscimus per evidentem discursum ex creaturis, in patria vero cognoscimus evidenter Deum sine discursu sed inmediate, et per propriam speciem.

His positis querimus an Deus ut unus et trinus possit a nobis evidenter cognosci per discursum, aut sine discursu, tam per cognitionem quoad an est, quam quoad quid est, quin ulla ex his cognitionibus sit beatifica visio. dicam prius de cognitione per discursum, postea de cognitione sine discursu. 1º potest trinitas extra visionem evidenter cognosci per discursum. caput 4um

Hanc

Hanc conclusionem intelligo tam de cognitione quoad an est, quam quoad quid est. unde pro maiori explicatione statuo 1° potest Deus quatrinus, et vnus evidenter discursive cognosci per cognitionem, quoad an est. pr 1° qa divinitus potest mihi Deus infundere speciem, qua comprehendam visionem beatam, vel actum fidei supernaturalis representantis Deum ut trinum, et vnum: sed quilibet ex his actibus conectitur necessario cum trinitate. possum igitur ex ipsis evidenter cognitis deducere trinitatis existentiam evidenter: at ita cognitio tenderet evidenter erga trinitatem, quoad an est. ergo etc.

Neque dicas a creatura non posse comprehendi visionem intuitivam quatalem, qa comprehenderetur Deus, eoque obiectum essentialiter constituit actum intuitivum in ratione talis. contra non id est falsum, ut ex alibi dictis suppono. quidquid tamen de hoc sit, negari nequit visionem beatificam tum sumptam, et independenter a denominatione intuitionis, quam ex obiecto participat, ut contendis infallibiliter conecti cum trinitate personarum, eo quod representet illam, et neque divinitus possit esse falsa etc. ergo qui cognosceret evidenter illum actum specificative sumptum, et eius conexionem cum trinitate, deduceret evidenter existentiam trinitatis, quamvis illum non atingeret formaliter ut intuitivum: sed non implicat evidenter cognosci. non igitur implicat, ut ex ipso cognoscatur evidenter per discursum existentia trinitatis.

Probatur 2° nequit patrare Deus verum miraculum in confirmationem obiecti falsi. ergo si Deus alicui revelaret evidenter hanc veritatem, et ulterius manifestaret, se patrare verum miraculum in confirmationem existentiae trinitatis. inde posset, imo deberet evidenter colligere trinitatis existentiam. patet, non evidenter cognosceret premissas earum que conexionem cum existentia trinitatis. et ex hoc capite non nulli censent, Demones cognovisse Christum esse verum Deum qa scilicet aperte videbant illum edere plura miracula in confirmationem suae divinitatis,

divinitatis, neque miracula hec stare posse sine divinitate.

Probatur 3º, non evidens est quod quidquid Deus affirmat esse verum, sed mihi potest evidenter constare, Deum affirmare se esse trinum, et unum. ergo possum inde per discursum evidentem colligere, Deum esse trinum, et unum, sive cognoscere trinitatem quoad an est. totus discursus est mihi certus. sed illum confirmo. quia non solum ex divina locutione, sed etiam ex creata possum evidenter colligere trinitatis existentiam. etenim evidens est, Angelum beatifice contemplantem misterium trinitatis, nec falli, nec fallere posse circa trinitatem, vel saltem potest infundere Deus evidentem huius veritatis cognitionem. insuper cognoscere possum evidenter quod Angelus beatus mihi testificatur existentiam trinitatis, quia non repugnat ut hoc mihi notum fiat a Deo. ergo possem inde colligere trinitatis existentiam evidentem.

Neque satis facit P. Basquez dum ait, illam non esse propriam evidentiam circa trinitatem, quia comparatur per medium quod valde extrinsecum est trinitati, scilicet per locutionem, et testificationem. sed contra quia tunc proprié attingitur cum evidentia conclusio, quando premisse simul cum conexione attinguntur proprié cum evidentia: sed licet medium sit valde extrinsecum, adhuc premisse simul cum conexione attinguntur proprié cum evidentia. ergo etc. preterea. licet dependentia quam creatura habet a Deo, sit extrinseca Deo, tamen evidenter in hac vita cognoscitur Deus ex illa dependentia. cum bené sic arguamus: datur creatura: sed creatura nequit esse sine Deo, ergo datur Deus. optimé igitur stat, medium extrinsecum esse, et adhuc obiectum ex illo deductum evidenter cognosci.

Probatur ultimo quia non repugnat ens actualiter existens, et habens infallibilem conexionem cum trinitate: sed ex hoc ente, quod non repugnat evidenter a nobis cognosci, manifesté educeretur existentia trinitatis. ergo non repugnat evidenter cognosci trinitatis

trinitatis existentiam per discursum. Sic autem abstraho ab hoc vel illo ente quod cum trinitate conectatur, quia plura designantur a Doctoribus, quae tali conexione carent, et consequenter non sufficiunt inferre trinitatis cognitionem, quo ad an est. ut unio hipostatica, species impressa, lumen gloriae, supernaturalis actus erga trinitatem etc. pro quibus videatur P. Martinus Perez disp. 1 a de trinitate.

Statuo 2° per cognitionem, quo ad quid est potest Deus ut unus, et trinus evidenter discursive cognosci. probatur eisdem rationibus. nam per eadem media, quibus potest iuxta dicta evidenter cognosci trinitatis existentia, potest etiam cognosci, quale sit misterium eiusdem trinitatis, et quibus predicatis essentialiter constituatur, nam ea media possunt esse talis naturae, quae non solum exigant trinitatis existentiam, sed quod trinitas his predicatis constituatur, ut apertissime patet in visione beata, qua Deus cognoscitur in patria, nam ea visio non solum cognoscit existere trinitatem, sed his predicatis essentialiter constitui. ergo ex comprehensione clara visionis arguitur evidenter, qualis sit trinitas. idem servitur in locutione Divina.

Id unice restat ostendere, nullam scilicet ex his cognitionibus, licet evidentibus esse visionem beatificam. quod facile probatur. nam visio beatifica est cognitio inmediata, sine discursu, et per propriam speciem trinitatis: at cognitiones supradictae, licet licet evidentes sunt mediatae discursivae, et per alienas species. nulla igitur ex illis est visio beata. potest ergo trinitas per cognitionem evidenter discursivam, quo ad an, et quo ad quid est extra visionem beatam cognosci. 4° arguta solvantur. caput sum.

Dices 1°. creaturae non habent conexionem cum trinitate, et licet haberent, adhuc a nobis evidenter non cognosceretur. ergo inde

inde nequimus clare, et evidenter inferre trinitatis existentiam. Respondetur distinguendo an̄s n̄ habent conexionem cum trinitate, tanquam cum prio, vel causa sui omitto. tanquam cum ōto, vel obto nego. nec enim modo discutiam, an trinitas personarum exigatur per se a creaturis, sicut exigitur omnipōa. q̄ licet aliqui negent, alij probabilissime defendunt. q̄q̄ vero de hoc sit, negari nequit, visionem beatam, et externam locutionem Dei circa trinitatem, infallibiliter conecti cum trinitate tanquam cum obto, posse q̄ȝ nobis evidenter conitare de tali conexione. iam igitur ex his obtis creatis evidenter cognitis potest evidenter cognosci trinitatis existentia.

Dices 2º n̄ potest cognosci trinitas in actu fidei supernaturali, nisi quatenus vero: sed quatenus verus iam involvit essentialiter ipsam trinitatem. ergo cognosceretur trinitas in trinitate. Respondetur negando maiorem, q^a cognosceretur in illo actu, specificative vero, n̄ quatenus vero. patet, n̄ in eo cognositur trinitas, q̄ infallibiliter cum illa conectitur: sed actus specificativé verus licet n̄ fiat reduplicatio formaliter supra veritatem sed supra suo obtum illius, conectitur infallibiliter cum trinitate. igitur in illo actu, qui specificative verus est, cognositur trinitas. minor pr̄ q^a dari n̄ potest entitas illius actus sine trinitate, n̄ cum sit representatio trinitatis, et hęc representatio petat esse vera, petit essēter suum obtum, q̄ est trinitas. et in hoc distinguitur actus ille supernaturalis a naturali, n̄ huic sicut per accidens veritas, ita per accidens est, q̄ detur eius obtum, ut ab ipso representatur. D

Dices 3º. hęc evidens trinitatis cognitio pugnat cum actu fidei circa eandem trinitatem, sed actus fidei circa trinitatem, deficere nequit a viatore, nequit ergo viatori communicari cognitio evidens trinitatis. minor pr̄ n̄ fides de misterio trinitatis est ad salutem necessaria cuiq̄ȝ viatori.

Respondetur negando maiorem q^a saltem divinitus n̄

ñ pugnat in eodem intu fides cum scientia de eodem obto. quin et neq; naturaliter pugnare plures existimant. deinde quamvis ita pugnarent, ut neq; divinitus coniungi possent, adhuc intellectus posset ellicere fidem, quando ñ recordaretur illius motivi, q inclinaret ad evidentem trinitatis cognitionem. unde prodiver sis instantibus excitere poterat. mitto an et qua ratione fides de misterio trinitatis requiratur ad salutem. et saltem negari nequit, q in alia providentia posset Deus ñ exigere fidem. tunc igitur esset possibilis scientia de trinitate.

Dices ultimo. qui cognosceret inmediate et sine discursu visionem beatificam erga trinitatem, cognosceret etiam inmediate, et sine discursu ipsam trinitatem. ergo falso diximus, posse trinitatem discursive cognosci per visionem ab sq; discursu cognitam. añs pr. q obtum dat speciem visioni beatificæ, ñ solum extrinsecé et per modum tivel obti, sed etiam intrinsece, et essentialiter.

Respondetur negando añs, ad eius provationem nego añs. q obtum, est aliq infinitum, et increatum visio vero, q finitum, et creatum. ergo nequit obtum essentialiter, et intrinsece conferre speciem visioni. nec inteligibile est, q obtum essentialiter constituat actum realiter distinctum a quo repræsentatur. 4º trinitas extra visionem potest evidenter ab sq; discursu cognosci caput 6um.

Ante quam huius conclusionis veritatem ostendam, adverto visionem beatificam esse cognitionem evidentem, et inmediatam, qua cognoscitur Deus, ut trinus, et unus, quo ad an est, et quo ad quid est. ita communissimé D.D. ratio est q ista cognitio debet esse talis

tatis, ut per illam ignotescat beato existentia trinitatis, et eius essentialia predicata. hoc ex materia de visione, et beatitudine suppono quæ probari videtur ex Paulo 1a Chorinthiorum 13 videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

Hinc deducitur omnem illum actum, qui non cognoscat existentiam, et quidditatem trinitatis, non esse visionem beatem, quamvis sit cognitio supernaturalis evidens immediata per propriam speciem, et absque discursu, patet ex dictis, quia visio beata debet esse cognitio trinitatis quoad existentiam, et quidditatem illius. hoc igitur supposito querimus, an sit possibilis immediata cognitio trinitatis quoad an, et quoad quid est, quæ non sit beatifica visio?

Prima conclusio possibilis est evidens cognitio trinitatis, quoad an est per propriam speciem, quæ non sit beatifica visio. probatur quia non repugnat species determinans ad immediatam cognitionem qua representetur evidenter existentia trinitatis abstrahendo ad eius constitutivo. ergo neque talis cognitio repugnat. antecedens constat dum non ostenditur repugnantia.

Probatur ulterius. nam licet species, qua Deum ex creaturis in hac vita cognoscimus fuerit acquisita mediante cognitione, et specie creaturarum, adhuc non semel utimur illâ, quin recordemur creaturarum. cum sæpius absque cognitione actuali creaturarum, et sine ullo prorsus discursu cogitemus, existere Deum. quod inde provenit nam attentius, et vehementius asentiri solemus conclusioni, quam premissis, et creventer firmius inherent. species de conclusione, quam de premissis, et etiam, quia conclusionem, ex diversis principiis elicimus. unde fit ut postea facilius recordemur conclusionis, quam principij cuiuslibet in particulari.

Hoc ergo posito. sic infero. ergo licet ista species in sui productione non determinet ad cognitionem immediatam existentiæ divinæ, postquam tamen est acquisita determinat ipsum ad cognitionem inmediatam

inmediatam, et ineditur. ergo possibilis erit alia species, quę non solum dum conservatur, sed etiam dum 1° producitur determinare possit ad cognitionem inmediatam existentię trinitatis.

Quod autem cognitio trinitatis existentis, virtute ius speciei producta, non sit beatifica visio, constat ex dictis quia non attingit quidditatem, sed existentiam trinitatis. unde sicut cognitio, qua species in hac vita cognoscimus inmediate Deum existere, non est beatifica quia licet sit evidens, et inmediata prescindit tamen a quidditate Dei, sic trinitatis cognitio quoad an est, non erit beatifica, quia prescindit a trinitate, quoad quid est.

Dices implicat species creata, qua Deus inmediate cognoscatur. ergo ruit nostrum fundamentum. respondetur anteс esse falsum, ut constat ex specie, qua Deum existere, cognoscimus in hac vita, non licet ea dum 1° producitur, non determinet ad inmediatam cognitionem Dei, tamen dum postea conservatur determinat. preterea in materia de visione docui possibilem esse speciem creatam, qua beatus Deum videat. ac denique dedimus speciem repugnare, Deum quoque herere munus speciei pro cognitione inmediata sui. poterit herere munus speciei pro cognitione inmediata existentię trinitatis quin ea cognitio sit beatifica visio.

Dices preterea. cognitio hęc esset intuitiva. ergo beatifica. patet consequentia non omnis intuitiva cognitio circa Deum est beatifica. probatur antecedens, quia per propriam speciem tenderet evidenter in obiectum existens ut existens, cum expresse cognosceret existentiam trinitatis: at hoc, et non aliud requiritur ad cognitionem intuitivam, ergo etc.

Respondetur hic involvi magnam, et inutilem questionem de voce, quid scilicet intelligatur per actum intuitivum? circa quod non est una Doctorum mens. quidquid vero sentiant alij respondeo non omnem actum intuitivum esse beatificum, sed illum qui non solam existentiam, sed quidditatem obiecti cognoscit. alioqui diceremus

diceremus, cognitionem, qua sine creaturis in via cognoscimus existere Deum, esse beatificam, quae sine discursu fertur evidenter in Deum, ut existentem.

2a conclusio. possibilis est evidens, et inmediata cognitio trinitatis, quoad quid est, quae non sit beatifica. probatur quia possibilis est species proponens quod trinitas sit, et prescindens ab eo, quod existat. haec autem cognitio; quae vitalis speciei produceretur non esset beatifica quia licet exprimeret quidditatem misterij non tamen eius existentiam.

Dices existentia est, de quidditate Dei. ergo nequit Deus quidditative cognosci, quin cognoscatur ut existens. repugnat igitur cognitio prescindens ab existentia, Dei, et eius quidditatem exprimens. Respondetur per cognitionem quidditativam Dei cognoscendam existentiam divinam non absolute, sed conditionaté non cognitio quidditativa fertur in essentialia praedicata sub conditione. v.g. si detur homo, dabitur animal rationale. si detur Deus, erit trinus, infinitus, aeternus etc. et licet obiectum existat absoluté, adhuc est vera propositio conditionalis. unde quidditativa cognitio non abstrahit ab existentia sub conditione, sed ab existentia absoluta. neque potest negari, Deum scientia simplicis intelligentiae cognoscere creatam existentiam, sive realiter, sive ratione distintam ponas, sive omnino identificatam; et tamen scientia simplicis inteligentiae abstrahit ab existentia absoluta. potest igitur existentia esse de ratione substanti; et adhuc ab illa cognitionem abstrahere. ab illa, inquam, absoluté, non conditionaté. t. sub quibus praedicatis exerceatur misterium trinitatis? q.o 4a. statuitur vera doctrina caput 1am.

Cum trinitatis misterium in eo consistat quod tria realiter inter se distincta, realiter saltem identificentur uni prorsus indivisibili extremo, queritur a nobis in presenti, que nam sint predicata divina, inter quibus hoc misterium peragatur? in primis autem ut ex dictis constat peragitur inter personalitates, et naturam divinam, nam in ea unica natura stant per identitatem realem tres personalitates realiter inter se distinctę.

Exercetur etiam idem misterium inter personalitates, et atributa. nam sicut essentia, vel natura divina est eadem in tribus personis, ita quodlibet eius atributum est idem per identitatem in omnibus tribus personalitatibus et personis, nam atributa ubique naturam comitantur. atributa vero dicuntur illę perfectiones, que naturam supponunt, ut intellectio volitio etc. ubi notandum quod licet nec essentia, nec atributum in Deo multiplicetur adhuc plura predicata in eius natura multiplicantur, ut patet in ratione entis, et eius atributis, que capite sequenti multiplicari dicemus. et ratio est aperta, nam optime stat partem multiplicari, quin multiplicetur totum. male igitur iuniores deducunt, ex eo quod natura divina non multiplicetur nullum eius constitutivum multiplicari.

Dices: unum ex his predicatis atribuitur huic personę, alteri vero aliud. v.g. Patri tribuitur omnipotentia, filio sapientia, et quod est de linea intus, spiritui Sancto amor, et quod pertinet ad voluntatem, ergo signum est hęc predicata, que vel ad essentiam Divinam, vel ad eius atributa pertinent, non inveniri per identitatem in omnibus Personis. nam si invenirentur cur non omnia singulis Personis apropiarentur.

Respondetur, quod licet non nulla ex his predicatis huic Personę

Personę specialiter tribuantur, de alteraū negantur, q^a falso negarentur, ergo verē dantur in quālibet Persona. ratio vero cur Patri appropriatur omnipoa est q^a primum priu̅m est a quo cetera omnia procedunt; at nec filius, nec Spiritus Sanctus est tum priu̅m q^a potius uterqꝫ supponit Patrem ut sui priu̅m. Filio, q^a per intum procedit, tribuitur q̄d ad intum pertinet, Spiritui Sancto, q̄d est de linea voluntatis, q^a solus ipse per voluntatem procedit. semper ergo datur aliq̄d peculiare in Persona, cui specialiter predicatum tribuitur ratione cuius ipsi, et ū alteri tribuatur. hoc autem peculiare ū est aliud, quam afinitas quędam, et maior similitudo proprietatis personalis cum predicato absoluto, q̄ ipsi Personę tribuitur.

Dices ulterius. omnipoa ū est communis omnibus Personis; et tamen est essentia, vel atributum. ergo ū reperitur indivisibiliter, et absqꝫ sui plurificationem in omnibus Personis q̄ cunqꝫ predicatum, q̄ est essentia, vel atributum. ans pr ꝫ omnipoa dicit virtutem ad omnia, consterqꝫ dicit virtutem, per quam Pater generat filium, et filius ac Pater spirant 3am Personam: at virtus qua Pater generat filium nec in filio nec in Spiritu Sancto reperitur. et virtus, qua Pater, et filius spirant, ū est in spiritu Sancto. ergo etc.

Respondetur negando ans. ad probationem dico omnipoam ū includere virtutem ad producendum ad intra, sed solum ad extra, ꝫ proprio respicit omne ens creabile, sub quo nulla venit ex divinis Personis, ad cum virtus ad omne creabile, sit communis omnibus Personis, ut nemo dubitat, fit, omnipoam esse communem. constet igitur omnia predicata, quę vel ad essentiam, vel ad atributa pertinent, et communiter vocantur absoluta ū plurificari. qua propter misterium trinitatis constat ex unitate cuiusqꝫ predicati absoluti, et triplici subsistentia. 4° q̄d dicendum de atributis entis? cap ut 2um.

Entis attributa vocantur ea predicata, que transcendunt omne ens
sive creatum, sive increatum. ut ens, verum, bonum, unum etc. que
rimus ergo num trinitatis misterium in his predicatis exerceatur, ita
q[uod] verum sit dicere, dari plura entia sub uno ente, plures unitates sub
una unitate, et sic de ceteris. V[ide] de hoc latissime P. Montoya tom. de
trinitate. nos brevissime. n[am] inter Chatolicos, ubi satis de misterio con
stat, ferè nulla difficultas est nisi de modo loquendi.

Statuo ergo in Deo reperiri tria entia relati
va sub uno ente absoluto, consequenter misterium trinitatis exerceri
in hoc predicato ens. probo, n[am] ens in communi acceptione stat
pro eo, q[uod] realiter existere potest: at tres Personalitates, vel re
lationes Divine prout ab essentia distincte habent posse realiter existe
re, cum actualiter existant. et essentia prout a relationibus distin
ta, habet etiam posse realiter existere, cum de facto realiter exis
tat ergo etc.

Unde colligitur in Deo reperiri tres entitates personales, et re
lativas sub unica absoluta. ratio est n[am] entitas, et ens licet in modo sig
nificandi differant, ex parte objecti sunt omnino idem. ergo si dantur
in Deo tria entia sub uno ente, dantur etiam tres entitates, sub una
entitate. preterea. quevis personalitas, ut ab alia realiter dis
tincta, et ut f[orma]liter, ac virtualiter ab essentia, et quovis absoluto pre
dicato distinguitur est entitas. ergo cum personalitates sint tres erunt
etiam tres entitates. aliunde essentia Divina, que unica est etiam
est entitas, ergo sub unica entitate absoluta datur triplex entitas
relativa. propter eandem rationem invenitur in Deo triplex
res sub una re, triplex realitas sub unica realitate, etc.

Colligo preterea, q[uod] in Deo datur triplex

triplex substantia personalis et relativa, et sub unica absoluta. ratio est quia quælibet personalitas formaliter est substantia. natura etiam Divina formalissime mente est substantia. ergo cum personalitates sint tres et natura unica potest afirmari cum veritate, quod in Deo dentur tres substantiæ relativæ sub unica absoluta. misterium ergo trinitatis exercetur in hoc predicato substantia.

Maior difficultas est circa voces istas essentia et natura, quæ supponere videntur pro deitate quare DD. communiter afirmare non audent quod in Deo detur triplex essentia, vel natura, quamvis addatur personalis aut relativa, quia denotare videtur esse triplicem deitatem, saltem personalem aut relativam.

Nihilominus secluso decipiendi vel errandi periculo non renuerem id afirmare. nam re ipsa datur in Deo triplex essentia, vel natura relativa sub unica absoluta. ergo per se loquendo licitum est id afirmare. cons. patet, ant. sic nam quævis personalitas habet rationes sui propriam essentiam, et naturam relativam. Deitas habet propriam essentiam, et naturam absolutam. ergo cum personalitas sit triplex, et Divinitas una dabitur triplex essentia sub unica absoluta. misterium ergo trinitatis peragitur in his predicatis essentia, et natura. idem dicerem de quidditate. tuto nam quis poterit afirmare dari triplicem quidditatem relativam sub unica absoluta.

Colligo demum quid pro unitate, pro veritate, et pro bonitate dicendum sit. in his enim tantum entis passionibus est aliqualis difficultas, et dissidium inter Authores. ac in primis contra nullos dicendum est, in Deo reperiri tres unitates relativas sub unica absoluta, quod licet ex prio iacto satis aperte deducatur, adhuc aliud de pr. nam in Deo reperitur numerus ternarius Personarum, ut PP. et Theologi fatentur; sed numerus ex unitatibus componitur: ergo dantur in Deo plures unitates. item. Pater est unus in ratione Patris. Filius etiam est unus in ratione Filij; sed Filius

Filius non est unus in ratione Filij per eam unitatem, qua Pater est ~~unitate~~ unus et e contra. ergo dantur plures unitates. unde non solum cum addito, sed absolute potest afirmari, quod in deo sint plures unitates sub unica. maxime cum in simbolo nostrae fidei dicatur fidelis venerari unum Deum in trinitate, et trinitatem in unitate.

Circa veritatem, et bonitatem transcendentales idem iudicium esto. quia cum haec praedicata sequantur ens, eo ipso quod ens multiplicetur, ea multiplicantur: sed in Deo dantur tria entia relativa sub unico absoluto, sicut diximus. ergo dantur tria vera, et tria bona relativa sub uno vero, et bono absoluto. praeterea. bonitas et veritas Paternitatis est distincta realiter a bonitate, et veritate filiationis. ergo sunt duae realiter bonitates, et veritates. ~~sunt fit necia adin~~ aliunde bonitas, et veritas essentiae Divinae, quae unica est distinguitur realiter ab utrisque relationis veritate, et bonitate. dantur ergo plures veritates, et bonitates relativae sub unica substantia. 1º quod de non nullis Dei perfectionibus ~~caput 3~~ positivis caput 3um

Ultra praedicata, quae transcendunt quodlibet ens creatum, et increatum, de quibus in praecedenti capite diximus, agnoscunt D.D. alia, quae licet non transcendant omnia entia, neque in rebus creatis inveniantur, adhuc per omnes divinas perfectiones divagantur. ea vero praedicata sunt positiva, et negativa. de negativis agetur in capite sequenti, modo vero de positivis. haec autem positiva praedicata sunt infinitas, aeternitas, et immensitas. quaerimus ergo num misterium trinitatis in his praedicatis exerceatur, ita quod verum sit dicere, quod in Deo reperiatur triplex infinitas in una infinitate? triplex aeternitas in una aeternitate? triplex immensitas in una immensitate? Igitur

Igitur dubitabis 1º an sicut in Deo reperiuntur tres personalitates in una Deitate, sic et tres infinitates in una infinitate? negant plures apud P. Montoyam disp. 28 de trinitate sed afirmant alij cum eodem P. Montoya ibi, quibus asentior. prius vero, quam id probem, advertas, hic sermonem esse de infinitate perfectionis. item sermonem esse de infinitate perfectionis in aliquo genere, non in omni genere. quia cum infinitum in omni genere perfectionis sit illud, quod omnem excogitabilem perfectionem includit, et in Deo non dentur plura infinita, neque plures infinitates in omni genere. proinde solum queritur an dentur plures infinitates relative sub una infinitate absoluta? et afirmative respondeo.

Probatur hec resolutio. nam inprimis Deitas in suo genere absoluto est infinita, ut nemo dubitat. insuper quelibet Personalitas in suo genere relativo est etiam infinita. dantur ergo tria infinita, sive tres infinitates relative sub unica absoluta, sicut tres Personalitates, et tria entia relativa sub unico absoluto. conseq. patet, ant. quo ad 2am partem ostenditur. nam quevis Personalitas in suo genere dicit omnem excogitabilem perfectionem. ergo quevis in suo genere dicit infinitatem. sicut quod vis atri[b]utum est infinitum in suo genere, quoniam in eo dicit omnem excogitabilem perfectionem.

2º dubitatur, an in Deo reperiantur tres eternitates sub una eternitate, et tres inmensitates, sub una inmensitate? promis[c]ue loquor de eternitate, et inmensitate: nam pro utraque militat eadem ratio, sicut videbimus. ne tamen de voce contendamus, advertas, quid intelligatur per eternitatem, et inmensitatem. eternitas est ratio formalis qua res petit existere, et res ipsa existit ab eterno in eternum. inmensitas est ratio formalis qua res petit correspondere, et res ipsa correspondet cuique loco quantumvis infinito si detur. ubi dico qua res petit nam ex communissima doctorum asertione non sufficit ad eternitatem, et inmensitatem, quod res infinito tempore, sicut

sicut loco respondeat, nisi petat respondere, quod licet atenta precisiè vocum significatione sit falsum, adhuc in quo de nomine standum est aseptioni communi.

Iam igitur ferè omnes Authores cum P. Basques disp.e 126 P. Suares libro 3.o cap.e 66 sentent, in Deo non reperiri triplicem eternitatem, aut inmensitatem, sed vnica solum ratione cuius vnaquequ quoque Persona dicitur eterna, et inmensa, sicut ratione vnius deitatis appellatur Deus. hij veró D.D. moventur, ex diversis rationibus. nam aliqui dicunt, dari quidem tres durationes, et tres presentias locales, quibus tres Divine Personalitates respondent tempori, et loco, sed non dari tres eternitates, aut inmensitates, quia eternitas, et inmensitas est predicatum absolutum correspondentia vero ad tempus, et ad locum abstrahit ab absoluto, et relativo. ceteri vero magis consequenter, sicut tres eternitates, et inmensitates negant, vnam quoque duntaxat absolutam admitunt, sic tres durationes, et presentias locales rescissiunt, et vnam solam concedunt. in hac ergo controversia.

Sit prima conclusio. semel in divinis relationibus admissa triplici duratione, triplici quoque presentia locali debet admiti triplex eternitas, et inmensitas relativa. probatur nam eo ipso quod vnaquequ quoque relatio propriam durationem, et presentiam localem habeat, cuius vi petet ab eterno in eternum durare, petet quoque similiter infinito loco respondere: sed in hoc formaliter consistit eternitas, et inmensitas, ut supra diximus, et patet in duratione, et presentia absoluta, que solum ob hanc rationem est eternitas, et inmensitas. igitur admissa triplici duratione, et triplici presentia locali, necessario debet admiti triplex eternitas, et inmensitas. minor, et consequentia patent; maior est evidens, quia duratio relationis propria si detur, erit formaliter petens ex natura sua ab eterno in eternum durare consequenter quoque relationem denominabit ab eterno in eternum durantem. similiter de presentia in ordine ad locum. Sit

Sit 2a conclusio. admitenda est triplex duratio, triplex quoque presentia relativa, proinde quoque triplex eternitas, et inmensitas in divinis relationibus. probatur nam quevis relatio sumpte sumpta petit coexistere omni tempori, et omni spacio. ergo quelibet ratione sui est duratio, et ubicatio. patet nam tota ratio distinguendi durationem, et ubicationem increatis, non est alia, quam in diferentia substantie, ut huic tempori, vel alteri, huic, vel alteri loco respondeat. unde si idem sui entitatem creatam exire determinatam ad hoc tempus vel spacium illa non exigit superaddita duratione, vel ubicatione, sed erit sui duratio, et ubicatio, ut patet in ipsa met ubicatione, et duratione, que superaddita formaliter non egent. ergo cum relatio quelibet sit exire determinata ad omne tempus et spacium, quelibet formaliter erit sui duratio, et ubicatio, consequenter quoque sui eternitas, et inmensitas: at relationes sunt tres realiter distincte. dantur ergo tres durationes, et ubicationes realiter distincte.

Dices. in simbolo nostre fidei dicitur, non dari tres eternos, neque quoque inmensos, sed unum eternum, et inmensum. ergo relationes prout interse realiter, et virtualiter distinguuntur ab essentia, non habent proprias eternitates, et inmensitates. patet quia si haberent, iam darentur tres eterni, et inmensi.

Respondetur ibi sermonem esse de eternitate, et inmensitate absoluta, non de relativa. quare fateor, non esse dicendum absolute quod in Deo dentur tres eterni, vel inmensi, seu tres eternitates, vel inmensitates, quia voces iste sine restrictione prolate, sive contracte sumantur, sive abstracte, stant pro absoluto, denotant quoque multiplicationem in eterno, vel inmenso, seu in eternitate, vel inmensitate absoluta. que tamen non datur; at cum addito potest, et devet afirmari, dari tres eternos, et inmensos personales, tres eternitates, et inmensitates relativas.

Hinc infertur 1o pro materia de atributis, quamlibet perfectionem divinam per se ipsam formaliter esse eternam, et inmensam,

inmensam, quia ratione sui quelibet petit correspondentiam ad omne tempus, et spacium videtur, neque ad oppositum habet indiferentiam. Et licet perfectio divina non per se ipsam, sed per suam peradditam formalitatem esset eterna, et inmensa, iudicarem, totesse multiplicandas eternitates, et inmensitates, quot sunt Divine perfectiones, cum increatis videamus, sublata distincta durationibus et ubicationibus distinctis informarii. sed quid de hoc sit.

Infertur 2° misterium trinitatis exerceri in tribus eternitatibus, et inmensitatibus relativis, sub una eternitate et inmensitate absoluta, divinitatis propria. 4° quod de predicatis negativis caput 4um.

Vltra perfectiones positivas reperiuntur in Deo non nulla predicata negativa de quibus in presenti capite rogatur, an multiplicatis relationibus multiplicentur, et in eis eventer exerceatur misterium trinitatis? neque modo discutio, quinam sint tri positivi quos excludunt hec predicata negativa, neque de singulis in particulari dicero, non id esset nimis molestum, et inutile, sed de omnibus ad quedam capita redactis inquiro, num multiplicentur?

Id notare non omitam, hec predicata non atendenda sum negativum precisse quod aferunt, quia sic nullam perfectionem inportant, et communia sunt entibus non existentibus, imo et inpossibilibus; sed ulterius atendi debent sum positivam, et increatam perfectionem Dei supra quam radicantur. hoc ergo supposito.

Duplex reperitur sententia. 1a negat, hec et alia negativa predicata multiplicari, vg inmutabilitatem, increabilitatem, inmortalitatem, inpasibilitatem, incomprehensibilitatem

incomprehensibilitatem, inmaterialitatem etc.ª est communis et defenditur a P. Montoya dispᵉ 28 sectione 3ª P. Martino Peres dispᵉ 11 sectione 9ª. Magistro Alvis dispᵉ 10 sectione 5ª cum aliis. 2ª vero sententia quam aliqui Recentiores propugnant est afirmativa, quod ea prædicata sensiet multiplicari.

Est autem hoc discrimen inter utramque sententiam. quod 1ª licet fateatur, ea nomina adiective sumpta multiplicari, tamen substantive sumpta multiplicari negat. unde concedit tres Personas inmutabiles, increabiles, inmortales etc.ª negat tamen inmutabilitates, increabilitates, inmortalitates etc.ª quod istas formas sensit non multiplicari; quamvis multiplicentur subiecta. sicut dantur tres Personæ Divinæ, sed non tres Divinitates, quia Persona multiplicatur non Divinitas; at 2ª sententia non solum personas, et subiecta denominata multiplicat, sed formas etiam denominantes. unde non solum multiplicari sensit ea nomina adiective sumpta, circa quod non est contentio, sed etiam substantive. quare non solum admitit tres personas inmutabiles, sed etiam tres inmutabilitates, etc.ª sicut dantur non solum tria entia, sed tres entitates, tria inmensa, et tres inmensitates.

Hanc 2am sententiam verissimam sensio. pro cuius explicatione statuo; præter inmutabilitatem absolutam, quæ convenit naturæ Divinæ, reperiri triplicem inmutabilitatem relativam. sub inmutabilitatis nomine comprehendo increabilitatem, inmortalitatem, inpassibilitatem, et indivisibilitatem, ratio conclusionis est quod quælibet Personalitas formalissime sumpta dicit perfectionem, cui repugnat creabilitas, mortalitas, passibilitas, et divisibilitas. ergo tot sunt increabilitates et inmortalitates, quot personalitates sed personalitates sunt tres. ergo dantur tres increabilitates et inmortalitates. aliunde datur increabilitas, et inmortalitas naturæ Divinæ. dantur ergo tres increabilitates, et inmortalitates relativæ sub una absoluta. idem asero de reliquis prædicatis.

Confirmatur

Confirmatur, et explicatur. omne prædicatum Divinum ex se excludit omnem excogitabilem imperfectionem, non ratione cuius est infinite perfectum: at potentia ut mutetur, et alias denominationes huic similes subeat, est imperfectio. ergo ratione sui talem potentiam excludit: sed quod ratione sui talem potentiam excludit, ratione sui est immutabile; ergo quodvis prædicatum Divinum ratione sui est formaliter immutabilitatis. ergo multiplicatis prædicatis, ut re ipsa multiplicantur personalitates, multiplicantur istæ formaliter.

Confirmatur ulterius. immensitas, et æternitas est immutabilitas, in ordine saltem ad spacium, et ad tempus: at in Divinis Personis multiplicatur æternitas, et immensitas, ut supra diximus, et plures adversariorum admittunt. ergo multiplicatur immutabilitas in ordine saltem ad spacium, et tempus. at eadem est ratio pro ceteris prædicatis negativis. ergo etc.

Ex his ergo constat, in Deo reperiri tres immutabilitates relativas sub una absoluta, sicut tres personalitates relativas sub una Deitate absoluta, et communi. quare misterium trinitatis exercetur in hoc prædicato, nec non in quovis alio quod nomine immutabilitatis comprehenditur. et quando Sancti P.P. frequenter dicunt, et in simbolo dicitur, non dari tres increatos, hoc est tres increabiles. intelligendum est de increabilitate absoluta, non relativa. sicut in simili de æternitate, et immensitate diximus capite præcedenti. fateor his vocibus utendum semper cum restrictione, ne detur ansa errandi. fateor præterea, quod immutabilitas in omni genere competit Deo ratione omnium perfectionum, et consequenter non multiplicatur; at in hoc vel illo genere convenit ratione huius, vel illius prædicati, consequenter quod multiplicari potest multiplicato prædicato.

Iam ergo liquet quid dicendum de incomprehensibilitate, invisibilitate, et inefabilitate, quæ videntur idem sonare. multiplicantur enim sicut de immutabilitate diximus. hoc idem teneas de incorporeitate, sive immaterialitate, vel

vel quovis alio simili predicato negativo. neque enim in omni bus inmorari licet. ad alia enim positiva predicata in quibus maior est difficultas, gradum properamus. 1º an detur in Deo triplex existentia relativa sub unica absoluta? q. 5a. affirmative respondetur caput tum.

Quod in Deo detur absoluta existentia per quam divinitas anterior ad relationes existat, nequit me iudice dubitari. tum quia sicut divinitas participan, et anterior ad relationes est ens actuale, sic et existens: cum existere non sit aliud, quam esse ens actuale, oppositum nihilo. tum etiam quia cum divinitas sit veluti radix metha phisica relationum, oportet ut anterior ad illas existat. ergo per existentiam absolutam. patet maior in Deo quidquid ad relativum precedit, est absolutum.

Hinc est, quod si preter hanc existentiam divinitati propriam detur alia triplex in relationibus, dabitur sine dubio triplex existentia relativa sub una absoluta, eo enter quod misterium trinitatis exercebitur in triplici existentia relativa sub unica absoluta. quare tota difficultas ad hoc devolvitur, an Personalitates, vel relationes habeant proprias existentias relativas, sicut habent proprias entitates.

Duplex in hoc dubio reperitur sententia. 1a communis inter Thomistas, est negativa. nam relationibus negat proprias existentias, licet proprias entitates concedat. sicut enim materia

materia, licet habeat entitatem distinctam a fra, tamen existit in eius essentia per existentiam frē; sic licet Personalitates habeant entitates a Divinitate distinctas, adhuc existunt per existentiam divinitatis. unde solum admittunt in Deo quandam existentiam absolutam, et communem, omnem q3 relativam denegant. ita Caietanus. Capreolus, Bañes, et alij, quos refert, et sequitur P. Basques disp.e 126. 2a sententia communis inter nostros D.D. admittit in relationibus tres existentias relativas sicut et tres relativas entitates. ita P. Montoya disp.e 25 sectione 5a. P. Martinus Peres disp.e 12 sectione 2a P. Arriaga disp.e 49 sectione 2a cum Schoto subtilitatum Principe in 1o distinctione 11 q.e 2a et alij.

Hanc 2am sententiam verissimam semper habui; manifeste q3 deducitur ex dictis an[n]obis in methaphisica pro identificatione existentiæ cum essentia. q omne ens actualiter existens ut tale, per se ipsum fraliter existit, sicut per se ipsum fraliter est ens oppositum nihilo: sed in tribus Personalitatibus, aut relationibus Divinis reperiuntur tria entia opposita nihilo. ergo tres existentiæ. ex quo 2o deducitur, omnem perfectionem singularem Dei, sive relativam sive absolutam, habere propriam existentiam, eamq3 ab alia perfectione n̄ mendicare. quin, et ita habere propriam existentiam, ut ipsamet perfectio fraliss[im]e sit existentia sui, n̄ minus ac est entitas sui.

1 Probatur ulterius eadem resolutio. q omnis productio terminatur ad existentiam rei, cum tendat ad illam in rerum natura constituendam. ergo productio filij terminatur ad existentiam filij: sed n̄ ad existentiam absolutam, q.a nihil absolutum in Deo terminat productionem. igitur ad existentiam relativam, datur ergo in filio existentia relativa. idem arg[umen]tum frari potest in spiritu sancto. et ex utriusq3 paritate deducitur etiam existentia relativa Patris.

Huic arg[umen]to respondet P. Basques, in creatis producto

producto tº debere produci eius existentiam, ñ sic in divinis.
sicut producto tº producitur increatis eius essentia, in divinis au
tem licet filius producatur, ñ producitur eius essentia, ñ haec est
natura divina, quae ñ producitur, sed communicatur filio. sic
ergo producto filio, ñ producitur, sed ei communicatur existentia,
quae proinde ñ est relativa, sed absoluta.

Verum haec evasio facile praecluditur 1º quia ex ipsis
tris evidentissimum apparet omnem productionem, sive divinam sive
creata terminari ad existentiam, cum tum ponat in rerum natu
ra, faciatque de illo verificari, quod absolute, et simpliciter sit. 2º quia simi
liter dici posset, in divinis ñ terminari productionem ad entitatem
tri, licet increatis terminetur. quod apud omnes est falsum. 3º quia in
cap. 2º praecedentis quaestionis ostendi tres Personalitates habere
tres essentias relativas. unde licet in filio ñ producatur essentia
communis, sive Deitas, pro qua stat nomen essentia absolute pro
latum, tamen essentia relationis, seu relativa essentia producitur.
neque unquam percipere potui, qua ratione tum producatur,
quin producatur eius essentia, cum res, et eius essentia formali
ssime sint idem.

Sed rogas an a theologo possit affirmari, quod in Deo dentur
tres existentiae relativae? respondetur affirmative quia re ipsa dan
tur tales existentiae. sicut a filosofo potest affirmari, quod in com
posito detur materia, forma, et unio, quia re ipsa dantur. et oppo
situm affirmare, vel esset contra mentem loqui, vel contra veri
tatem sentire. quare displicent, qui concedentes eiusmodi re
lativas existentias negant, enuntiari posse hanc propositionem in Deo
dantur tres existentiae relativae, quasi quod absurdius. id autem
defenditur ab omnibus fere Doctoribus pro 2a sententia ci
tatis. 4º argumenta in oppositum caput 2um.

Obiicies

Obiicies 1° modus non addit rei novam existentiam, sed novum essendi modum: at personalitates Divinæ sunt modi naturæ Divinæ. non igitur addunt novam actualitatem, vel existentiam supra naturam Divinam, sed ea ipsissima perficiuntur existentia, quâ natura Divina. minor probatur quia personalitates divinæ se habent ut createæ, quæ sunt modi naturam afficientes.

Respondetur 1° distinguendo maiorem. modus non addit rei novam existentiam sui, nego; non addit novam existentiam rei, cuius est modus, concedo. nam sicut modus adveniens addit novam entitatem sui licet non entitatem novam rei supra quam advenit, ita non addit existentiam rei, sed existentiam sui. nam entitas, et existentia sunt realiter idem. hoc patet in omnibus modis realiter superadditis, qui cum adveniant subiecto, non afferunt novam formam, qua subiectum existat, sed quâ ipsi existant. respondetur 2° negando minorem, quia licet in creatis subsistentia sit modus, quod omitto, non tamen in Divinis, ob summam imperfectionem quam ex proprio conceptu modus affert. sicut licet in creatis amor et cognitio sint accidentia non in divinis ob imperfectionem.

Obiicies 2°. in deo non plurificantur nisi quæ opponuntur, cum ibi omnia sint idem, si non obstet relationis oppositio: sed Personæ Divinæ non opponuntur in existentia. ergo in Personis non plurificatur existentia. minor probatur quia potius in eo prædicato conveniant. hoc tamen argumentum solvi debet ab obiiciente, quia probat in Deo multiplicari rationem entis, entitatis, personalitatis, etc. nam in his prædicatis conveniunt potius, quam differunt, et opponuntur Divinæ Personæ: sed hoc non obstante plurificantur ergo etc.

Respondetur ergo, quod licet Personæ Divinæ non opponantur in ratione abstractissima existentiæ, tamen in ratione talium peculiarium existentiarum opponuntur, et ideo plurificantur. sicut ratio entis et personalitatis multiplicatur

multiplicatur quia licet in eis communissime sumptis et abstractis non differant, sed conveniant personae, tamen in eis ut ad peculiares differentias contractis differunt.

Obiicies 3º: tres Divinae Personae denominantur intelligentes, et amantes, ab unica intellectione, et amore communi: ergo poterunt etiam denominari existentes ab unica existentia communi. sed idem argutum in obiicientem etorno, et ex eodem antisicinfero. ergo poterunt etiam Divinae Personae denominari entia, entitas, et Personae, per unicum ens, unicam entitatem, et personalitatem communem, quod non admittes.

Ergo aliquae sunt denominationes, quae nequeunt desumi nisi ex fralissimo rei conceptu, talis est ratio corporis, spiritus substantiae, entis etc. inter has accentiori debet existentia, quae fralissime non est aliud, quam entitas. unde sicut nihil est entitas per aliud, sed per se ipsum, ita nihil existit per aliud, sed per se. quare licet Personae Divinae, quatales accipiant alias denominationes a fris distinctis absolutis, existere non ponunt per fram absolutam, vel relativam distinctam, sed per se ipsam. mala igitur paritas est.

Obiicies denique, plures Ecletiae P.P. quorum testimonia refert eruditus P. Montoya, qui negare videntur tres existentias relativas. Respondetur hos P.P. caute fuisse locutos, ne viderentur consentire Hereticis confingentibus in Deo plures Deitates, aut plures existentias absolutas, eorum tamen animum longe fuit a negandis tribus existentijs relativis, ultra unicam absolutam Deitatis propriam.

Ad extremum rogas, quid sentiamus de illo fundamento, quo communiter uti solent Iuniores, ad probandum Personalitates Divinas habere proprias existentias relativas. quia scilicet cum omne absolutum in Deo praesedat relativum, si personalitatum existentia esset absoluta, praesederet ad Personalitates relativas. hoc est inpossibile. ergo etc. minorem probant quia iam Persona=

Personalitates existerent ante quam essent, cum in eo priori ante quam sint detur earum existentia, nequeat quippe dari talis existentia quin personalitates ipsae denominentur existentes.

Respondetur hoc argumentum, et ad speciem compositum esse nobis admodum inefficax, quia stat bene dari formam, quin ex illa denominetur subiectum, eo quod eius applicatio deficiat, ut ex se patet innumeris quippe posset exemplis comprobari. cum ergo licet existentia praecederet ad personalitates, adhuc eis applicatam esset, eo quod in illo priori personalitates non haberent esse, nilmirum, quod talis existentia non denominaret tunc personalitates existentes, sicut denominaret in posteriori signo, quando iam personalitates haberent esse, sibi quippe applicarent existentiam. Hoc apertissime patet in Divinitate, quae licet sit forma denominans filium Deum, adhuc in eo priori, quo reperitur in Patre, priusquam Filius producatur non denominat Filium Deum, quia non datur Filius, et consequenter non habet tunc Divinitatem sibi applicatam; denominat autem in signo posteriori, quando iam Filius datur. 4° an detur in Deo triplex subsistentia relativa sub unica absoluta. quaestio 6a. proponitur difficultas caput 1um.

Facilis est quaestionis sensus, licet eius resolutio difficilis, quod exinde provenit, quia non adhuc bene cognovimus, quid sit subsistentia, et quis non

n eius fr̃alis effectus: scimus utique in misterio trinitatis, et incarnationis dari subsistentiam, sed quę sit ignoramus. igitur in presenti queritur, an sicut in Deo dantur tria entia relativa sub unico ente absoluto, sic dentur tres subsistentię relativę, sub unica absoluta: proindeque sicut mysterium trinitatis exercetur in triplici ente relativo sub unico absoluto, sic exerceatur in triplici subsistentia relativa sub unica absoluta: quod perinde est, ac rogare an dentur, tres subsistentię, quibus specialiter Divinę Personę subsistant, et ultra has speciales detur alia communis omnibus Personis.

Vbi noto subsistentiam absolutam vocari communem, quod intelligendum est de communitate reali, non rationis quia modo non inquiritur an ex Divinis subsistentiis abstrahi possit ratio communis subsistentię, de quo infra agendum discutiendum est; sed an sicut in Deo datur una singularis Deitas, quę per identitatem est in omnibus Personis, ita detur una singularis subsistentia, quę per identitatem sit in eisdem Personis: hęc autem subsistentia, si detur non erit communis communitate rationis, sed reali, sicut Deitas de facto non est ~~communis communitate rationis, sed reali, sicut Deitas de facto non est~~ communis communitate rationis, sed communitate reali, n abs que sui plurificatione, reperitur in omnibus Personis.

Noto preterea, quod hęc absoluta subsistentia potest cogitari dupliciter. 1° si per intum, aut virtualiter distinguatur a natura. 2° si sit omnino indistincta. DD. promiscué loquntur nos autem utranque difficultatem seorsim discutiemus in subsequentibus capitibus. his ergo notatis

Triplicem sententiam invenio circa presentem difficultatem. 1a negat subsistentias relativas, et solam absolutam concedit. unde fatetur, Personalitates, vel relationes Divinas, in eo conceptu, quo plurificantur, non induere rationem subsistentię. ita

ita Durandus, Albertus, Argentinas, apud P. Montoya disp.e 3a de trinitate sectione 6a. referri solet pro hac opinione Schotus, tum in 1o sententiarum distinctione 6a q.e 2a. tum in 1o distinctione 4a q.e 1a. sed mihi satis est dubia mens Doctoris subtilis. qd tamen sit, docuit. propugnat hæc sententia relationes Divinas tantum esse modos, quibus natura Divina contrahitur, et determinatur ad esse incommunicabile, non autem esse subsistentias, quamvis personalitates sint: nam Personalitatem iudicat esse existentiam per se naturæ incommunicabilem; in quo adequato personalitatis conceptu duplicem inadequatum distinguit. tum quo sit existere per se, et eum asserit esse commune; alterum, quo sit incommunicabiliter existere, et hunc asserit esse modum relativum, nam omnis incommunicabilitas ut pote distinctionem inducens, nequit provenire nisi a fra relativa. relationes ergo sunt Personalitates, quatenus ultimo constituunt illum conceptum, qui est existere per se incommunicabiliter. ita prescitati D.D.

2a sententia huic opposita, concedit tres subsistentias relativas, et personales, omnem autem absolutam, et communem subsistentiam reiicit, quoniam existimat nihil aliud esse subsistere quam existere per se ultimo, et incommunicabiliter ita P. Molina, P. Valentia, P. Vasquez cum alijs quos refert et sequitur P. Montoya citatus. eis subscribunt Iuniores communiter. P. Suniga q.e 30 disp.e 5a dubio 9o, P. Alarcon tr.u 5o disp.e 4a cap.e 3o, et 4o P. Arriaga disp.e 51 sectione 2a subsectione 2a.

3a sententia complectitur duas precedentes, et communem subsistentiam, propriamque naturæ Divinæ concedit, et alias tres relativas, admittit, quarum vna sit propria Patris, alia filij, et alia spiritus sancti sic P. Suarez 3a parte disp.e 11 sectione 3a, et 1a parte libro 4o de trinitate cap.e 11. P. Granado 1a parte tr.u 4o de trinitate disp.e 5a sectione 3a. P. Martinus Perez disp.e 11 sectione 2a numero 2o cum alijs antiquioribus apud istos videndis.

Sed

Sed ut mentem horum Authorum facilius deprehendas adverte, conceptum subsistentiæ ut sic penes ipsos tantum dicere existentiam naturæ per se, hoc est sine unione ad aliud, in quo sit tanquam accidens in subiecto, vel tanquam pars in toto. Hunc autem genericum subsistentiæ conceptum dividunt in duas differentias, quarum alia sit subsistentia communicabilis, et incommunicabilis alia: subsistentia communicabilis est existentia per se, hoc est absque inexistentia in alio tanquam in subiecto, vel toto indifferens tamen ut pluribus communicetur. subsistentia incommunicabilis est eadem existentia per se; sive perseitas ut plures locuntur incommunicabilitatem. priorem subsistentiam Deitati sumptæ concedunt posteriorem autem dicunt Deitati provenire a relationibus, quia ab eis formaliter habet excludere omnem inexistentiam in alio, tanquam in subiecto, vel in toto, et simul incommunicabiliter existere.

Vt veram sententiam elligam, et proprium animum aperiam omnino recolenda est doctrina, quam pro subsistentia iecit in materia de incarnatione (?) 3ª parte 2a q. 3a. quia ibi refutatis aliorum sententiis maxime Recentiorum efficaciter ostendi subsistentiam esse quid positivum, et realiter a natura distinctum, eiusque formalem effectum non esse qualem plures comminiscuntur, sed præcisé complere substantiam in ratione substantiæ: quia eo ipso quod aliquod ens sit substantiale, petit hoc complementum, quod subsistentiam appellamus. hoc ergo prio iacto, tum decidemus, an dentur tres subsistentiæ personales, et relativæ: postmodum, an detur subsistentia absoluta, et communis. 4º dantur in Deo tres subsistentiæ Personales. caput 2um.

Huic

Huic conclusioni favent Authores pro 2a, et 3a sententia relati, dicentium Autores 1ę sententię. probatur sic ab aliquibus R.R. non subsistentia non est aliud quam ea formalitas per quam rationalis natura redditur incommunicata per unionem, vel identitatem: sed perfectio propria Patris. idem de perfectione propria filij, vel spiritus Sancti. reddit naturam Divinam incommunicatam alteri extremo per unionem, vel identitatem. ergo perfectio propria Patris est subsistentia. maior supponitur minor probatur, quia perfectio propria Patris seipsa formaliter est incommunicabilis alteri distincto a persona Patris. ergo seipsa formaliter est incommunicata. probatur consequentia, non quod formaliter excludit communicabilitatem oportet, ut formaliter excludat communicationem, cum opponi possibilitati rei sit opponi rei. ergo perfectio propria Patris seipsa formaliter excludit omnem intrinsecam communicationem, quę fiat per identitatem, vel per unionem intrinsecam sui cum alio. ergo posita in natura Divina reddit eam omnino incommunicabilem, et incommunicatam, per unionem scilicet intrinsecam, vel per identitatem, hęc tamen ratio nititur falsis simis principijs, nam in primis ea propositio maior continet explicationem subsistentię, quam in citato loco de incarnatione reieci, modo quod breuissime confuto. nam stante subsistentia, sive divina sive creata, stat etiam, quod natura communicetur ipsi subsistentię, vel per identitatem, ut in natura divina, vel per unionem intrinsece receptam, prout in natura creata respectu subsistentię Christi, vel respectu proprię subsistentię createę. stat insuper naturam creatam proprijs accidentibus uniri. stat preterea quod una pars substantialis communicetur alteri substantiali per unionem intrinsecam sive informationis, sive continuationis. ergo subsistentia non est formalitas reddens naturam incommunicatam per unionem intrinsecam, vel per identitatem.

Hoc etiam apparet in verbo

verbo Divino, ꝗ illud subsisteret ñ estñ communicari. cum defacto subsistat, et tamen defacto communicetur humanitati. Dices ñ intrinsece communicari, sed per extrinsecam unionem. contra ꝗ id esse falsum in materia de incarnatione probavi ttt.u 2.o q.e 2a. deinde rogo, cur sit contra subsistentiæ conceptum communicari per unionem intrinsecam, et ñ per extrinsecam? exhibe disparitatem.

Minor etiam ppp.o facti discursus est mihi falsa, q.a perfectionem relativam Patris ñ uniri, vel ñ identificari, provenit frâliter a negatione superaddita, licet radicaliter ab ea perfectio ne proveniat. sicut animam Divi Petri ñ uniri defacto cum corpore provenit frâliter a negatione super addita, vi cuius destruitur frâliter unio, ñ autem ab ipsamet anima, quæ ad summum est fundamentum tali negationis: cum, ibi conspiamus esse fræ negationem, ubi frâ si daretur, in existeret. iter. Petrum ñ identificari cum Paulo, provenit frâliter a negatione phisicé super addita Petro, et Paulo. propterea qđ in methaphisica docui realem distintionem in negativa frâ consistere.

Dices, quando frâ est inpossibilis subito redditur frâliter inpossibilis, et ñ existens per ipsum subtum, licet quando possibilis esset et contingens, reddatur ñ existens per negationem superadditam, et contingentem. ergo cum intrinsece communicari per unionem, vel identitatem, sit inpossibile perfectioni relativæ Patris, redditur inpossibilis, et ñ existens ea communicatio per ipsam perfectionem relativam Patris quæ proinde frâliter erit per se ipsam in communicabilis, et incommunicata.

Respondetur negando añs, ꝗ frâ licet inpossibilis subito, ñ excluditur frâliter per ipsum subtum, sed per superadditam phisicé negationem, esto radicaliter excludatur a subto, et id solum discriminis est, ut negatio fræ contingentis sit contingens, et negatio fræ inpossibilis sit necesa. neqđ

neqꝫ umquam apprehendere potui, quod Petrus per se ipsum formaliter destruat eius identitatem cum Paulo, secus erunt extrema contradictoria Petrus, et eius identitas cum Paulo, proindeque valebunt idem Petrus, et negatio identitatis Petri cum Paulo. deinde si Petrus existit est formalis destructio negationis identitatis cum Paulo, quando non existit Petrus, dabitur eius identitas cum Paulo, quia tollitur formalis destructio huius identitatis. alia mitto, quae late in methaphisica persequor.

Constet igitur, eam perfectionem specialem, et relativam Patris excludere per negationem superadditam, quamlibet sui communicationem, quantumvis haec impossibilis sit. item excludere per negationem superadditam, quamlibet potentiam ut communicetur: quia sicut subiectum excludit formam per negationem formae, sic excludit potentiam ad formam per negationem talis potentiae quae sit ad formam. unde patet quam inefficax sit haec probatio pro nostra conclusione. alia igitur quaerenda est. 2º efficaciter probatur iacta conclusio. caput 3um.

Probatur 1º ex decretis Conciliorum generalium. concilium Nicenum, et generale lum libro 2º libro 2º 5º in librum Iob ait una Divinitas, scilicet trinitatis, in tribus subsistentiis perfectis equalibus consideratur. concilium Calcedonense quod est generale 4um actione 6 in responsione apud Martinum Imperatorem in professione fidei prope initium ait, trium subsistentiarum P.P. intellixere doctrinam: non extra scripturam sanctam hanc inventionem sibi fingentes. Constantinopolitanum 2um quod est generale 5um collatione 8 sic inquit: si quis non confitetur unam Deitatem, in tribus subsistentiis; sive Personis adorandam, anathema sit. Probatur

Probatur 2º ex P.P. nam Athanasius tomo 2º in questionibus, quarum 1a est quid est Deus? quae 1a inquit: tres Personas confiteor, tres subsistentias, tria propria, tria individua, tres characteres etc.a Nicenus in epistola de imagine, et similitudine contra Apolinarem ait: invenies subsistentiarum, sive Personarum trinitatem, et unitatem naturae. Sirilus Alexandrinus libro 3º dialogo de trinitate propius ad medium quam ad finem ait: omnis fidei nostrae sermo huc tendit, ut unam quidem videamus deitatis naturam, quae in tribus subsistentijs proprijs reperitur. Damascenus libro 1º fidei cap. 6º. filius inquit, qua subsistit tum ei ipsum distinguitur ab eo, a quo subsistentiam habet.

Probatur 3º ratione filius habet propriam, et relativam subsistentiam, ergo similiter Pater, et Spiritus Sanctus. cons.a patet a summa paritate. prob. ant. filius ratione subsistentiae relativae fuit unitus cum humanitate creata, ergo habet subsistentiam relativam. ant. prob. nam fuit unitus ratione alicuius subsistentiae: sed non communis, sed absolutae, ergo propriae et relativae. cons.a patet, quia praeter absolutam et relativam non est excogitabilis alia. minor prob. quia si fuisset unitus ratione subsistentiae absolutae non esset ratio cur potius filius, quam Pater, aut Spiritus Sanctus diceretur unitus et incarnatus; quandoquidem ea subsistentia non esset potius filij, quam alterius Personae, si quidem esset omnibus communis: at est de fide solum filium incarnatum, et unitum humanitati ergo etc.a

Confirmo, nam ideo tres Personae dicuntur aequaliter producere creaturas, quoniam omnipotentia, vi cuius exercetur ea productio, communis, et eadem est in omnibus Personis. ergo si praedicatum, vi cuius Deus fuit humanitati unitus, esset commune omnibus Personis, omnes denominarentur unitae. ergo si fuisset unitus ratione subsistentiae communis omnibus Personis, omnes denominarentur unitae, et incarnatae

incarnatae: sed hoc est hereticum; ergo Deus ratione sub sistentiae peculiaris, et propriae Divini verbi fuit unitus. datur igitur in verbo peculiaris subsistentia, caeteris q. in Patre, et spiritu Sancto.

Probatur 4º quia in Deo dantur tres suppositalitates, quia dantur tria supposita; sed suppositalitas est subsistentia. dantur ergo tres subsistentiae. rursus. in Deo reperiuntur tres Personalitates: sed personalitas non est aliud quam rationalis naturae subsistentia. ergo dantur in Deo tres subsistentiae naturae divinae. maior debet esse certa, quia si non darentur tres Personalitates, non darentur tres Personae, dum nomen Persona dicat in recto Personalitatem, neque multiplicari possit, quin multiplicetur id quod afertur in recto: sed est de fide dari tres Personas. ergo certum debet esse dari tres Personalitates.

Neque dicas multiplicari Personalitates tum conceptum incommunicabilitatis, non tum conceptum subsistentiae, qui consistit in eo quod natura divina habeat existentiam per se, nam iste conceptus est communis. contra quia Personalitas, ut contendit sententia, quam impugnamus involvit aeque 1º indivisibiliter, et eadem omnino ratione duplicem illum conceptum, qui latet in eo, quod natura habeat existentiam per se incommunicabilem, ut ex mente eorum Patronum diximus cap. praecedenti, dum eam sententiam exponeremus: ergo quin alter ex conceptus multiplicetur, nequit Personalitas multiplicari, sed alter ex illis conceptibus est subsistentia. ergo quin subsistentia multiplicetur nequit Personalitas multiplicari. rogas an

Rogas an sit de fide dari tres subsistentias relativas; respondeo vertit, ex P. Montoya disp. 34 sectione 2 a numero 1º ubi post quam scripsit haec conclusionem tres relativae subsistentiae probantur. Ideo ingerit huius dommatis certitudo fidei est ita coniuncta, ut

ut sine errore negari non potest. hec sapientissimus Pater. ad oppositi arguti respondetur caput 4um ~~tumo~~

Primum argutum in creata natura sufficit unica subsistentia, ergo etiam in Divina. licet cum hoc discrimine, quod subsistentia creata sit imperfecta, licet Divina in suo genere infinita.

Respondetur conceso ante negando conam. non etiam in creatis pro unica natura sufficit unica Personalitas. in Divinis autem requiritur triplex. item sicut in creatis pro triplici Persona requiritur triplex subsistentia, sic in Divinis. ob infinitam autem perfectionem Divine nature requiritur in Deo triplex subsistentia. propter autem limitationem nature create, non alia preter unam admititur.

2um argutum. sicut unica deitas sufficit, ut omnes tres Persone denominentur Divine, et unica omnipotentia, ut omnipotentes dicantur ita sufficiet unica subsistentia, ut omnes denominentur subsistentes. ergo superfluunt tres subsistentie, que proinde relegari debent a Deo. probat hoc argutum unicam solum personalitatem, et suppositalitatem in Deo concedendam, quia sufficit illa pro constituendis, et denominandis tribus suppositis, et Personis, quod tamen admiti nequit.

Respondetur ergo 1° argutum procedere casu quo detur unica communis, et absoluta subsistentia. quia tamen hec suppositio est implicatoria, ut sequenti cape videbimus, ubi constabit repugnare subsistentiam absolutam, ideo nihil convincit. quandoquidem ad summum probat, superfluere relativas

relativas subsistentias stante subsistentia absoluta.

Respondetur 2° quod argumentum implicat in terminis, nam supponit dari tres Personas sine tribus subsistentijs, quod chimericum est, nam in Divinis n̄ multiplicatur Persona ratione naturæ sed ratione subsistentiæ. neque convincunt exempla, nam persona n̄ multiplicatur ex Deitate, vel omnipotentia, sicut ex personalitate. quare potest optimé stare cum pluralitate Personarum vnitas in natura, vel in omnipotentia, n̄ autem in subsistentia. quod si preter subsistentias relativas constituentes, et plurificantes Personas, daretur alia communis, et absoluta, posset eas denominare Personas, sicut vnica Deitas communis illas denominat. et hoc ad summum probat obiectio. nihilominus de facto n̄ ita contingit, quia n̄ datur subsistentia communis et absoluta, sicut datur Deitas, et omnipotentia communis. de quo cap.e sequenti.

3um argumentum. Hypostasis grecé, idem est ac latiné subsistentia; sed n̄ dantur in Deo tres Hypostases, sed vna. ergo n̄ dantur in Deo tres subsistentiæ, sed vna.

Respondetur dato quod sit de antiqua significatione huius vocis Hypostasis, quæ stare solebat pro essentia, modo iam penes omnes significare subsistentiam. in quo sensu dantur in Deo tres Hypostases, sicut tres Personalitates, et subsistentiæ. neque sustinendus esset qui tres Hypostases modo negaret in Deo. videatur P. Montoya disp.e 31 de trinitate qui rem istam eruditissime versat.

4um argumentum si darentur in Deo tres subsistentiæ, iam subsistentia Divina esset predicatum relativum: sed n̄ est. ergo etc.a maior est certa quia nullum predicatum absolutum plurificatur in Deo. quare si subsistentia plurificatur n̄ est predicatum absolutum, sed relativum. minor probatur 1° nam creata subsistentia n̄ est relativa; ergo neque Divina. 2° quia subsistentia ~~sim~~ solum est ad naturam, quam complet, n̄ autem ad alium

alium tum, quem respiciat. ergo n est relativa. sed quis n videat hoc idem argutum formari posse contra tres suppositalitates, et personalitates, quas omnes admittunt.

Respondetur ergo conseq maiori negando minorem ad tam eius provationem falsum est ant, et cõa nulla. falsum ant q subsistentia creata dicit relationem saltem transcendentalem ad probriam ubicationem, durationem, relationem predicamentalem quam fundat, et alios effectus, quos producere potest, dicit etiam relationem tri producti, vel producibilis a sua causa.

Iam vero cõa est nulla, q sicut n valet: subsistentia creata n est Divina: igitur subsistentia Divina n est Divina. sic n valet: creata subsistentia n est relativa; ergo neq Divina. n aliter de Divina, ac de creata philosofandum est quando nihil ponitur repugnans rationi communi subsistentie, prout abstrahit a Divina, et creata. discrimen autem subsistentie facile deprehenditur, n in creatis possunt absoluta realiter distingui, in Divinis auten sola relativa propter summam Dei perfectionem. ergo cum multiplicentur, et realiter distinguantur subsistentie, sicut, et Personalitates, oportet, q sint extia relativa. sicut personalitates n distinguerentur nisi essent relative.

Ad tam minoris probationem respondetur esse falsum, q subsistentia tantum sit ad naturam quam complet, n etiam est ad tum, vel effectum, quem causare potest, et ad causam, a qua producibilis est. unde subsistentia Divina Patris respicit naturam Dei, quam per identitatem complet, et respicit filium, cuius prium constituit. alia hic arguta mitto, que gravissimas difficultates involvunt de constitutione Divinarum Personarum, et illarum equalitate, de perfectione relationum, etc. de quibus infra. 4o n datur in Deo subsistentia absoluta caput Sum.

In

In hac conclusione subscribo sententiae, dissentio tamen a la et 3a, prius vero, quam rationes in eius probationem adducam notanda sunt verba sapientissimi Patris Didaci de Montoya disp. 34 de trinitate sectione 5 a numero 2o ubi postquam similem conclusionem negativam posuerat immediate subdit. de hac conclusione dubitare non audeo postquam diligentius exploravi doctrinam Conciliorum, et Patrum.

Modo vero probatur iacta conclusio ex Sanctis Patribus, qui supponere videntur extra subsistentias relativas nullam dari communem absolutam, nam proinde frequenter usurpare solent subsistentiam in in concreto suppositum, et Personam: sed in Deo non datur suppositum, vel Persona communis. igitur ex mente Patrum non datur subsistentia communis, praeterea dum addunt de discrimine, quod est inter subsistentiam, et usiam, vel essentiam, semper docent hanc esse communem illam vero singularem. nunquam ergo subsistentiam communem agnoscunt.

Probatur 2o si per impossibile Deus unicam solum personalitatem haberet, ut philosofi gentiles putarunt, non daretur subsistentia, quae mediaret inter Divinitatem, et personalitatem, ergo neque de facto datur, quamvis Deus habeat triplicem personalitatem. ans certissimum est, quia nulli tunc in mentem veniret eam subsistentiam adstruere. cons. probatur quia non facile disparitas assignatur cur de facto mediet subsistentia inter Divinitatem, et personalitates, tunc vero non mediaret, nam ad hoc valde per accidens videtur se habere quod in Deo sit triplex Persona quasi qualis est de facto, vel unica solum ut in eo casu daretur.

Probatur 3o nam id nequit esse subsistentia, quod ex se petit ita necessario terminari per subsistentiam, ut neque Divinitus possit ea carere, quod vis absolutum Dei praedicatum ita necessario petit terminari per subsistentiam, ut neque Divinitus possit ea carere. nihil igitur absolutum in Deo potest esse

esse subsistentia. cōa patet maior est certa, qᵃ licet demus vnam rationem fōrmalem posse divinitus aliam eiusdem generis terminare, nihilominus nulla est, quae adeo neceßo petat illam, ut neqß divinitus possit eâ carere, n̄ vnio ex ipsa vnitur, neqß ad hoc aliam exigit vnionem. actio ex ipsa fit, quin aliam petat actionem ut ipsa fiat. existentia per se ipsam existit, et sic de alijs. minor pr̄, n̄ q̄ uis predicatum absolutum identificari petit cum subsistentia relativa Patris, Filij, et Spiritus Sancti. ergo petit subsistere per illas. et ita neceßo subsistere, ut neqß divinitus hoc desistere possit.

Neqß dicas optime stare, perfectionem identificari cum subsistentia, quin subsistat per illam, n̄ identitas individuis est instar vnionis increatis: at n̄ eo ipso q̄ res increatis vniatur cum subsistentia, per illam subsistit, ut patet in accidentis, q̄ licet vniretur cum subsistentia, n̄ denominaretur subsistens, eo q̄ denominatio subsistendi petat substantiale suppositum, qᵃ subsistentia est complementum substantiæ. ergo etᵃ.

Non, inquam, hoc dicas, n̄ licet accidens vnitum subsistentiæ n̄ denominetur subsistens, at substantia semper denominabitur, qᵃ nihil aliud excogitari potest ad denominationem subsistentis, quam substantiale suppositum vnitum subsistentiæ: sed q̄ uis Dei predicatum absolutum est substantiale. igitur vnitum per identitatem cum subsistentia, denominabitur subsistens. et cum hæc identitas exigatur neceßo fiet, ut subsistentia communis et absoluta si detur neceßo petat terminari per aliam, imo per plures alias. Confirmo n̄ ut in materia de incarnatione docui, si subsistentia creata reciperet aliam subsistentiam denominaretur subsistens. ergo in Divinis etiam casu quo vna subsistentia identificetur alteri.

Probatur 4º si daretur in Deo subsistentia communis daretur

daretur suppositum, et Persona communis, et consequenter daretur 4a Persona ñ quidem a ceteris distincta, sed indistincta, sicut ultra tres relationes realiter inter se distinctas dicimus dari quartam relationem, ñ quidem ~~realiter distinctam sed~~ ñ quidem realiter distinctam, sed indistinctam a ceteris: hoc autem est plus quam falsum, nam omnis theologia 4am Personam, et commune suppositum abhorret ergo etc. probatur maior quia nil aliud est suppositum, et Persona, quam rationalis natura simul cum subsistentia: sed daretur rationalis natura communis, et subsistentia similiter communis, ergo daretur suppositum, et Persona communis. urget magis haec ratio, si dicatur, concretum, ex Divinitate, et subsistentia communi, licet tribus subsistentiis relativis per identitatem communicetur, ñ tamen ut pereat ulterius subsistat. tunc enim nihil deficere videtur, ut illud concretum sit absolute subsistens suppositum, et Persona.

Confirmo si subsistentia absoluta per impossibile distingueretur realiter a subsistentiis relativis, et solam identitatem retineret cum natura, constitueret sine dubio 4am Personam realiter a ceteris distinctam. sicut tres subsistentiae distinctae realiter inter se constituunt de facto tres Personas cum eadem natura cui realiter identificantur; ergo quamvis identificetur realiter cum subsistentiis relativis, adhuc simul cum natura Divina constituet Personam, ñ quidem a ceteris distinctam sed indistinctam, sicut relatio spirationis activae, licet a ceteris ñ distinguatur realiter, adhuc est 4a relatio, ñ realiter distincta, sed indistincta. quare dicimus cum veritate dari 4or relationes, tres inter se realiter distinctas, et 4am cum ceteris realiter identificatam, ergo similiter dicemus dari tres Personas realiter inter se distinctas, 4am vero cum ceteris realiter identificatam quod tamen admitti nequit, ñ 4a Persona, vel suppositum commune

commune relegatur ab omnibus.

Probatur ultimo q^a natura Divina sufficientissime subsistit tribus subsistentiis relativis. igitur ad subsistendum n̄ requirit subsistentiam absolutam. sed aliunde n̄ est fundamentum ut ponatur, sicut ex argũtorum solutione constabit; ergo ponenda n̄ est. 4° Deitas n̄ subsistit formalissimé per se ipsam caput 6um

Dupliciter cogitari potest, ut supra notabam, q subsistat Deitas per subsistentiam absolutam, ante ad relativas. 1° q^a natura Divina formalissimé subsistat per se ipsam. 2° q^a subsistat per formalitatem superadditam, et communem tribus Personis. sicut licet certum sit, naturam ante ad relationes intelligere, tamen est dubium an intelligat per se ipsam formaliter, an per superadditam perfectionem, quae vocari solet atributum. aliis afirmantibus, et negantibus aliis.

Igitur in praecedenti cap^e promiscue probavi, naturam ante ad relativas Personalitatem n̄ subsistere praescindendo ab eo q talis subsistentia sit distincta, vel indistincta. modo iam in particulari libet ostendere neq3 per se ipsam neq3 per formalitatem superadditam subsistere naturam, q^a nullum ad eam subsistentiam astruendam reperitur fundamentum. hoc autem nulla ratione melius probabitur, quam detegendo inefficaciam argũtorum quibus probari solet eiusmodi subsistentia. prius ergo dicemus de subsistentia indistincta, postmodum vero de distincta. his ergo rationibus probari solet, naturam Divinam per se ipsam formalissimé subsistere. Prima

Prima qª rem subsistere n̄ est aliud, quam sic existere per se, ut excludat existere in alio per inhesionem propriam accidentis, vel per unionem intrinsece receptam, qua constituat ut pars totum aliq simul cum alia parte: sed natura Divina per se ipsam fr̃aliss.mé sic existit per se, ut excludat omnem inhesionem propriam accidentis, et omnem unionem intrinsecam, qua constituat ut pars aliq totum. ergo natura Divina fr̃aliss.me subsistit. minor p̃r qª natura Divina fr̃aliter, et per se ipsam excludit omnem imperfectionem qua sic esset inherere tanquam accidens, vel intrinsecé uniri tanquam pars.

Respondetur inprimis esse falsam minorem p̃pem qª natura Divina per se ipsam n̄ excludit fr̃aliter, sed radicaliter solum eas uniones, que fr̃aliter ansis contradictorijs negativis excluduntur, ut supradictum manet. preterea n̄ improbabile sudico, naturam Divinam posse intrinsecé uniri cum aliquo ente creato, ut simul cum illo tanquam vera pars constituat aliq totum: sicut enim de facto natura creata unitur cum Personalitate Divina, ut in ea subsistat, cur natura Divina n̄ poterit uniri cum personalitate creata, ad subsistendum in illa? sed de hoc in materia de incarnatione. maior item pp̃o falsa est, qª subsistere n̄ est aliud, quam terminare substantiale complementum debitum substantie qua substantia est, ut in loco citato de incarnatione docui.

Et quidem si natura Divina subsisteret fr̃aliss.mé per se ipsam, eo q inhesionem, et unionem intrinsecam excluderet cum qualibet compartе, sicut asseris, aperté sequeretur, q activa spiratio fr̃aliss.mé per se ipsam subsisteret. unde n̄ solum daretur in Deo subsistentia communis omnibus Personis sed ulterius alia communis quidem Patri, et filio, sed n̄ spiritui sancto. q nullus asseruit. p̃r sequela n̄ activa spiratio sic existit, ut fr̃aliter excludat omnem imperfectionem, et consequenter resistat omne illud genus unionis. item arguitur fr̃ari poterit

poteit in quolibet absoluto prædicato, quare tot erunt in Deo subsistentiæ absolutæ, quot absoluta prædicata. quod est absurdum. item. si requiritur ad subsistendum, quod natura nec inhæreat, nec uniatur, ut pars, sequitur nescio, quod humanitas in verbo non subsistat, quia licet ibi non inhæreat, unitur tamen ut pars constituens unam personam cum verbo.

Paratio. ideo humanitas Christi non retinet propriam subsistentiam, quia per unionem communicatur alteri realiter distincto, scilicet illi concreto, quod ex humanitate, et subsistentia verbi resultat: sed licet natura divina per identitatem communicetur alteri, scilicet Patri, filio, et spiritui Sancto, non tamen communicatur alteri realiter, sed solum virtualiter distincto, quia natura divina non distinguitur realiter, sed solum virtualiter a personis, ergo retinet propriam subsistentiam, quando est in tribus Personis.

Respondetur negando maiorem, quia tunc humanitas ideo non retinet propriam subsistentiam, quia loco illius advenit subsistentia divina, ~~et~~ quæ vel ob intrinsecam incompossibilitatem, vel ob extrinsecum decretum, nequit commorari cum alia. subsistentia ergo creata per divinam impeditur. et sane videtur hoc argumentum supponere, quod rem subsistere sit non uniri tanquam partem alicuius totius. quod ex dictis constat esse falsum. item. licet omitteremus, naturam ante ad relationes subsistere, quia non communicatur alteri, non inferretur subsistere formaliter per se ipsam, imo positive deduceretur subsistere per aliud non solum formaliter, aut virtualiter distinctum, sed realiter. quia non communicari alteri provenit formaliter a negatione phisica unionis, aut identitatis, licet radicaliter a natura proveniat ut dictum manet.

Deniqz circa doctrinam huius argumenti noto,

noto, quoniam sine fundamento dicatur naturam ut par tem communicari alicui realiter distincto, esse impedimentum, ut subsistat, ñ autem, esse, quod communicetur alteri virtualiter distincto. cur enim potius impedit communicatio, quę fiat alteri realiter, quoniam virtualiter distincto? quin ex ipsis horum Autorum positive videtur ostendi naturam, eo ipso q̃ tanquam pars communicetur alteri virtualiter distinto ñ subsistere, ꝗ ipsi dicunt naturam tanquam pars communicatur alteri virtualiter distincto ñ subsistere: ꝗ ipsi dicunt naturam spesificam Petri ñ subsistere in Petro, qª communicatur illi tanquam pars saltem methaphisica; sed eo ipso, q̃ methaphisica sit ñ distinguitur realiter a toto, sed tantum fr̃aliter, aut virtualiter. ergo natura alteri virtualiter communicari tanquam partem sufficit, ut ñ subsistat: sed natura divina communicatur, ut pars methaphisica tribus personis, ergo fr̃alissime sumpta ñ subsistit. tº nova expenduntur argũta caput 6um.

Alia supersunt argũta, quibus adversarij probari contendunt naturam divinam fr̃alissime subsistere per se ipsam. et 1um sit. posita in re natura divina circunscripto quolibet alio daretur Deus. ergo daretur natura divina subsistens: ñ per aliud, ꝗ omne aliud supponitur ablatum. ergo per se ipsam fr̃alissimé. ergo etiam de facto per se subsistit. ꝗ de facto habet, qq tunc haberet. respondetur distinguendo añs daretur Deus in abstracto concedo; in concreto nego. sicut ablata subsistentia hominis daretur humanitas in abstracto, ñ homo in concreto.

2um argutum. Deitas ratione sui dicit omnem excogitabilem perfectionem. ergo dicit esse substantiam con=

completam in ratione subsistentiæ: sed esse completam in ratione subsistentiæ, est esse subsistentem. ergo Deitas ratione sui dicit esse subsistentem. respondetur ant. esse falsum, quia Deitas solum dicit formaliter omnem perfectionem excogitabilem in ratione Deitatis, et radicis atributorum. unde sicut formaliter non includit perfectiones atributales, et multo minus personales, ita nec perfectionem subsistentiæ. quare formaliter non est substantia completa, qua talis.

3um argumentum. naturam formaliter subsistere non est aliud, quam a proprio supposito non pendere, ut per illud compleatur in ratione naturæ: divinitas, quamvis sit in tribus suppositis adhuc ab eis non pendet, ut compleatur in ratione naturæ. Divinitas ergo formaliter, et per se ipsam subsistit. minor probatur quia solum pendet a suppositis, ut propriam fecunditatem exerceat.

Respondetur negando minorem, et eius probationem quia Divinitas utroque titulo pendet a suppositis, ut scilicet in ratione naturæ compleatur, et ut propriam fecunditatem exerceat, nam utroque careret, si supposita non haberet. neque percipere possum, quod res per propriam subsistentiam non compleatur in ratione naturæ, cum subsistentia non sit aliud, quam complementum naturæ: sed suppositalitates Divinæ sunt subsistentiæ, complent ergo naturam divinam. et cum aliunde petantur in ordine ad id quod prestant, fit ut a natura Divina petantur tanquam Deitatis complementa. cæterum eadem facilitate posset afirmari, Petrum v.g. non exigere suppositalitatem distinctam quam habet, ut compleatur in ratione naturæ, sed ut propriam fecunditatem exerceat, maxime, cum probabilis opinio doceat subsistentiam esse requisitum ad operandum. unde natura Petri formaliter, et per se ipsam subsistet.

Instas. subsistentiæ relativæ se habent respectu naturæ Divinæ sicut individuales diferentiæ respectu naturæ,

naturæ specificæ, sed natura specifica, quæ non indiget individuali
bus differentiis, ut ab eis subsistentetur, et compleatur, sed ut iis
communicetur, et cum eis constituat diversa individua, per se sub
sistit. ergo similiter natura Divina per se subsistit.

Respondetur negando maiorem, quæ licet omi
ttam; neque subsistentias relativas esse de conceptu naturæ Divinæ,
neque differentias individuales de conceptu specificæ naturæ, et in
hoc dari convenientia adhuc est maximum discrimen in eo quod indi
viduales differentiæ non sunt subsistentiæ, sicut neque sunt Persona
litates, aut suppositalitates. unde mirum non est, eis non egere natu
ram specificam in ratione subsistentis. et quidem ex ipsomet ar
gumento convincitur naturam Divinam non subsistere per se ipsam
sed per aliquid superadditum quia natura specifica Petri non per se,
sed per entitatem realiter superadditam subsistit.

Igitur ex dictis in hoc et præcedenti capite
constat, nullum esse fundamentum, quo dicatur, naturam Divi
nam formalissime subsistere per se ipsam, et consequenter id esse negandum.
videamus deinceps, an detur aliqua ratio probans subsistere saltem
per formalitatem super additam communem omnibus Personis. quod
melius præstabitur quam expendendo adversa fundamenta. 2º Dei
tas non subsistit per aliquod absolutum formaliter superadditum caput
8um.

Prima ratio quæ pro opposito a nostris adversariis ita se ha
bet. quod significatur hoc nomine Deus est commune tribus Perso
nis, sed quod significatur est Deitas, et subsistentia. ergo sicut datur
Deitas communis, et absoluta, sic et subsistentia. maior est certa

serta, non de qualibet Persona seorsim accepta verificatur esse Deum, unde ut intelligamus Deum existentem, satis est intelligamus unam existere Personam, quia non minus una Deus est, quam omnes. minor probatur, nam aliud est Deitas, aliud Deus. sicut aliud est humanitas, et aliud homo. sublata subsistentia Dei, maneret Deitas non Deus. sicut ablata subsistentia Petri maneret humanitas Petri, non ille homo, qui Petrus est. ergo nomen Deus sicut includit Deitatem, ita, et subsistentia.

Respondetur distinguendo maiorem: quod quod significatur in recto per hoc nomen Deus est commune Personis concedo maiorem. quod quod etiam in obliquo significatur nego maiorem. in recto significatur natura, quae communis est, in obliquo personalitates, quae non sunt communes. neque dicas hinc inferri Deum absolute non esse communem Personis, eo quod licet natura sit communis, adhuc subsistentia quae partialiter includitur in obliquo illius vocis Deus, non est communis.

Hoc inquam non infertur, nam ut concretum absolute sit commune, satis est, ut illius rectum commune sit. ita hunc universale dicitur commune pluribus, quia licet cognitio praescindens qua constituitur in ratione talis non sit communis, tamen quia non affertur in recto, sed in obliquo, non impedit huniversalitatem quam sufficienter illi dat natura, quae affertur in recto, et communis est. sic ergo Deus est absolute communis, quia natura Divina quae affertur in recto communis est Personis, quamvis Personalitates allatae in obliquo non sint communes.

Neque hinc discedam, quin eodem argumento probari ostendam, non solum admittendum in Deo subsistens commune, sed etiam suppositum, et Personam communem. probatur Deus est communis omnibus Personis: Deus non solum includit Deitatem, sed suppositalitatem, et Personalitatem, sicut aseris includere subsistentiam. imo cum suppositalitas et

et Personalitas, non aliud sit quam subsistentia rationalis naturae, fit aperte, quod utramque debeat includere, siquidem dicatur includere subsistentiam. datur ergo suppositum, et Persona communis in Deo. confirmo nomen homo non solum dicit humanitatem et subsistentiam, sed subsistentiam quae sit suppositalitas, et Personalitas, ergo similiter nomen Deus, unde si natura subsistens est communis, natura suppositata, et personata communis erit, quod non admittes.

Quamvis haec apertissima sint ad huc potest instare. sequitur ex nostra doctrina solum Deum specificative sumptum, idest, naturam Divinam, seu Deitatem connotantem subsistentiam esse communem, non autem reduplicative, prout connotat subsistentiam: at quod significatur hoc nomine Deus non solum specificative, sed reduplicative sumptum est commune, ergo et da minor probatur non de Patre verificatur, quod sit Deitas, ut subsistens, similiter de filio et spiritu Sancto. ergo Deus non solum specificative, sed etiam reduplicative prout subsistens est communis omnibus Personis. datur ergo subsistentia communis omnibus Personis. quis ergo non videat, hoc eodem argumento convinci dari suppositum, et Persona communis, nam de qualibet Persona verificatur, quod sit Deus, ut suppositatus, et Personatus.

Respondetur ergo non omnes tres Personalitates collective sumptas esse communes, et consequenter negamus Deum, ut sic involventem eiusmodi Personalitates esse communem. quia tamen istae voces Deus prout subsistens significant Deitatem ut involventem omnes relativas subsistentias sub disiunctione, vel rationem aliquam communem subsistentiae praescissam a relativis, ideo congrue potest affirmari, Deum ut subsistentem esse communem omnibus Personis. cum hoc tamen discrimine, quod ratione Divinitatis, est communis communitate reali, ratione vero subsistentiae communitate rationis, unde non infertur absoluta subsistentia. et in hoc sensu Deus etiam, ut suppositatus, et Personatus est communis.

2a

Za ratio naturali lumine cognoscitur Deum subsistere, sed non cognoscitur subsistere per subsistentias relativas, quia iam cognosceretur naturaliter misterium trinitatis. ergo quia praeter subsistentias relativas aliqua datur communis, et absoluta. sed argutum in adversarios insto. lumine naturali cognoscitur Deum esse suppositum et Persona: sed non per suppositalitates, et Personalitates relativas, quia iam naturaliter cognosceretur misterium trinitatis. ergo quia praeter suppositalitates, et personalitates relativas, alia datur communis, et absoluta. quod nullus audet affirmare.

Respondetur ergo distinguendo maiorem, lumine naturali cognoscitur Deum subsistere determinate per subsistentias relativas, vel determinate per subsistentiam absolutam nego maiorem, indeterminate per unam, aut aliam concedo maiorem, ita quod sicut evidens est Deum esse personam, et suppositum, abstrahendo ab eo quod sit unum vel plura sic evidens est Deum subsistere praescindendo ab eo quod subsistat per unam, vel plures subsistentias. Et sicut et sicut evidens est existere Deum, quin sit evidens quod eius existentia petat trinitatem Personarum, sic evidens est subsistere, quin sit evidens quod petat hanc, aut illam subsistentiam. 4° alia ratio diluitur caput 9um.

Denuo conantur probare Adversarij naturam Divinam ante relationes subsistere per formalitatem superadditam, et in hunc finem obiiciunt. in eo priori antequam intelligantur subsistentiae relativae, iam intelligitur natura Divina incommunicabilis alienae subsistentiae, vel interminabilis per subsistentiam alienam, scilicet creatam, igitur intelligitur subsistens per propriam. probatur consequentia, non effectus formalis incommunicabilitatis

incommunicabilitati alienæ subsistentiæ nascitur ex propria.

Sed simili modo hoc argũtum retunditur in adversarios. etenim probat ante subsistentiam absolutam, quam assignant præcedere aliam subsistentiam; n͞ in eo priori, quo natura intelligitur ante subsistentiam absolutam intelligitur incommunicabilis, et interminabilis per alienam subsistentiam. ergo intelligitur cum propria. q͞ si bene perpendatur argũtum convincit naturam Divinam n͞ per aliq superadditum sed per se ipsam fr͞aliss͞ime subsistere, q͞ negant. ostendo sequelam q͞a natura per se ipsam est incommunicabilis alienæ subsistentiæ; sed iste vocatur ab his D.D. effectus propriæ subsistentiæ ergo &c͞a

Probat etiam factum argũtum, q͞ natura Divina suppositatur, et personatur ante relationes: q͞a tunc intelligitur incommunicabilis alieno supposito, et Personæ. quare sicut ex hoc infert subsistentiam absolutam, ita deberet inferre suppositalitatem, et personalitatem absolutam. Deniq͞ probat naturam creatam Petri v.g. subsistere per se ipsam ante superadditam subsistentiam: in eo quippe priori iam intelligitur incommunicabilis, et interminabilis per alienam subsistentiam ergo intelligitur cum propria.

Respondetur ergo naturam Divinam ante subsistentias relativas n͞ intelligi incommunicabilem subsistentiæ creatæ: n͞ ut supra dixi, sicut natura creata potest uniri subsistentiæ Divinæ, ut per illam subsistat, cur e converso n͞ poterit uniri natura Divina cum subsistentia creata, ut per illam subsistat? in hoc certe nulla mihi proponitur implicatio. unde iam constat a͞ns obiectionis esse falsum.

Deinde cõa est nulla, eiusq͞ probatio falsissima; n͞ effectus fr͞alis primarius subsistentiæ, ut sæpe hic, et in materia de incarnatione docuimus est complere substantiam in ratione substantiæ. secundarius autem illam reddere

reddere incommunicabilem alteri subsistentiæ, quam in sensu diviso ponet habere. quare non intelligitur natura cum subsistentia, quia præcisè intelligatur incommunicabilis, nisi proveniat hæc incommunicabilitas ex complemento substantiali.

Sed advertendum est, quod licet in creatis subsistentia reddat substantiam naturaliter incommunicabilem alteri subsistentiæ, non tamen in divinis ubi Deitas adhuc informata per subsistentiam Patris, est communicabilis, et de facto communicatur subsistentiæ filij, et spiritu sancti. nascitur hoc discrimen ex limitatione substantiæ creatæ, et ilimitatione naturæ Divinæ, quæ connaturaliter existere nequit absque triplici subsistentia.

Hinc valde displicet is modus loquendi communissimus inter Att. videlicet subsistentiam relativam constituere naturam incommunicabilem alteri subsistentiæ. nam aliud est loqui de toto quod resultat ex natura Divina, et personalitate Patris v.g. aliud vero de natura Divina, cum aficitur personalitate Patris. illud coniunctum est incommunicabile, quia subsistentia Patris nec per vnionem, nec per identitatem potest communicari subsistentiæ filij, et Spiritus Sancti. unde reddit etiam incommunicabilem totum illud, quod ex ipsa resultat simul cum natura Divina, nam ut totum sit incommunicabile, satis est quod vel vnica pars incommunicabilis sit.

At si loquamur de natura Divina, falsum est quod incommunicabilis reddatur per subsistentiam Patris, nam adhuc quando eiusmodi subsistentiâ informatur, communicatur actualiter subsistentiæ filij, et Spiritus Sancti. ergo manet communicabilis adhuc, et consequenter non fit incommunicabilis per eam subsistentiam. Confirmo. quando duplex denominatio reperitur simul in eodem subiecto, manifeste sequitur, quod per formam vnius denominationis non denominatur subiectum carens altera

altera denominatione, sed natura Divina simul est afecta pater nitate, et communicabili filiationi, ergo per fram qua dicitur afecta Paternitati n̄ denominatur incommunicabilis filiationi.

Confirmo preterea quando predicatum convenit subito per se et essentialiter nequit oppositum convenire etiam per superadditam fram; sed naturę Divinę convenit essentialiter, et per se q. sit communicabilis filiationi. ergo nequit ei per superadditam paternitatem convenire, q. sit incommunicabilis. deniq. confirmo, q.ª nulla potest esse fra in rerum natura, quę rem incommunicabilem reddat dum actu communicatur; sed natura Divina cum afficitur Paternitate communicatur actu filiatione. ergo neq. a paternitate, neq. ab ulla alia fra potest natura tunc incommunicabilis reddi. 4.º ultimum argũtum. caput. 10.

Obiicitur deniq.: subsistentiam respicit naturam sumse ergo reperiri debet ubicunq. sit natura: sed natura Divina communis est omnibus Personis. ergo subsistentia communis est omnibus personis. ãns pr. ex proprietatibus subsistentię. n. illa se habet per modum tri naturę. per modum ultimę perfectionis illius, et per modum substantialis complementi. verum retorquetur etiam hoc argũtum. Personalitas respicit naturam sumse, q.ª se habet etiam per modum tri per modum ultimę perfectionis, et per modum substantialis complementi naturę. ergo dari debet in Deo personalitas communis, quę naturam comitetur ubicunq. sit.

Respondetur modo distinguendo ãns. subsistentia respicit naturam sumse, constituendo simul cum illa diversum

diversum subsistens, suppositum, et Persona conceduntur. non constituendo negantur. nec aliud convincit eius probatio, undecima est nulla, quia sicut personalitas Patris quamvis naturam respiciat non debet esse ubicumque personatur natura, sic subsistentia Patris licet naturam respiciat, opus non est quod existat, ubicumque subsistit natura. rursum da Petrum ubicari simul hispali, et Romae. ubicatio hispalensis respicit Petrum non utcumque, sed illum hispali figendo, proindeque non requiritur, ut detur Romae, vel alibi ubi Petrus existat. similiter de ubicatione Romana. sic ergo subsistentia respicit naturam, non utcumque sed componendo pro qualibet subsistentia diversum subsistens. quare non oportet, imo repugnat, ut ubicumque sit natura Divina sit eius subsistentia ~~ubi est~~

Iubet autem exiguum et proprietatibus subsistentiae, quas in argumento adversarii designant eruere satis efficacem impugnationem contra subsistentiam absolutam, et inprimis ante adrelationes nihil posse esse tr̃us Deitatis sufficientem ad subsistendum, probo. quia tr̃us dupliciter sumitur 1° cum quod. 2° absoluté. sumitur 1° modo quando verum est dicere, quod res hucusque progreditur in suis predicatis essentialibus, nec ~~ultra~~ alia divagatur. 2° modo sumitur, cum absoluté verificatur, quod res non progreditur ultra.

Tr̃us 1° modo non sufficit ad subsistendum. alioqui Deitas ante subsistentiam absolutam formaliter distinctam, et superadditam, quam hi DD. propugnant, subsisteret, quia verum est dicere, quod hucusque progreditur in ratione Deitatis, nec ultra vagatur. similiter humanitas Xpti subsisteret per se ipsam in verbo, quia verum est dicere, quod per se ipsam adequate sit humanitas, cum in ratione talis non constituatur per Divini verbi Personalitatem. et quelibet substantia creata subsisteret ante ad subsistentiam realiter superadditam, quia designando sua predicata verum est

est dicere, q̃ hucusq progreditur neq extenditur ultra.

Ut ergo res subsistat, oportet q̃ verificetur de illa tertius 2.º modo, videlicet absolute n̄ progredi, nec amplius extendi. modo sic ante relationes n̄ verificatur de natura Divina, q̃ ultra n̄ progrediatur, ergo n̄ verificatur, q̃ absolute terminetur, et consequenter, q̃ subsistat. patet cõa. pr.ãi q.ª potius verificatur de natura, q̃ progrediatur ultra per identitatem cum relationibus. ergo n̄ verificatur, q̃ ultra n̄ progrediatur. explico magis. intelecto praecise, quolibet absoluto, verum est dicere, q̃ adhuc naturae Divinae restet identitas cum praedicatis relativis. ergo falsum est dicere, q̃ ultra n̄ progrediatur per identitatem cum alijs praedicatis. ergo tunc n̄ intelligitur absolute terminata, consequenter q nec subsistens.

Quod vero nec ante relationes verificetur de natura Divina q̃ habeat ultimam sui perfectionem ostenditur facile, n̄ ultima rei perfectio vocatur illa ultra quam alia n̄ restat addenda: sed ultra omnes perfectiones absolutas, aliae restant addendae. ergo intellecto praecise q̃libet absolutum ante relativum, n̄ intelligitur natura Divina cum ultima sui perfectione. minor p̃r, q.ª restant addendae perfectiones relativae, quae saltem transcendentalem perfectionem habent.

Idem argũtum formo de substantiale complemento. n̄ ante relationem n̄ intelligitur Deitas substantialiter completa, sed potius incompleta cum per identitatem cum relationibus absolute compleatur. 1.º an detur in Deo triplex perfectio relativa sub unica absoluta. 2.º 7a. relationes dicunt transcendentalem perfectionem caput tum

Questionis enim explicatione ñ eget, q̄ ex ipsis tris aparet
idem esse rogare, an detur triplex perfectio relativa in una ab
soluta; ac inquire an relationes dicant perfectionem: et an Dei
tas, vel q̄vis aliud absolutum predicatum, q̄d per relationes affici
tur, dicat etiam perfectionem: et cum certissimum sit Deitatem et
q̄libet aliud absolutum predicatum in suo formalissimo conceptu dicere
perfectionem, quocunque modo sumatur, et explicetur perfectio re
ducitur tota difficultas ad relationes, an scilicet dicant, vel ñ di
cant perfectionem quatenus inter se realiter distinguuntur, et vir
tualiter ab essentia: q̄ inde facile decidetur an detur in Deo vel
ñ detur triplex relativa perfectio in una absoluta:

Est autem valde notandum hanc difficultatem, et
controversiam maiori ex parte esse de voce, q̄ tota innititur in
acceptione huius vocis <u>perfectio</u>, q̄d videlicet per illud significetur
unde D.D. negantes, et afirmantes Divinas relationes dicere per
fectionem in re seu minime conveniunt licet voce dissentiant, q̄a tota
dissentio penes ipsos est circa significatum vocis <u>perfectio</u>, et <u>perfec
tum</u>. hic sententias ñ referam nec A.A. in medio ducam, q̄a la
bor inutilis esset. precipuas autem earum vocum acceptiones pro
ponam, et iuxta ipsas rem decidam.

In primis vero statuo Divinas relationes dicere transcendentalem

transcendentalem perfectionem. pro quo supponendum et scien
dum est q̄ sit perfectio transcendentalis, et q rem esse transcenden
taliter perfectam. transcendentalis perfectio n̄ est aliud quam
integritas predicatorum essentialium. unde rem esse transcenden
taliter perfectam n̄ erit aliud quam habere integra sua predi
cata essentialia. hinc fit, perfectionem transcendentalem omni
no necessariam esse cuique enti existenti, et imperfectionem oppositam
impossibilem. patet. q̄ cuique rei existenti necessum est omnino q̄ ha
beat integra sua constitutiva, et impossibile q̄ aliquo careat. fit etiam,
omnem creaturam in hoc sensu perfectissimam esse, quin, et eque
perfectam, ac Deus est. patet q̄ eque habet omnia sua constitu
tiva sicut Deus. demum. hec perfectio transcendit omnia entia.

Iam igitur ex his aperte p̄r facta conclu
sio. q̄ relationes Divine sumpte considerate, quatenus inter se rea
liter distinguuntur, et virtualiter a Deitate: sunt entia vera, et rea
lia. ergo habent, q q̄ requiritur essentialiter; ut sint vera en
tia, et realia: sed habere, q q̄ essentialiter requiritur, ut sint
vera entia, et realia, est esse transcendentaliter perfectas. ergo
Divine relationes sunt transcendentaliter perfecte.

Confirmo q̄ sicut absolutum predicatum habet
perfectionem transcendentalem, ac relationes sunt entia, ergo
n̄ minus quam absoluta predicata habent perfectionem
transcendentalem. confirmo preterea, q̄ relatio Patris habet
quidquid requiritur essentialiter ut sit realis relatio Patris,
alioquin talis n̄ esset. ergo est transcendentaliter perfecta. de
nique confirmo, q̄ quelibet creatura potitur hac perfectione,
q̄ formaliter est ens. ergo a fortiori Divine relationes. itaque
semel statuta hac assertione perfectionis transcendentalis,
et semel supponentes, q relationes Divine sint formaliter entia,
sicut in presenti supponitur ex antea dictis, nequit negari fac
ta conclusio.

Ex illa

Ex illa vero deduco q̄ si realiter ab essentia tollerentur relationes maneret essentia realiter imperfecta. probo n̄ essentia realiter constituitur per relationes, q̄a realiter ex parte obti cum illis identificatur, ergo relationibus ablatis auferentur ab essentia predicata, quibus realiter constituitur: sed ablatis predicatis, quibus res constituitur, manet res transcendentaliter imperfecta. sicut positis omnibus predicatis quibus constituitur, ponitur transcendentaliter perfecta. ergo realiter ablatis relationibus ab essentia maneret essentia realiter transcendentaliter imperfecta.

Dico realiter, q̄a f̄raliter maneret adhuc essentia perfectissima. quandoquidem retineret ut supponimus omnia predicata, quibus f̄ralissime constituitur in ratione Deitatis, et essentiæ, prout a relationibus distinctæ. sicut si risibile tolleretur ab homine maneret q̄z solum animal, et rationale, maneret utiq̄z homini essentia f̄raliter perfecta, quamvis maneret realiter imperfecta, q̄a tolleretur ab illa predicatum q̄dam ex parte obti essentiale.

Idem a fortiori dico, n̄ iam de natura Divina, sed de Deo materialiter sumpto, qui sane maneret imperfectus relationibus ablatis: n̄ Deus materialiter sumptus, et qua dicit collectionem omnium Divinarum perfectionum constituitur essentialiter ex illis omnibus. ergo qualibet ablata, maneret transcendentaliter imperfectus. 7º in relationibus datur quantitativa perfectio. caput 2um.

Nihil magis tritum et vulgare apud Schotum, et Schotistas

Scholasticas quam docere aliam esse quantitatem molis, aliam vero quantitatem virtutis, et perfectionis: quantitatis molis vocant illam secundum quam corpus localiter extenditur. quantitatem autem virtutis, et perfectionis secundum quam aliquid est perfectum. hic ergo prius contemplantur in hoc, vel illo ente quantitatem virtutis, et perfectionis. de hac ergo pretermissa quantitate molis disserendum nobis est, et videndum, quid ea sit? et an reperiatur in Divinis relationibus?

Igitur omissis alijs explicationibus statuo, quantitativam perfectionem entis esse merita specialia illius, ob que dignum est tanti haberi, et estimari. pro quo suppono transcendentalem perfectionem in omnibus entibus equalem esse sicut in precedenti capite inveham, nam ea consistit in integritate predicatorum essentialium: sed hec integritas equalis est in omnibus entibus ergo et dicta. unde non minus creatura quam Deus habet eam integritatem cum in indivisibili consistat. quare sicut in ratione communissima entis conveniunt omnia entia, neque Deus est magis ens quam creatura, sic omnia conveniunt in hac integritate sive perfectione transcendentali. hinc est, ut attenta precise hac perfectione, que omnium infima est, nullum ens dignum sit ut pluris estimetur quam aliud nam merita, que fundantur in hac perfectione, communia sunt, et equalem estimationem merentur, entique conveniunt eo ipso quod sit ens.

Preter hec autem merita communia reperiuntur in entibus alia, quibus specialiter unum q. eas ipsas dignum est, ut hac speciali apreciatione estimetur. probo, nam ens supernaturale vg naturale superat in perfectione: sed non in perfectione transcendentali, quia hec reperitur equaliter in omnibus entibus, ut provatum est, ergo ultra perfectionem transcendentalem reperitur in ente supernaturali specialis alia perfectio vi cuius est dignum, ut pluris habeatur quam ens naturale: idem argumentum formo in Deo respectu

respectu creaturarum, in ente spirituali respectu corporei, in vivente respectu emortui: n̄ Deus in perfectione superat creaturas, ens spirituale corporeum, et vivens n̄ vitale. q̄ intellige si cetera sint paria.

Ita q̄ dubitari nequit q̄ entitativa perfectio sit in entibus inequalis, et q̄ plus in genere entis debeat apretiari Deus quam creatura, et Angelus quam homo. propriam igitur perfectionem, quam preter transcendentalem habet ens voco quantivam perfectionem, si specialia merita propterque dignum est, ut tanti habeatur, et estimetur. suplico magis. sicut hoc ens n̄ solum habet rationem communissimam entis, qua convenit cum alio, sed specialem etiam, qua difert ab illo sic n̄ solum habet transcendentalem perfectionem, qua convenit cum alterius cuiuslibet entis perfectione sed specialem etiam, qua difert ab illa. hec igitur specialis perfectio vocatur quantitativa, quam ego per specialia merita in ordine ad rationabilem, et iustam apretiationem explico.

Ex quo manifeste colligitur quantitativam perfectionem esse necesiam, et oppositam inperfectionem inposibilem enti. patet n̄ in Angelo v.g. necesia est omnis illa perfectio entitativa, et esentialis, quam habet, eius q̄ carentia, in qua consistit opposita inperfectio inposibilis. colligitur etiam quantitativam perfectionem transcendere omnia entia particularia, q. nullum est, q̄ ultra perfectionem transcendentalem n̄ addat aliam specialem, ob quam mereatur sic estimari. loquor autem de quovis ente particulari, n̄ communissima, et abstractissima ratio entis precise habet transcendentalem perfectionem. Colligitur denique ratio statute conclusionis, quã diximus relationes divinas habere quantitativam perfectionem: etenim hec perfectio reperitur in quolibet ente particulari: sed relationes Divine, quatenus

quatenus ab essentia virtualiter presinc̨ suntentia particularia habent igitur quantitativam perfectionem.

Confirmo quantitativa perfectiore perit in ente, q superat aliud entitativé: Divinę relationes, ut ab essentia presisę superant entitativé res alias: ergo habent perfectionem quantitativam. cõa patet. maior ex dictis consta. minor pr qa Divinę relationes entitativé superant omnes creaturas; n increatę sunt, et increatum superat entitativé rem creatam. item. supernaturales sunt at q est supernaturale vincit entitativé rem naturalem. ergo relationes, ut ab essentia precisę vincunt res naturales.

Confirmo preterea n Xptus ut homo sive persona resultans ex humanitate creata, et personalitate Divina n solum in genere moris, sed in genere phisico, et entitativo nobilior est quolibet alio supposito creato. ergo qa personalitas Verbi relativa quę de facto terminavit unionem, habet quandam excelentiam vi cuius superat omnem subsistentiam creatam. patet qa talis perfectionis exesus, qui superat omne creatum suppositum, nequit ex humanitate provenire. ut evidens est. item a personalitate verbi plus sanctificatur humanitas, quam a qualibet sanctitate creata; quin, et in aliquorum sententia sanctificatur infinité; ergo sanctitas personalitatis est entitativé superior, et estimabilior qualibet alia sanctitate creata. datur ergo quantitativa perfectio in relatione verbi, sive consideretur, ut personalitas, sive, ut sanctitas. 4 Relationes habent perfectionem simplicem, vel simpliciter. caput 3um.

Communissimum est inter AA. dividere perfectionem in simplicem

simplicem simpliciter, et simpliciter simplicem. De simpliciter simplici
post dicemus. in praesenti vero de perfectione simplici, vel simpliciter; nam
utraque fere in idem recidit.

Est igitur perfectio simplex non illa, quae partibus ca-
ret, ut ex vocabulo insinuatur, quod quidem Angelus habet in perfectiones
sed, quae talis est, ut nullam imperfectionem involvat. unde
quodvis praedicatum absolutum Dei est perfectio simplex, quia
nulla defoedatur imperfectione. nulla vero creatura est perfec-
tio simplex, quia saltem pendet ab alio diversae naturae; cum
contingentia sui esse, quod est involvere magnam imperfec-
tionem, et foeditatem.

Quod si loquamur de rationibus communibus, et abstra-
ctis a Deo et creaturis, ut ente etc. dicendum est illas esse perfec-
tiones simplices, quia nullam claudunt imperfectionem, cum
enim formaliter in Deo reperiantur, si clauderent imperfectio-
nem, iam inducerent illam in Deum, quod affirmari nequit.

Dices si ens esset perfectio simplex
quaelibet creatura esset perfectio simplex: hoc est falsum, quia
potius nulla creatura hoc ipso, quod creatura sit, est perfectio
simplex. ergo ratio communis entis non est perfectio simplex.
maior probatur quia quod enti communissime sumpto convenit reperi-
tur in quolibet ente particulari, cum in eo detur ens, et
quidquid includitur in ente. sicut in Petro reperitur animal
rationale, et quidquid homini communissime sumpto convenit.

Respondetur, quod sicut totum includit
partem quin sit pars ita creatura perfectionem simplicem
includit quin sit perfectio simplex: nam creatura se habet
ut totum respectu entis, et ens ut pars illius. unde creatura
non est perfectio simplex licet talis sit ratio entis, nam ratio haec ita
perfectionem fert ut omnem imperfectionem excludat crea-
tura vero licet perfectionem imbibat entis, superaddit tamen

tamen aliquam imo plures imperfectiones, itaque perfec-
tio simplex est illa, quae nullam affert imperfectionem, sed nullam
affert ens, et aliquam affert creatura. igitur ens; et non creatura
est perfectio simplex.

Hinc neganda est maior. ad probationem dico quod
positivum reperitur in ente communissime sumpto reperiri et
sub quolibet ente particulari, sed non quod negativum, at im-
perfectionem excludere non est quid positivum, sed negativum
sicut excludere alia predicata a sui constitutione. non igitur
opus est, imo repugnat, ut hoc predicatum enti particulari
conveniat. unde non est ad rem hominis exemplum.

Perfectio simpliciter convertitur cum per-
fectioni simplici, quia non est aliud, quam perfectio sine imper-
fectione, sed etiam perfectio simplex est perfectio sine imper-
fectione; ergo perfectio simpliciter est idem, quod perfectio
simplex: unde inde sicut perfectialium quod opponitur perfec-
tioni simpliciter, ita et perfectioni simplici. ex quo iam con-
stat omnes perfectiones absolutas Dei esse perfectiones sim-
pliciter, quia nullam habent imperfectionem. item nullam
creaturam esse perfectionem simpliciter, nam eo ipso quod creatu-
ra sit habet aliquam imperfectionem.

His ergo semel statutis aperte convincitur
iacta conclusio, quod videlicet relationes divinae, quatenus
ab essentia formaliter, aut virtualiter distinctae, sint perfectiones
simplices, vel simpliciter. etenim sunt entia, quae nullam im-
perfectionem involvunt. ergo sunt perfectiones simplices,
vel simpliciter, cons. patet ex dictis. ant. probatur 1o quia quaelibet
relatio non minus quam absoluta quaevis perfectio est infinita in
propria linea. ergo sicut ex hoc capite nihil absolutum dicit
imperfectionem. ita nihil relativum. 2o quia relationes iden-
tificantur realiter cum Deo, et cum essentia divina: sed nihil

nihil imperfectum inferre potest hanc identitatem ergo &c.
minor pro quia Deum, et eius essentiam Divinam macularet.
4º obiecta diluuntur caput 4um.

Multiplex hoc perfectionis genus a nobis distincte pro
positum, non solet ab Authoribus distingui, propterea quod non seorsim
impugnatur, ab iis, qui negant relationes dicere perfectionem.
promiscue tamen si ea perfectio solet impugnari.

Primo, quia si relationes dicerent aliquam perfec
tionem, quaecunque sit daretur iam aliqua perfectio in una per
sona, quae non esset in alia, v.g. daretur in Patre perfectio paterni
tatis, quae non est in filio nec in spiritu Sancto, et in filio daretur
perfectio filiationis, quae non est in Patre, nec in Spiritu Sancto.
ac demum in Spiritu Sancto daretur perfectio spirationis passivae,
quae nec in Patre, nec in filio reperitur: sed hoc esse videtur ab
surdum, ergo: rursus in collectione trium personarum darentur
plures perfectiones, quae deficerent singulis personis, quod etiam
videtur non admitendum; sequella probatur quia non in ea collectione Perso
narum includeretur perfectio paternitatis, filiationis, et
spirationis passivae, quae non invenitur in qualibet Persona.

Confirmatur, in qualibet Persona est
propria relatio, quae non reperitur in alia persona. ergo si relatio
dicit perfectionem, in qualibet Persona est perfectio, quae non re
peritur in alia persona. rursus. in collectione Personarum datur
collectio relationum, quae non est in qualibet Persona, ergo reperi
tur perfectio, quae non est in qualibet Persona.

Respondetur negando quod intendit argu
tum, non quaelibet Persona est in alia perficientissima percir

per circuminsessionem, unde nec in una persona, nec in omnium collectione reperitur aliqua perfectio, quae non sit in qualibet persona. sed de hac circuminsessione infra.

Respondetur inde permittendo quod argumentum intendit, et negando quod sequitur aliud absurdum, exceptum, quod aliqua perfectio sit per constitutionem, et identitatem essentialem in una Persona, quae non eodem modo reperiatur in alia, non infertur personarum inaequalitas, sed distinctio, quae bene potest cum aequalitate cohaerere, sicut infra dicemus, cum sermo fiat de Personarum aequalitate: at hoc solum inconveniens imminere poterat ergo etc.

Rursus non est absurdum, quod plures perfectiones dentur formaliter in collectione personarum, quam in qualibet Persona: non inde solum infertur eam collectionem extensive perfectiorem esse qualibet Persona, non autem intensive: nam ratione essentiae, quae reperitur formaliter in quavis persona, sunt eminenter in illa omnes relationes et quaelibet earum perfectio, nam quaelibet eminenter continetur in essentia Divina, tanquam in radice, sed neque mihi videtur absurdum, quod in collectione dicatur aliquid perfectionis includi, quod non est in partibus seorsim.

Instas. saltem infertur, non esse infinite perfectam in omni genere quamlibet personam Divinam, quod videtur absurdum. respondetur 1º negando sequelam, quia saltem per circuminsessionem est in qualibet persona perfectio infinita in omni genere. quod sermo non sit de circuminsessione, sed de identitate. respondetur 2º in qualibet persona reperiri perfectionem in omni genere sibi possibilem, seu in propria linea, quod sufficit.

Neque hinc discedam quin obiectionem in adversarios retorqueam, etenim certum est aliquam proprietatem notionalem esse in Patre, quae per identitatem non reperitur in filio, et econtra, ergo datur aliquid in una persona, quod exclusa circumin

circuminsessionem non reperitur in alia. et aliquid in collectione personarum, quod non est in singulis personis. unde fit ulterius, quamlibet personam non dicere, omnem quod est possibile intra genus entis, sicut ergo nullum in hoc est inconveniens, ita nec in eo quod aliqua perfectio sit in una persona, vel in collectione omnium, quae non sit formaliter in alia.

2° obiiciunt. perfectiones divinarum personarum si darentur essent aequales, vel inaequales: non aequales, quia differrent quasi specie: sed species sunt sicut numeri qui semper sunt inaequales ergo. non inaequales, quia constituerent personas inaequales, et consequenter destruerent personarum aequalitatem, quam adstruit Atanasius in symbolo ergo etc. sed quis non videat hoc argumentum omne surgere. nam Divinae relationes sunt entitates. ergo vel aequales, vel inaequales: neutrum afirmare poterit ob rationes adductas ergo. deinde, qui iudicaret infinita non esse comparabilia facilius obiectionem eluderet afirmando relationum perfectiones, ut pote infinitas neque aequales, neque inaequales esse. sed hoc omitto.

Respondetur utrumque probabiliter attenta praesenti vi argumenti posse defensari. nam 1° dici tur ab aliquibus eas perfectiones aequales esse. nec obstat ut quasi specie diferant, quia probabilissima sententia defendit, posse duas perfectiones specie distingui, quin una superetur ab alia, sed utraque sit aequalis quoad entitativam excelentiam. et cum dicitur, quod species sunt sicut numeri. non aliud significatur, nisi quod species in indivisibili consistant sicut numeri, quatenus, sicut addita, vel detracta de novo unitate, non manet numerus praecedens, sic addito, vel detracto essentiali predicato non manet antiqua species, sed alia diversa.

Potest ulterius quis opinari tales perfectiones inaequales esse quin Personas redderent inaequales, eo quod Persona quaevis et tota eius perfectio sit in alia per circuminsessionem. sed de circuminsessione, et aequalitate Personarum infra.

4° relationes non dicunt perfectionem simpliciter simplicem. caput 5um

Sanctus Anselmus et ex eo communiter theologi definiunt perfectionem simpliciter simplicem esse, quæ melior est ipsa, quam non ipsa. explicanda igitur est hæc definitio, et ex illa deducendum an relationes Divinæ prout ab essentia virtualiter distinctæ sint vel non sint perfectiones simpliciter simplices.

Pro explicanda ergo definitione advertas quando dicitur perfectionem simpliciter simplicem esse meliorem non ipsa. comparationem non esse faciendam inter perfectionem, et eius negationem contradictoriam, quia sic nulla daretur entitas, quæ non esset perfectio simpliciter simplex, cum nulla non sit melior sua negatione, siquidem ipsa est aliquid et eius negatio nihil. melius autem sit aliquid quam nihil esse. debet ergo fieri comparatio inter perfectionem, et omne aliud ab ipsa distinctum. et tunc si perfectio fuerit melior et æstimabilior omni alio ab ipsa distincto, seu omni alio cum ipsa incompatibili quoad identitatem, erit perfectio simpliciter simplex. ut patet in vivente quod est perfectio simpliciter simplex quia melius, et æstimabilius est omni re non vivente.

Advertas ulterius, quod potest aliquid esse perfectio simpliciter simplex, licet non sit melior ipsa, quam non ipsa respectu subjecti specificé, vel numericé sumpti, vel in ordine ad aliquem finem. etenim vitæ conceptus est perfectio simpliciter simplex: et tamen non est melior ipsa, quam non ipsa respectu lapidis specificé vel numerice sumpti, quia vita destrueret specificam, et individualem rationem lapidis, cui proinde magis congruit non vita, quam vita. preterea gravitas melior est, quam non gravitas in ordine ad consequendum terræ centrum: et tamen gravitas non est perfectio simpliciter simplex, sed potius talis est non gravitas ergo etc.

ut

Ut igitur perfectio censeatur simpliciter simplex attendenda est tum sua excelentia absoluta, non respectiva, quae sit in ordine ad subiectum, vel ad finem. Quae si penes ordinem ad subiectum attendatur considerandum est subiectum praecisé ut ens, et tunc si perfectio fuerit illi melior ipsa, quam non ipsa, iudicanda erit simpliciter simplex. v.g. cuique enti praecisé qua tali melior est vita, quam non vita, proindeque vita reputatur perfectio simpliciter simplex. ratio spiritus melior est enti qua tali, quam corpus, vel aliud a spiritu distinctum. ideoque ratio spiritus est perfectio simpliciter simplex.

Hinc aparet esse perfectius, nobilius, et extimabilius illud subiectum, quod habet perfectionem simpliciter simplicem, quolibet alio non habente illam, qua praecisé non habet illam, quia in alijs praedicatis, et perfectionibus potest adeo superari. unde si supponamus duo entia in caeteris aequalia, melius, et nobilius est viuens, non viuente, vel emortuo: spirituale, non spirituali, siue corporeo. patet etiam ratio, cur pensanda non sit perfectio simpliciter simplex in ordine ad subiectum materialiter sumptum, vel ad finem intentum: quia videlicet pro conservando subiecto vel pro consequendo fine potest esse melius, et congruentius id quod in se minus est perfectum, et extimabile.

Huic perfectioni simpliciter simplici opponitur ea quae non est melior ipsa, quam non ipsa, et vocari solet ab aliquibus puré simplex, vel non simpliciter simplex. talis est ratio corporis, quae non est melior non ipsa, quia spiritus, qui est aliud a corpore melior est corpore: si enim demus entitates duas in caeteris aequales, et in ratione corporis, et spiritus diferentes melior, et nobilior erit ea quae fuerit spiritus quam corpus. ubi notes ultimo, perfectionem simpliciter simplicem, ut ex ipsis vocibus innuitur claudere perfectionem simplicem, eam scilicet, quae depuratur ab omni imperfectione. de qua praecedenti cap.e egimus.

Iam ergo constat ex his, relationes Divinas

Divinas nene perfectiones simpliciter simplices: etenim ea perfectio ñ est simpliciter simplex, que ñ est melior ipsa, quam ñ ipsa, vel quam omne aliud realiter ab ipsa distinctum: at ex relationibus Divinis nulla est melior ipsa quam ñ ipsa, vel quam alia realiter ab ipsa distincta. ergo nulla est perfectio simpliciter simplex. minor prob. qa Paternitas ñ est melior quam filiatio vel spiratio passiva, a quibus realiter distinguitur. filiatio ñ est melior Paternitate vel spiratione passiva. spiratio passiva ñ est melior paternitate, vel filiatione.

Confirmo. ñ aliq realiter distinctum a Paternitate est eque nobile ac Paternitas. videlicet filiatio et spiratio passiva. ergo Paternitas ñ est melior, et nobilior omni alio realiter a se distincto. coa patet. ant. magis infra constabit dum sermo fiat de Personarum equalitate. to gradibus dicto caput 6um.

Habet contra se doctrina precedentis capitis hoc argumentum satis molestum. quelibet relatio Divina qua virtualiter, formaliter aut per intum distinguitur ab essentia, claudit per identitatem formalem plures perfectiones simpliciter simplices. ergo quelibet ut ab essentia distinguitur, est perfectio simpliciter simplex, coa legitima videtur, ñ res quelibet est q per identitatem formalem includit. vg homo rationalis est qa per identitatem formalem includit conceptum rationalis. ant. vero multipliciter ostenditur.

Primo qa supernaturalitas est perfectio simpliciter simplex: at quevis relatio Divina supernaturalitatem includit igitur includit perfectionem simpliciter simplicem. 2o ñ independentia ab alio diverse nature est perfectio simpliciter simplex, q melior est quam dependentia: sed relationes includunt hanc independentiam ergo. 3o ñ increatum ut increatum est perfectio simpliciter simplex, qa

q^a^ m elius est omni creato sed istum conceptum includunt fr(atr)a(l)i
liisime relationes ergo etc^a^. 4° q^a^ petere naturam divinam per iden
titatem est perfectio simpliciter simplex, cum melius sit esse realiter
Deum, quam non esse: relationes petunt, et habent predictam identita
tem ergo etc^a^. q(uod) autem haec predicata per identitatem fr(atr)alem inclu
dantur in relationibus est evidens, q^a^ sunt in illis ut ad essentia pressis,
neque realiter distinguuntur.

Ut argumento iacto respondeas, adverte, stare optimé, con
ceptum peculiarem, et singularem non esse perfectionem simpliciter
simplicem, quamvis aliquem includat, qui sit in sua abstractione per
fectio simpliciter simplex. vg ratio vitae est perfectio simpliciter sim
plex, et tamen vita vegetativa, quamvis eam includat, non est perfec
tio simpliciter simplex: cognositivum est perfectio simpliciter sim
plex: neque tamen cognositivum per discursum fr(atr)alem est perfectio
simpliciter simplex quamvis includat cognositivum ut sic. imo si res
bené perpendatur, nulla singularis perfectio creata est perfec
tio simpliciter simplex, quia non est melior ipsa quam non ipsa, cum
increata perfectio sit melior quam creata: et tamen plures per
fectiones simpliciter simplices vg ratio vitae, substantiae, spiritus
et cognositivi claudiuntur in singularibus creaturis ergo etc^a^.

Neque difficile hoc videri debet. q^a^ vivens
ut sic vg comparatur cum omni non vivente. vivens autem vegeta
bile cum omni non vegetabili, quamvis vivat alia perfectiori vita,
qualis est spiritualis: nihil autem incommodi, vel difficultatis est,
q(uod) vivens sit melius omni non vivente, quamvis vivens hac vita
speciali, non sit melius, et perfectius vivente alia vita nobiliori.
preterea. facile perspicitur q(uod) inter species vitae detur una per
fectior, et nobilior alia quamvis extra genus vitae non detur entitas
quae sit perfectior vel equalis cum ea, quae participat genus vi
tae, qua precisé participat illud.

Notandum est vero q(uod) conceptus superior includitur

inclusum in inferiori; sicut in contractione cum inferiori deperdit rationem superioris, ita rationem perfectionis simpliciter simplicis amittit. unde solum est in abstractione perfectio simpliciter simplex, non autem in contractione cum homine, vel Petro. ratio est, quia in abstractione solum, et non in contractione habet ille conceptus quod sit melior ipse quam non ipse; ut ostendimus.

Hinc ad argumentum facile respondetur distinguendo antecedens. quaelibet relatio divina prout ab essentia distinguitur includit plures perfectiones; quae sunt simpliciter simplices in statu abstractionis: concedo antecedens. et id convincunt eius probationes; quae sunt simpliciter simplices in statu contractionis ad relationes. nego antecedens, et consequentiam. quia relatio non includit per identitatem formalem, perfectionem simpliciter simplicem qua talem eo quod non identificetur nec includat statum abstractionis, sed oppositum potius contractionis. neque bene sic argueres petrus includit per identitatem formalem animal: sed animal est genus; ergo Petrus est genus. patet consequentia, quia petrus est id quod per identitatem formalem includit. etenim dices, et bene, quod Petrus non includit animal in abstractione sub qua solum est genus. idem ego respondeo. neque valet exemplum rationalis, quia conceptus iste talis est non solum in abstractione, sed in contractione cum homine. quare potest, imo debet hominem denominare rationalem. 1° aliqua dubia de scientia caput 7um.

Ex dictis facile respondetur non nullis difficultatibus, quae hic moveri possunt. laeit an perfectio transcendentalis, et quantitativa quae iuxta superius dicta convenit relationibus, sit finita, vel infinita? respondeo transcendentalem perfectionem infinitam non esse, quia communis est omnibus entibus, neque tamen in omnibus est infinita

infinita, ergo non dicit infinitatem ex se. perfectio vero quantitativa relationum est infinita non quidem absolute, sed in suo genere, sive in propria linea, quia licet non includat omnem excogitabilem perfectionem, attamen in linea perfectionis quantitativae non est excogitabilis alia maior.

2a difficultas an, sicut in ipsis perfectio multiplicetur in relationibus, ita ut sicut dantur tres relationes inter se realiter distinctae dentur etiam tres perfectiones transcendentales, et quidditative realiter inter se distinctae? affirmative respondeo nam istae duae perfectiones sunt essentiales ipsis relationibus formaliter acceptis ergo cum relationes multiplicentur, et adequate distinguantur, quandoquidem repugnat ut res multiplicetur, et in plura adequate distincta dividatur. quin omne, quod ad eius formalem essentiam pertinet multiplicetur, et in plura adequate distincta dividatur.

Hinc infertur posse imo debere affirmari quod in Deo dentur tres relativae perfectiones realiter distinctae, loquor de perfectione transcendentali, et quidditativa. patet, quia re ipsa dantur eiusmodi perfectiones. fateor absolute loquendo, et nulla interveniente particula restringente, non posse affirmari quod in Deo reperiantur plures perfectiones realiter distinctae, quia alioquin sonare videretur, ubi dari plures perfectiones absolutas realiter distinctas, quod falsissimum est; at non est inconveniens, ut cum additto dicatur, in Deo reperiri tres perfectiones relativas.

3a difficultas, an tota relationum collectio sit perfectio simpliciter simplex. respondeo negative. 1o quia non est melior illa collectio, quam omne aliud ab ipsa distinctum nam melior non est sola relatione Patris, vel sola relatione filij, vel spiritus sancti. ergo non est melior quam omne aliud ab ipsa distinctum. patet, quia relatio Patris solitarie sumpta distinguitur absolute, et simpliciter a tota relationum collectione cum sit pars in ea inclusa. idem dicendum de relatione filij, et Spiritus sancti.

4a

4a difficultas an relatio Divina licet absolute ut quod non sit perfectio simpliciter simplex, attamen ut quo talis sit? pro decisione supponenda est horum intelligentia. sicut albedo est forma de albandi, ut quod; et eius unio cum subiecto est forma de albandi ut quo: sic perfectio simpliciter simplex, ut quod est quae melior est ipsa quam non ipsa; ut quo vero est ratio formalis habendi perfectionem, quae sit melior ipsa quam non ipsa.

Iam ergo respondeo, quamlibet relationem Divinam esse perfectionem simpliciter simplicem, ut quo, non est ratio formalis habendi essentiam Divinam, quae sine dubio est perfectio simpliciter simplex. etenim relatio per se ipsam identificatur realiter cum essentia; ergo per se ipsam est ratio formalis habendi essentiam. quod vero nulla relatio sit perfectio simpliciter simplex ut quod ex dictis constat, quia de nulla verificatur quod sit melior ipsa, quam non ipsa.

7o quae concreta multiplicentur realiter in Deo. questio 8a praemittuntur aliqua caput 1um.

Ex hucusque dictis constat

Ex hucusq dictis

constat in Deo multiplicari realiter plura predicata absoluté sumpta. unde hic opportunus sese ofert locus, ut ulterius investigemus, an concreta ex ijs abstractis conpacta, multiplicentur etiam realiter in Deo? et iam tota huius difficultatis resolutio pendet ex principijs in philosophia iactis pro legitima concretorum explicatione. quare breviter indicabimus, ea principia, et ex inde questionem dirimemus, et discutiemus hanc magnam difficultatem in hac materia, et que conprehendit alias plures alterius loci que digne sunt situ, ut omnia intelligantur.

In ijs ergo statuo concreta ñ aliter multiplicari nisi eo multiplicato quod afertur in recto et quod sit de obliquo. de abstractis ñ est dubium quin unum, vel plura iuxta unitatem, vel pluralitatem illius, quod afertur in recto, quia solum aferunt in recto formam, et nihil conotant in obliquo. quare iuxta unitatem, vel pluralitatem formę habent unitatem, vel pluralitatem. in concretis autem ubi una pars afertur in recto, et altera in obliquo dubium est an unitas, vel pluralitas eorum metienda sit penes unitatem, et pluralitatem illius partis, que afertur in recto, vel alterius potius, que afertur in obliquo? premitimus ergo cum communi sententia, quam ex philosophia defensavi semper atendendum esse rectum, et nihil de obliquo curandum. unde quoties rectum est unum concretum est unum; et quoties rectum est multiplex concretum multiplicatur.

Probatur simul et explicatur hoc prium. ad veritatem propositionis dumtaxat atenditur an predicatum conveniat subiecto sumpto rectum, quod sit de obliquo, nec ipso quod conveniat sumpto rectum erit propositio vera. quod si ñ conveniat erit falsa ergo propositio enuntians unitatem, aut multiplicitatem de concreto, vera erit, si talis unitas, aut multiplicitas conveniat concreto sumpto rectum, et erit

erit falsa si ñ conveniat. devet igitur atendi rectum concreti ad eius unitatem, vel pluralitatem investigandam, quod quid sit de obliquo utraque coñ patet. ans est certum quia propositio tantum enuntiat predicatum de recto subiecti. quare ñ semel contingit, propositionem esse veram quamvis predicatum ñ conveniat obliquo subiecti. ut cum dicitur: homo albus est animal. natura rationalis subsistens ñ est ipsa subsistentia. que propositiones verissime sunt, licet albedini ñ conveniat esse animal, neque subsistentię conveniat ñ esse subsistentiam. item frequenter est falsa propositio quamvis predicatum conveniat obliquo subiecti. ut in his patet: natura rationalis subsistens est ipsa subsistentia. homo albus est albedo.

Probatur deinde. cum albedo, et dulcedo simul existunt in eodem subiecto, vera est hęc propositio album est dulce. ergo concretum album est idem cum concreto dulce. patet, quia si ñ esset idem, vera ñ esset ea propositio quę afirmat utrumque esse idem. modo sic. ea veritas provenit ex unitate subiecti quod ab utroque concreto afertur in recto licet formę in obliquo allatę, sint diversę. ergo ex unitate recti habet concretum unitatem, quidquid de obliquo sit. item concretum Persona multiplicatur in Deo, quia personalitas in recto allata multiplex est, quamvis unica sit natura quę afertur in obliquo. ergo multiplicatur concretum, ex multiplicatione recti, quamvis ñ multiplicetur obliquum.

Sed advertas, ut multiplicetur concretum opus ñ esse, quod utraque pars recti multiplicetur, sed unius multiplicationem sufficere. contingit ñ semel, ut concretum aferat equé lo et in recto duas partes. ut igitur eiusmodi concretum multiplicetur, asero multiplicationem unius partis sufficere, neque requiri multiplicationem utriusque. ratio est. ñ ut hoc compositum sit ab illo diversum, satis est, ut ratione alicuius partis in recto allatę sit diversum. v.g. homo diversus est in specie ab equo, quin ratione materię sed solius formę habeat eam specificam diversitatem. et compositum vivens est diversum a composito cadaverico, licet eadem numero materia sub sit

subsistit utrique forma. sufficit ergo pro multiplicando concreto multiplicitas unius partis dumtaxat in recto allatae.

Confirmatur si duae formae locarentur simul in eadem materia, vel unica forma in duplici materia resultarent plura composita, ergo sola multiplicitas unius partis est sufficiens ad multiplicanda concreta. patet cons. pr. ant. circa quod in philosophia late diximus. nam cum veritate non dices unum compositum absolute loquendo esse aliud. ergo absolute verum est dicere, quod unum non sit aliud, nam ut unum absolute non sit aliud, satis est ut ex aliqua parte non sit aliud, et ut absolute sit aliud, opus est, ut ratione omnium partium sit aliud. modo sic ergo datur unum compositum, et aliud. ergo plura. sed non plurificantur omnes partes. ergo non requiritur omnium plurificatio ut plurificetur compositum, sive concretum. videantur quae diximus tr. 3° de incarnatione la parte tr. q.e 2a cap.e 2° et sequentibus. nec non q.e 3a et alibi saepe. et objecta soluta cap. ut 2um.

Sed contra doctrinam iactam obiicies 1° casu quo Verbum simul assumeret tres humanitates, unicus homo resultaret, et non tres: sed rectum huius concreti homo tunc multiplicaretur. ergo stat optime rectum concreti multiplicari, quin multiplicetur concretum. pr. minor quia rectum huius concreti homo est humanitas: sed ea multiplicaretur, ut supponimus ergo etc.

Non detinebor in solutione huius argumenti circa quod late dixerunt Authores, nam ex dictis in loco proxime citato de incarnatione constat, terminum homo diversimode supponi, iamque pro natura, iam pro subsistentia accipi, sive ut cum Doctoribus loquar, iam essentialiter, iam personaliter sumi, quatenus iam afert in recto naturam, et in obliquo subsistentiam, iam e contra subsistentiam

subsistentiam in recto, et naturam in obliquo. iuxta quas asceptiones darentur in eo casu triplex, vel unus homo. n. asepta voce homo, pro natura in recto darentur tres homines, sicut, et tres naturae; sumpta vero pro subsistentia daretur unicus homo, sicut et unica subsistentia, vel persona. semper ergo pro multiplicatione recti multiplicatur concretum, q.q. sit an rectum iam sit hoc iam illud.

Obiicies 2°. concretum album est diversum a concreto frigidum, licet utriusque rectum sit idem. ergo stat optime plurificari concreta, quanvis rectum n. plurificetur. cons.a patet ant. pr. et loquamur de substantia nivis, ubi coexistit simul frigiditas, et albedo. nequit afirmari cum veritate q. concretum album sit concretum frigidum, q.a concretum album constituitur essentialiter ex substantia nivis, et albedine, cum vel unica parte deficiente deficiat eo ipso concretum album. item concretum frigidum ob eandem rationem constituitur essentialiter ex duplici parte, videlicet ex eadem substantia nivis, et simul ex frigiditate. ergo constat utrumque concretum ex partibus inter se realiter imo specie distinctis: sed quae partibus realiter distinctis essentialiter constant distinguntur realiter, quanvis aliam partem communem habeant. igitur in substantia nivis concretum album distinguitur realiter a concreto frigidum. ergo plurificantur concreta, quin plurificetur rectum q. est eadem substantia nivis.

Respondetur negando ant. n. ex eo multiplicantur ea concreta q.a multiplicatur aliq. rectum illorum. pro quo sciat, concretum album, qua tale dicere in recto subiectum, et albedinem, q.a subiectum precisse quanvis albedinem habeat, n. est concretum. igitur illud concretum, qua tale, n. solum est subiectum sed albedo. similiter de concreto frigidum. quare multiplicantur ea concreta, q.a multiplicantur for.e quae aferuntur in recto simul cum subiecto neque obstat, ut subiectum n. multiplicetur, q.a iam diximus ad concreti

concreti multiplicationem n̄ requiri, q̄ multiplicetur, q̄d q̄d afertur in recto.

Sed inistas album est concretum, album dicit albedinem in obliquo, ergo concretum album dicit albedinem in obliquo. Respondetur distinguendo maiorem. album est concretum si atendatur sum utramq͡ʒ partem quam album significat concedo maiorem. si precise atendatur sum unam partem quam afert in recto nego maiorem, q͡a nunquam una pars sufficit ad concretum. minorem etiam distinguo: sed album quatenus est concretum dicit albedinem in obliquo, nego minorem album specificative hoc est id q̄ album denominatur concedo minorem, et nego co͞ām. q͡a concretum ut tale dicere debet utramq͡ʒ partem in recto.

Nectamen alicui videatur absurdum id q̄ diximus, videlicet ex albedine, et frigiditate in uno unico subiecto resultare duo concreta frigidum, et album id ulterius ostendere lubet. ea realiter distinguntur quorum unum perire potest altero manente: sed unum ex his concretis perire potest altero manente. ergo realiter distinguntur. probo minorem q͡a perire potest una fr̄a accidentalis altera manente v͡g albedo perire potest perseverante frigiditate: sed tunc periret concretum album, et n̄ periret concretum frigidum ergo et͡a. preterea si unum concretum esset idem cum alio, quoties unum afirmaretur, vel negaretur de subiecto, posset, imo deberet alterum afirmari, vel negari: sed hoc est falsum ergo et͡a. p͡r minor q͡a pereunte albedine, et perseverante frigiditate, afirmaretur de nive, q̄ esset frigida, n̄ ~~et~~ q̄ esset alba; negaretur etiam q̄ esset alba, n̄ q̄ esset frigida, ut patet.

Deniq͡ʒ notes aliud esse album, vel frigidum, et aliud esse album, vel esse frigidum. de Petro verificatur, q̄ sit albus, vel frigidus, n̄ tamen verificatur, q̄ sit, esse album, vel esse frigidum: n̄ esse album, vel esse frigidum provenit fr̄aliter ab unione, cum q͡ʒ Petrus n̄ sit ea unio, fit Petrum n̄ esse id ratione cuius redditur ipse

ipse frigidus vel albus: debent ergo distingui propositiones istae Petrus est albus, Petrus est esse album prima est vera 2a falsa. 4o solvitur difficultas caput 3um.

Ex praemissis iactis facillime deciditur haec difficultas proquatadui mus 1o omnia illa concreta plurificari realiter in Deo, quorum rectum plurificatur realiter in Deo. est evidens ex dictis. quia concretum realiter plurificatur quoties rectum realiter plurificatur. loquor autem de recto partiali, vel adequato, nam ut concretum multiplicetur, opus non est, quod totum, et adequatum rectum multiplicetur ut ostensum est. unde fit ulterius, omnia illa concreta multiplicari realiter in Deo, quorum rectum adequatum, vel partiale fuerit aliquod predicatum ex iis quae realiter in Deo multiplicari diximus toto hoc tractatu.

Ut igitur videamus, an hoc vel illud concretum realiter in Deo plurificetur, inspiciendum est, quod predicatum Divinum aferat in recto, quia si predicatum allatum in recto plurificetur eo ipso multiplicabitur concretum; sive predicatum plurificetur adequate, sive partialiter, nam quocumque modo contingat ea pluralitas sufficiens est, ut ex illa multiplicetur concretum.

Unde colliges in Deo multiplicari haec duo concreta suppositum, et Persona. nam ex frequentiori usu et acceptione significant illae voces suppositalitatem, et personalitatem in recto naturam vero Divinam in obliquo: sed suppositalitas, et personalitas in Deo realiter multiplicatur, ut est certum. ergo suppositum, et Persona realiter multiplicatur in Deo. cum quia personalitas, et suppositalitas sit triplex, suppositum, et persona triplex. unde dicimus in Deo reperiri tria supposita et tres Personas

Personas, quae sunt ibi tres suppositalitates, et Personalitates.

Colliges etiam, omnia illa concreta in Deo multiplicari quorum rectum clauditur in praedictis duobus concretis suppositum, et Persona quoad rectum illorum. unde multiplicantur realiter haec omnia, ens, existens, substantiale, spirituale, verum, bonum, aeternum, immensum, perfectum, infinitum etc. non veré dicimus, in Deo reperiri tria entia, tria existentia etc. ratio est non ab eis concretis afertur Personalitas in recto, sed Personalitas multiplicatur. igitur omnia illa concreta multiplicantur.

Multiplicantur etiam realiter haec omnia concreta immutabile, increabile, incomprehensibile, invisibile, inefabile etc. non quaelibet personalitas Divina substum est, quod his negativis denominationibus aficitur: et cum Personalitas sit multiplex, est etiam multiplex substum denominatum: at substum denominatum afertur in recto. igitur ex illo multiplicantur ea omnia concreta.

Statuimus 2º nullum concretum in Deo multiplicari, cuius rectum aliqua ratione non multiplicetur. hoc ex dictis constat, quia nullum est concretum quod multiplicetur, nisi multiplicato recto illius, quidquid sit de obliquo. ideo concretum Deus non multiplicatur, quia Deitas, quae in illo afertur in recto, unica est, quamvis personalitates, et subsistentiae allatae in obliquo sint plures. 7º de processionibus Divinarum Personarum [illegible] an inter Personas Divinas detur processio quaeta. certa est pars afirmativa caput lum.

Processio est aliud quam ratio formalis, quatenus procedit a suo principio, quod quidem sive ita se teneat ex parte sui procedentis, vel principii producentis, vel ex parte utriusque, de quo postea. Quaerimus ergo num inter Personas Divinas detur processio, neque loquimur in particulari de processionis a quibus oritur, et ad quas terminatur haec processio, ~~nam de hoc nam~~ nam de hoc in sequentibus capitibus huius quaestionis. Sed in generali rogamus an detur inter Personas Divinas, quaecunque illae sint.

Pars affirmativa est de fide. Nam constat ex omnibus testimoniis sacrae scripturae, conciliorum, et Patrum, quibus definitur, vel tanquam certum proponitur Verbum Divinum a Patre procedere, et Spiritum Sanctum a Patre, et Filio: proinde solum restat hanc veritatem rationibus comprobare.

Prima, si implicat multiplicari Personas in Deo sine processione. Ergo cum modo supponamus dari plures Personas, oportet inter illas processionem admittere. Consequentia patet a[fortiori], probatur Nam in Divinis omnia sunt idem, ubi non obviat oppositio relationis

relationis producentis, et producti, cuius ratio, quia in genere lo quendo multiplicatio semper provenit, aut ex limitatione per fectionis, aut ex oppositione relationis. unde cum in Divinis oriri nequeat multiplicatio ex limitatione, oportet ut oriatur ex oppositione. inde quoque provenit, ut inter essentiam, et attributa non detur multiplicitas realis, de qua loquimur in praesenti, quamvis mul tiplicatio virtualis, aut per intantum non est ad rem, quia scilicet inter essen tiam, et attributa non datur oppositio relativa producentis, et produc ti. ergo repugnat quod sine processione vel productione detur in Deo multiplicitas Personarum.

2a ratio. quia omnis perfectio, quae nullam in suo conceptu dicit imperfectionem est Deo concedenda: sed quod una Persona procedat ab alia nullam in suo conceptu dicit imperfectionem. ergo concedendum est Deo. minor est probatur quia potius dicit fecunditatem infinitam actualiter exercita, quae maxima perfectio est.

Ex his constat processionem in Deo non solum dari, sed necesso dari. 1o quia id sine quo non daretur multiplicitas personarum, necesso datur in Deo, cum ea multiplicitas necesso detur: sed sine processione non daretur multiplicitas Personarum, ut ostendimus ergo etc. 2o quia quaevis perfectio, quae nullam dicit imperfectionem ita datur, ut necesso detur in Deo: sed processio unius personae ab alia est perfectio, quae nullam di cit imperfectionem ergo etc. 3o quia quod intrinsece Deo convenit, necesso con venit; processio unius Personae ab alia convenit intrinsece Deo. ergo necesso convenit. 4o demum quia Filium esse Filium actualiter genitum, et procedentem a Patre, necessum est. similiter Spiritum Sanctum spira ri, et procedere a Patre, et Filio.

Sed rogas, quibus nominibus appellari soleat processio Di vinarum Personarum? respondeo quod inprimis appellatur produc tio, et communicatio, ratio est, quia vi processionis aliquid producitur, et aliquid communicatur Personae procedenti. sicut infra dicetur. appe llatur etiam origo. quia licet hoc nomen aliquando soleat appropriari

appropriari passivae generationi verbi, eo quod sit nativitas, et ortus; iam
tamen usus obtinuit, ut indifferenter accipiatur pro verbi Divini, vel
Spiritus Sancti processione. Dicitur ulterius *emanatio*, quia per illam terminus
necessario procedit a suo principio, summamque habet cum illo coniunctionem.
Denique vocatur *actus notionalis*. *actus*, quia formaliter non est principium aut terminus
sed ratio formalis, quatenus actualiter procedit a principio. notionalis vero, quia non
terminatur ad aliquod absolutum sed notionalem, cum processio sit ad per
sonam includentem aliquod relativum, nisi forte *notionalem* appelles
eo quod iuxta diversitatem processionum deveniamus in cognitionem
Personarum in particulari, proindeque processio sit quasi notio cuius
que Personae.

Maior difficultas est, an processio Divina vocari possit *dependen
tia formalis unius personae ab alia*? nam licet apud omnes fere constet abstinen
dum ab eo loquendi modo, tamen in assignanda ratione dissident.
aliqui dicunt processionem Divinae Personae ab alia summe necessariam
esse, proindeque non dicendam *formalem dependentiam*. futilis ratio, nam si
daretur in creatis effectus cuius summe necessaria esset haec determinata
processio, diceretur adhuc illa formalis dependentia effectus a causa de
terminata. 2° probant alij, quoniam dependentia semper est in
ter duo diversae naturae. sed hoc gratis assumitur, nam ex terminis ipsis vide
tur notum, nihil aliud sonare *dependentia*, quam unum extremum
existere non posse sine alio, sive sit eiusdem sive diversae naturae. ta
men in quaestione de nomine cum pluribus est loquendum.

Denique processio Divina non est vocanda *cau
salitas*, *effectio*, *actio*, *influxus*, etc. quia voces istae iuxta communem
usurpationem important plures imperfectiones. 1a quia causalitas, idem
de caeteris, est modus realiter distinctus, et medians inter principium, et terminum.
2a quod versetur inter principium, et terminum diversae naturae. 3a quod sit depen
dentia termini a suo principio. haec Recentiores. quibus assentior, licet gra
vissimi DD. aliquando praedictis vocibus utantur. 4° processio Divina
rum Personarum est realis. caput 2um. Constat

Constat ex praecedenti cap.º dari processionem inter Divinas Personas, ulterius iam inquirendum, an ea processio sit realis, vel per intum, esse realem apud omnes constat, et sequentibus rationibus videndo.

Prima nam diverso modo procedit filius a Patre, ac Paternitas ab essentia, sed Paternitas iuxta communissimam sententiam procedit virtualiter, vel per intum ab essentia. ergo filius realiter a Patre procedit. maior in qua posset aliqualis esse dubitatio, patet, quia filius ita procedit a Patre, ut realiter ab illo distinguatur. Paternitas autem ita procedit ab essentia, ut realiter identificetur cum illa. urgeo. quia ut aliquid ab alio procedat virtualiter, vel per intum, oportet, ut illi realiter identificetur: sed filius non identificatur cum Patre. non ergo procedit a Patre virtualiter, vel per intum, sed realiter.

2a ratio. quidquid realiter existit, habet esse a se, vel ab alio: sed non omnes Personae Divinae habent esse a se. ergo ab alio, sed quod habet esse ab alio terminat realem processionem, quia cum non erit realiter ab alio consequenter realiter erit a se. datur ergo processio realis inter Personas Divinas.

3a ratio. Persona Divina denominatur procedens realiter ab alia. ergo per processionem realem. patet consequentia quia denominatio realis nequit stare sine forma reali. probatur antecedens quia Persona filii realiter generatur, et Persona spiritus Sancti realiter spiratur, sed hoc utrumque dicit formalissime procedere. ergo denominatur utraque Persona realiter procedens.

4a ratio. quia in Divinis Personis datur vera realisque virtus comparatione Personarum procedentium, ut infra demonstro. ergo datur vera realisque processio. patet consequentia quia realis virtus

virtus exercere nequit, nisi per processionem realem. 5a ratio quia processio realis inter Divinas Personas non dicit imperfectionem, sed potius maximam Perfectionem, eo quod sit vera ratio formalis, sive actuale exercitium, quo reducitur in actum Deum infinita vis, et fecunditas ad immanenter operandum. ergo concedenda est Deo. patet, quia quidquid ita perfectionem affert, ut nihil imperfectionis involvat est Deo concedendum.

6a, et ultima ratio quia in divinis omnia sunt idem ubi non obstat processionis oppositio: sed Personę Divinę non sunt idem realiter sed potius realiter distinctę. ergo quia inter illas est oppositio processionis realis. patet minor causa quia nisi processio realis esset, oppositio non esset realis, et consequenter neque distinctio.

Dices ut Personę Divinę realiter distinguantur non oportet quod una realiter ab alia procedat, sed quod procedere possit. unde sententia valde communis defendit, quod si spiritus Sanctus a Filio non procedere, dum tamen procedere posset ab eo realiter distingueretur. igitur ex eo, quod Personę Divinę realiter distinguantur, male deduximus unam realiter ab alia procedere, quia satis est, ut procedere possit. respondetur saltem mediate deduci ex distinctione reali Personarum, realem processionem illarum inesse, quatenus bene sic arguitur: duę Personę realiter distinguntur ergo potest una realiter ab alia procedere: sed eo ipso quod possit una realiter ab alia procedere, de facto procedit, quia in Deo nihil ad intra potest esse quod actu non sit. ergo etc. illud de spiritu Sancto non urget, quia in ea impossibili hypothesi supponitur quod spiritus Sanctus a Filio non procedat actu, quamvis procedere possit. tunc autem nobis restet potentia seu virtus, quę sufficit ad inducendam distinctionem, deficeret autem actualis productio, quę deducitur ex tali potentia seu virtute.

Ex his ergo constat iam reperiri processionem realem inter Divinas Personas. ulterius indagandum est, quęnam personę in

in particulari terminent hanc processionem? quod per subsequentia huius questionis capita prestabimus. ubi notes, quod licet hec omnia sint apud Chatolicos indubitata, nihilominus a theologis evolvuntur, tunc ut rationibus comprobentur, tum ut hereticorum obiecta diluantur, et sic veritas chatolica firmius animis nostris insedeat. 1º Pater a nullo procedit caput 2um.

Conclusio hec est de fide, quae in pluribus concilijs definitur, et ab universa recipitur Ecclesia. Toletanum 11 inquit Patrem a nullo originem ducere. et in simbolo sancti Atanasii dicitur, quod Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. semel autem ea veritate supposita deducitur aperte, quod Pater a nullo procedere potest, quia si posset de facto procederet, cum de facto habeat, quidquid habere potest. ergo si de facto non procedit, neque procedere potest. id ergo potissimé videndum restat, an detur aliqua ratio naturalis, qua probetur Patrem a nullo procedere? plures a doctoribus aferuntur. potissimas tamen breviter discutiam.

Prima. nulla Persona Divina potest producere Patrem, ergo Pater a nullo procedit, quia si procederet ab aliquo maxime a Persona Divina, que produceret illum. ans. pr. quia Pater inprimis nequit producere seipsum, eo quod productio semper sit ad aliud. preterea, neque Pater produci potest a 2a vel 3a persona, quae utraque procedit a Patre. ergo ut suus producere nequeat suum prium, nequibit 2a, et 3a Persona producere Patrem.

Hec tamen ratio mihi non est efficax immo falsis omnino prisis innititur, ut in philosophia provavi. quae inprimis iudico possibile, quod entitas creata, dum per unicam actionem supponatur existens, reflectat

reflectat per tam actionem in se ipsam, qª nullum videtur mihi in commodum entitatem ut existentem per tam actionem esse priorem se ipsa qua producta per tam actionem. quo supposito Pater Æternus, ut existens a se ipso reflectere posset per actionem in se ipsum.

Dices: hæc actio, vel productio esset nimis otiosa, qª Pater illa ñ egeret ad existendum, cum sufficienter supponatur existens a se ipso. sed hoc ñ multum urget, qª licet Pater ut existeret absolute ñ egeret illa productione, tamen dici posset egere illa ut existeret omni modo possibili, videlicet ex se ipso, et per productionem a se ipso procedentem, sicut communiter dici solet idem obiectum a Deo bis et ter cognosci, tum in se, tum in alio, et ex alio, ut illud omni modo possibili cognoscat, neq3 censetur inutilis, vel superflua aliqua ex his rationibus.

Sed adhuc instare poteris, qª sequeretur Patrem esse a se ipso, et ñ esse. tum, qª supponitur. tum, qª producitur, et q̄d producitur ñ est a se cum esse a se excludat omnem productionem. respondetur, q̄ Pater esset a se dupliciter 1° qª produceretur a se. 2° qª vi propria independenter a quavis productione ~~esse~~ existeret, unde esset a se positive, et negative, ñ qª positivam productionem excluderet, sed qª necessitatem illius ñ haberet ad existendum. sicut ergo ñ opponuntur produci, et ñ egere productione; sic nec esse a se positive, et negative.

Deinde falsum est q̄d prius alicuius rei produci nequeat ab illo. potest enim si semel per aliam actionem præsupponatur sufficienter existens. verbi gratia sol adequate ~~sol adequate sol adequate sol adequate~~ sufficienter ergo productus a solo Deo, potest causare lucem, et a luce causari: tunc enim terminabit duas actiones adequatas, et ratione unius erit prius luce, ratione alterius posterior. ita docebam in philosophia, qª nullam in hoc repug

repugnantiam inveniebam.

Iam ergo istando praesuperationi naturali potest afirmari quod Pater, ut a se existens producit filium, et rursus ab illo producitur, in quo casu Pater erit prior, et posterior filio sub diversa ratione: prior quia existens a se, posterior quia productus a filio. et id solum discrimini erit, quod Pater non terminabit duas actiones sicut sol, quia cum a se possit existere non eget actione ut prae intelligatur existens ad causandum filium; sol autem cum a se nequeat existere petit actionem vi cuius existat prius quam lux.

2a ratio. nam ideo colligimus, ex creaturis dari Deum, quia ubi dantur plura producta, necessum est, ut aliquid improductum detur a quo cetera producantur ergo similiter ex personis productis optime deducitur aliqua improducta, ex qua ceterae producantur: sed ea est Pater: ergo etc.

Non placet, nam vi praesentis huius argutationis non deducitur aliquid improductum, sed aliquid non egens productione ad existendum, nam ante omnia producta supponendum est aliquid existens absque productione. quod in trinitate similiter dici potest, videlicet ex Personis productis inferri aliquam non egentem productione, sed potentem existere a se. licet autem ex creaturis non inferatur aliquid improductum, sed aliquid non egens productione, concluditur adhuc existere Deum, nam quod productione non eget ut existat, necesso Deus est.

Mihi ergo tantum ex fide certo constat, tam trinitatis Personam quam vocamus Patrem improductam esse. 2o Filius a solo Patre procedit. caput 4um.

Duplex

Duplex veritas, et utraque de fide continetur in conclusione iacta. 1a quod Filius a Patre procedat. 2a quod non procedat ab alia Persona. sic in conciliis frequenter definitur, et in symbolo nostre fidei clarissime proponitur. ait enim: filius a Patre solo est non factus, nec creatus, sed genitus. unde colligitur, ita filium esse a solo Patre, ut non possit non esse a solo Patre, quia neque potest non procedere a Patre, neque potest ab alia Persona procedere. videamus iam utrum dentur naturales rationes quibus hec certissima veritas comprobetur?

Prima sit, Filius ab aliquo procedit. non a se, quia nihil potest se producere. non ab Spiritu Sancto, quia potius ipse producit spiritum Sanctum, et procedere nequit ab eo quem producit. ergo procedit a solo Patre. verum hec ratio nititur falsis prijs, non ut precedenti capite diximus, optime potest res tam a se ipsa produci, quam ab eo quem causat.

2a ratio quicunque intelligit producit aliquid intra se, quod sit conceptio rei intellecte: sed Pater intelligit. ergo producit intra se conceptionem rei intellecte: sed hec conceptio rei intellecte debet esse substantialis increata, et subsistens, ut sic evadat infinite perfecta. debet ergo Pater intra se producere similem conceptionem, quam nos verbum Filium, et 2am Personam appellamus.

Hec tamen ratio non videtur efficax. 1o quia licet probaret 2am Personam a 1a procedere, non tamen probat quod ab alia Persona non procedat. 2o non Spiritus Sanctus intelligit, et adhuc intra se nihil producit. ergo non est de ratione cuiuscunque intelligentis aliquid intra se producere, quod sit conceptio rei intellecte. preterquam quod intelligere est commune toti trinitati, neque tamen est commune producere intra se conceptionem rei intellecte. neque dicas intelligere essentiale esse commune non autem intelligere notionale. non ex intelligere essentiale deducis in Patre intelligere notionale, ergo nihil conficies, non deduces intelligere notionale per

per produtionem verbi ex intelligere notionali, supponitq
q probandum asumis.

3a ratio. nequit 2a Persona distingui realiter a 1a nisi vel illam producat, vel ab illa producatur, cum in Divinis ex sola productione oriatur distintia: sed 2a Persona n producit 1am qa supponimus hanc inproductam. ergo producitur a 1a, sed ad huc n quiesitanimus qa hæc ratio n probat, 2am Personam a sola 1a procedere esto provet ab illa procedere. deinde iam in presedenti cap.e provavi nullâ ratione naturali sufficienter ostendi, 1am Personam n produci. tutius igitur est ad fidem confugere, quam rationibus infirmis ad eo certam veritatem conprobare.

Contra procesionem autem Filij a Patre solum urgere potest hoc argutum Filius ex se necesius est: at si procedat a Patre n erit necesius ex se sed ex Patre necesario generanti ergo n procedit a Patre. respondetur Filium et ex se et ex Patre necesium esse: ex se qa fraliter et principium ratione Divinitatis et proprietatis Personalis exigit existere semper. ex Patre vero qa Pater ita necesario producit illum, ut neqß potuerit n producere, neqß valeat a productione cesare.

Instas. hoc ipso q filius sit ex se necesius ita existit ut quanvis n daretur Pater ad huc existeret: hoc est falsum. ergo n est necesius ex se. respondetur negando maiorem qa n dicimus Filium in hoc sensu necesium esse, sed quatenus ex se petit existere per productionem a Patre. unde potius infertur, q n existeret casu quo n daretur per inposibile Pater, qa n alia ratione petit existere, nisi mediante productione Patris. 4o Spiritus Sanctus a Patre Filioqß procedit. caput 5um

Et etiam de fide iacta conclusio ex qua deducitur aperte, ñ posse ñ Spiritum Sanctum ab utraq; Persona procedere, q in trinitate nihil est, vel fuit contingens iuxta superius dicta. Q ergo Spiritus Sanctus a Patre procedat indubitatum est apud omnes D.D. etiam Grecos q continetur expresé in Sacra Scriptura Ioan. 15 10 Spiritus qui a Patre procedit. circa procesionem vero Sancti Spiritus a Filio vehementer erratur a Grecis, qui licet nobis fateantur, an 3am Personam a Patre procedere, negant tamen eius procesionem a Filio circa quem errorem videndus est Pater Montoya disp.e 67 de trinitate.

Sertissima tamen veritas est, et ex fide tenendum Spiritum Sanctum ñ solum a Patre sed etiam a filio procedere. pr. ex conciliis ubi definitur et quidem ex generalibus eam veritatem diserté testantur Efesinum tomo 1o cap.e 14 ad finem. Lateranence sub Inocentio 3o cap.e damnamus. Lugdunense sub Gregorio 10 in cap.e fidele de summa trinitate in 6o Florentino in literis unionis, et Tridentino sectione 3a. ex provinsialibus autem Alexandrinum, ab Efesino ubi supra relatum. Toletanum 1um cap.e 21, Toletanum 3um cap.e 1o. Toletanum 4um cap.e 1o, 6o, et 11. mitto plura testimonia Sacre Scripture, et Sanctorum Patrum, videnda penes eruditum Patrem Montoya loco citato.

Rationibus etiam theologicis etiam eadem veritas comprobatur, dico theologicis, et ñ naturalibus, q ut sapienter inquit P. Montoya citatus sectione 8a numero 7o, naturalis ratio, que supernaturalem fidei revelationem ñ presuponat afferri nulla potest. et merito sane, q qd in hoc altissimo Trinitatis misterio peragitur extra omnem naturalem rationem est. sit ergo

Prima ~~conclusio~~ ratio. Spiritus Sanctus distinguitur a filio, ergo procedit a filio. patet cōa q distintio personarum oritur ex eo q sit una prius alterius iuxta decantatum illud: in divinis omnia sunt idem ubi ñ obiat oppositio relationis producentis, et

et producti. ergo cum Spiritus Sanctus ñ sit prius producens filium, opus est, ut sit prius productus a filio. quod autem Spiritus Sanctus realiter distinguatur a filio, ñ negatur a Grecis.

2a ratio. prius quam detur Spiritus Sanctus existit filius cum virtute sufficienti, et expedita ad illum producendum. ergo reipsa producit illum. pr. cons. tum quia ñ est, cur illa virtus ab exercitio suspendatur. maximé cum sit necessaria ñ solum in existendo, sed etiam in operando. tum quia similiter dici potest Spiritum a Patre ñ procedere, quamvis in Patre suppo natur virtus sufficiens ad illum producendum. ans ostenditur. ñ operatio pertinens ad intum, qualis est productio filij, prior est illa, que pertinet ad voluntatem, qualis est processio Spiritus Sancti; deinde spiratio activa realiter identificatur cum filio. ergo ante Spiritum Sanctum precedit filius, cum virtute sufficienti, et expedita ad illum producendum.

3a ratio Pater dedit filio quidquid habet preter esse Patrem ut constat ex 1o Luce et ex 15. et 16 Ioannis. ergo dedit illi quod sit prius in actu 2o productivum Spiritus Sancti. neque Pater ideo precisé Pater est, quia habet esse prius Spiritus Sancti, ñ licet aliqui Iuniores sentiant Patrem in ratione Patris, et filium in ratione filij constitui per esse prius Spiritus Sancti tamen apud omnes hoc est certum quod Pater ñ ideo precisé sit Pater quia prius est Spiritus Sancti. ergo si Pater filio ñ dedisset esse prius Spiritus Sancti aliquid ñ dedisset preter esse Patrem. 4o argumenta Grecorum caput 6um.

Sed contra processionem spiritus Sancti a filio nobis obiiciunt Greci D.D. 1o ad unicum terminum sufficit unicum prius. ergo ad unicum Spiritum sanctum producendum sufficit Pater. ergo

ergo ñ concurrit filius. qui vero ñ videat hoc eodem argũto
probare posse, q Spiritus Sanctus a solo filio procedat.
Respondetur ergo sepius ad unicum tũm
requiri plura p̃ria saltem partialia. vg pro actu fidei superna
turalis requiritur intus, et habitus. nihil ergo mirum, q ad
unicum Spiritum Sanctum requirerentur duo partialia con
principia. preterquam q aliud est duo p̃ria requiri, aliud
vero concurrere duo p̃ria. quanvis daremus pro unico tõ suffice
re unicum p̃rium, neqʒ duo requiri, negari ñ posset sepius con
currere duo. iam ergo licet omiteremus, ad Spiritum Sanctum
ñ requiri per se Patrem, et filium in ratione p̃rij, q falsum esse
constabit infrá, tamen inde ñ colligeretur utrumqʒ ñ concurre
re cum sin utroqʒ sit eadem virtus Spirativa. demum ostendam
inferius, q ex Patre, et filio simul concurrentibus ad productio
nem Spiritus Sancti, resultat solum unicum p̃rium.
Obiiciunt 2°. solus Pater filium producit.
ergo solus Pater producit Spiritum Sanctum. p̃r cõa, ñ ideo solus Pa
ter filium producit, qª produtio filij est per intum, et Pater se solo
independenter ab alia Persona intelligit, sed productio Spiritus Sanc
ti est per voluntatem, et Pater se solo independenter a filio amat,
et habet, q̃q̃ pertinet ad voluntatem, ergo Pater se solo producit
Spiritum Sanctum.
Respondetur conceso ãnti negando cõãm ad eius probatio
nem nego maiorem, qª ratio propter quam solus Pater filium pro
ducit ñ est qª intelligat independenter ab alia Persona, cum
id etiam conveniat filio, et Spiritui Sancto, qui tamen filium ñ
producunt; sed qª intelligere in Patre coniungitur cum Paternita
te, quæ requiritur et sufficit ad producendum filium. at licet in
Patre detur q̃q̃ pertinet ad voluntatem, ñ ad huc datur q̃q̃
opus est ad productionem Spiritus Sancti, ñ unum ex requisitis
est filiatio. unde neqʒ dum intelligatur voluntas Patris communicata

communicata per identitatem filiationi non intelligitur Pater proxime potens producere Spiritum Sanctum.

Instas. virtus Spirativa reperitur in Patre ante ad filium. ergo ante ad filium est Pater proxime potens producere Spiritum Sanctum. Et cum ea virtus necessaria sit in operando, statim operabitur independenter a filio.

Respondetur concesso antecedente distinguendo consequens ergo Pater ante ad filium est proxime potens producere Spiritum Sanctum quantum est ex parte virtutis productivae concedo consequentiam absolute, et simpliciter nego consequentiam. itaque saepius contingit, ut licet in causa detur tota, et adequata virtus in ratione virtutis necessario operantis, non producatur effectus, eo quod requisitum deficiat. cum ergo filiatio sit necessarium requisitum, ut producatur Spiritus Sanctus, fit, ut licet Pater ante ad filium habeat totam vim spirativam per modum virtutis, non adhuc producat neque proxime omnino producere possit Spiritum Sanctum. Et iam quod filiatio requiratur ad productionem Spiritus Sancti, constabit infra cum ostendatur Spiritum Sanctum necesse petere tam a Patre, quam a filio procedere.

Obicies denique. filius non est prior Spiritu Sancto, ergo non producit Spiritum Sanctum. Consequentia patet quia nihil potest esse principium alterius quin sit illo prius. antecedens probatur quia inter Personas Divinas non est assignabilis aliqua prioritas. hoc argumentum aeque probat, Spiritum Sanctum a Patre non procedere quin et probat nullam esse processionem inter Divinas Personas. Respondetur ergo negando antecedens, nam filius est origine prior Spiritu Sancto: prioritas enim originis in eo stat, quod unum producat aliud, quin ab eo producatur: sed filius producit Spiritum Sanctum quin ab eo producatur. ergo prior est origine Spiritu Sancto. et ob hanc eandem rationem Pater est origine prior filio, et Spiritu Sancto.

Sed nota, multiplex esse prioritatis genus, quod Personis Divinis repugnat. nam prioritas naturae, quae consistit

consistit in eo, quod unum sit prius alterius diversæ naturæ minime reperiri potest inter Divinas Personas, quæ sunt eiusdem omnino naturæ. prioritas rationis excluditur etiam a Divinis Personis, nam hæc in eo stat quod unum sine alio possit cognosci, sed nulla ex Divinis Personis sine alia potest cognosci nam omnes habent relationem ad invicem, et relativa iuxta Philosophum sunt simul cognitione ergo etc. prioritas etiam in subsistendo dico a non datur, nam in eo consistit, ut valeat ab uno ad aliud, sed non econtra: in Divinis autem personis datur mutua illatio, nam bene valet. datur Pater, ergo filius. datur filius ergo Pater. de prioritate durationis, vel temporis sertum est, quod non detur. an autem detur prioritas perfectionis, infra dicemus, cum sermo fiat de Personarum æqualitate. 5o an divinæ processiones sint immanentes, quæstio 2a. affirmative respondetur caput sum.

Sententia communis, et fere iam indubitata est, quæ tenet, processiones Divinas immanentes esse, videatur Pater Montoya dispe 17 de trinitate sectione 4a. magister Alvis de trinitate tttu 4o dispe 1a sectione 3a cum aliis. huic ergo sententiæ subscribo, dummodo sit et immanentiam processionem divinarum excludere plures imperfectiones, quæ reperiri solent in processionibus, vel actionibus

actionibus creatis inmanentibus, ut ex dicendis constabit.

Probatur hec resolutio 1°, quia quelibet Persona Divina est in alia, ut nemo Theologorum dubitat, et nos infra dicemus. ergo Persona producta est in producente. ergo eius processio est inmanens. patet hec 2a consequentia quia nequit non esse inmanens ea processio, vi cuius Persona producta manet intra producentem.

Probatur 2°. quia illa vocatur inmanens processio, vi cuius producitur terminus aliqua ratione manens intra principium: sed vi processionis Divine producitur terminus aliqua ratione manens intra principium ergo Divina processio inmanens est. loquor autem de processione, que terminatur ad filium, vel Spiritum Sanctum. maior est certa, quia inmanens processio, qua talis in eo distinguitur a transeunte, quod vi huius non producitur terminus aliqua ratione manens intra principium. minor probatur quia principium Divine processionis est Deus: at vi processionis Divine producitur terminus aliqua ratione manens intra Deum. ergo etc. probatur minor; quia terminus productus est Deus ergo manet intra Deum: patet quia quod est Deus, non potest esse extra, sed necessario debet esse intra Deum.

Probatur 3°. maior, et perfectior est inmanentia per identitatem, quam per unionem: sed quia terminus creatus unitur suo principio, vocatur inmanens eius productio. ergo a fortiori vocanda est inmanens processio Divine Persone, que non iam per unionem, sed per identitatem manet in suo principio. consequentia legitima erit, si ostendamus, qua ratione maneat in Divinis per identitatem Persona producta in producente. quod iuxta inferius dicenda sic explico. quia in Persona producente datur principium communicativum, et productivum. communicativum est absoluta perfectio, productivum autem relativa. similiter in Persona procedente datur aliquid communicatum, et aliquid productum. communicatum est absolutum, productum vero relativum.

Iam ergo Persona procedens atenta tum quod hec communicatur ei, manet per identitatem in principio communicativo:

communicativo: n idem omnino q ex parte Persone procedentis est trus communicatum ex parte Persone, a qua procedit, est prium communicativum. ergo Persona producens, qua habet aliq communicatum, est per identitatem in suo prio fr̃ali communicato. deinde qua producitur, manet etiam per identitatem in prio fr̃aliter productivo: n earum latio per sone producte, que sola habeat productionem, identificatur realiter cum natura Divina, cui etiam identificatur altera relatio, que ex parte Persone producentis habet rationem prij fr̃aliter productivi. manet ergo per identitatem mediatam, sive cum uno 3º, id, q fr̃aliter producitur in prio fr̃aliter producente.

Hinc ulterius confirmatur iacta doctrina. q a probabilissime defendunt plures ad actionem inmanentem n requiri, q trus maneat intra prium fr̃ale, dummodo maneat intra subtum, vel suppositum, ubi clauditur eiusmodi prium, et hinc dicunt actionem productivam actus vitalis corporei esse inmanentem, licet talis actus n recipiatur in anima que sola est prium fr̃aliter productivum illius, sed in sola materia. ergo a fortiori erit inmanens processio, si trus maneat intra prium fr̃ale, sicut explicatum est. t º n nullis obiectionibus caput dum.

Dices 1º ut processio sit inmanens n sufficit, q illa, vel eius trus maneat intra prium, sed ulterius requiritur, q per modum actus et phisice fr̃e perficiat suum prium, ut videre licet, in quavis processione inmanenti creata, sed hoc nequit convenire Divinis processionibus, ergo n sunt inmanentes.

Respondetur negando maiorem, q a processio inmanens, ad summum exigit, ut tam ipsa, quam eius trus intra prium maneat, q autem id fiat per modum actus, vel

vel physice, sed provenit ex imperfectione creaturarum, ñ ex formalissimo conceptu processionis inmanentis, qua talis, unde cum in Divinitatem processio, quamvis maneant intra prium, sequitur, q processio sit inmanens.

Dices 2º in natura intellectuali solum requiruntur duę operationes inmanentes, videlicet intellectio, et volitio: sed processiones divinę ñ sunt intellectio, et volitio, q realiter virtualiter ab eis distinguuntur. ergo nulla processio requiritur in natura intellectuali Divina, quę sit inmanens.

Respondetur utramque premissam huius argumenti valde dubiam esse. nam licet intellectio, et volitio communiter dicantur operationes, et actiones grammaticales, adhuc iuxta communem sententiam sunt qualitates absolutę per actiones realiter distinctas productę. quare ñ incongrué vocantur operationes inmanentes in facto esse, ñ in fieri; dantur ergo in natura intellectuali aliq operationes inmanentes saltem in fieri praeter intentionem, et volitionem. Deinde premissę minor supponit virtualem distinctionem processionum Divinarum ab intellectione, et volitione. circa q ñ est levis difficultas apud A.A. de qua infra. ergo dd ee ergo dehoc sit.

Respondetur naturam intellectualem qua talem habere solum duplicem virtutem inmanenter operativam, scilicet intellectivam, et volitivam. ex quo fit, nullam in ea reperiri productionem inmanentem, quę ñ sit exercitium facultatis intellectivę, seu volitivę. iam igitur in Deo processio 2ę, 3ęque Personę est exercitium utriusque facultatis, q verbum procedit per intellectum, et Spiritus Sanctus per voluntatem eo modo, quo postea dicetur.

Dices 3º. quęlibet processio Divina vel est activa, vel passiva. neutra est inmanens. ergo nulla. probatur minor, et in primis activa processio realiter identificatur cum prio. ergo ñ est inmanens. patet nam inmanentia petit extrema duo realiter

realiter distincta. præterea processio passiva realiter identificatur cum termino producto, sed terminus productus qua talis non petit inmanentiam in principio; ergo neque processio passiva.

Respondetur omitendo, quod activa processio realiter identificetur cum principio, et passiva cum termino, nam de hoc infra; negando tamen quod passiva processio non sit inmanens, nam licet activam processionem dare mus non esse inmanentem propter identitatem realem cum principio, tamen cum passiva realiter distinguatur, ut in ipsomet argumento supponitur nihil ex hoc capite repugnabit quominus sit inmanens. deinde licet terminus communissime sumptus non petat inmanentiam adhuc talis terminus divinæ processionis illam petit, nam exigit produci a principio inmanenter operanti. 4º an Divinæ processiones sint vitales quæstio 3a. certa est pars affirmativa caputlum.

Processiones Divinas esse vitales fatentur omnes D.D. nam licet apud eos magna sit dicentio circa principium Personarum productivum cum aliqui constituant illud in prædicato relativo, quod communiter censetur non vitale sed emortuum, alij vero ponant in absoluta perfectione solum cum relativa, vel constante relativam adhuc inter omnes convenit processiones esse vitales, quidquid sit de productivo. probatur hæc sententia, quam verissimam censeo.

Primo, nam illa processio vitalis est per quam exercetur principium vitale qua tale sed per quamlibet processionem Divinam exercetur vitale qua tale, ergo quælibet processio Divina vitalis. consequentia patet; maior

maior est sine dubio, non exercitium principij vitalis formaliter qua talis nequit non esse vitale. minor vero, quia per processionem filij exercetur Pater ut intellectivus, et per Spiritum Sancti processionem exercetur Pater, et filius, ut volitivus, cum procedat filius per intellectum, et Spiritus Sanctus per voluntatem, ut infra dicetur.

2° quia licet omittamus internas relationes, quae iuxta communem sententiam non sunt vitales exercendi rationem principij quo proxime producentis, et termini formaliter producti; possunt adhuc processiones esse vitales, non ut processio vitalis sit non exigitur vitalitas ex parte principij quo, neque ex parte termini formaliter producti; quia sufficit, ut principium quod vitale sit, et termino producto communicet aliquid vitale. quod patet in generatione hominis, quae licet procedat a semine non vitali tanquam a principio proximo terminetur que ad producendam unionem quae vitalis non est; attamen ipsa generatio vitalis est eo quod ab homine tanquam a principio quod vitali procedat, et termino communicet animam rationalem, quae vitalis est. hinc ergo cum divina processio manet a principio quod vitali, termino que communicet aliquod absolute vitale, ut nemo dubitat, necessario debet esse vitalis.

3° non ea processio vitalis est, cui competit ex suo formalissimo conceptu producere terminum similem principio, quâ vivens est, ita se habent Divinae processiones. ergo etc. maior est certa, quia non alia de causa hominis generatio vitalis est. minor ostenditur, non processio Filij habet ex suo conceptu producere filium similem Patri in Deitate, et in intellectu, per quae praedicata formaliter vivit Pater. item processio Spiritus Sancti habet ex sua propria ratione formali producere Divinum Spiritum similem Patri, et Filio in voluntate, per quam formaliter uterque vivit.

4°, demum quia si processiones non essent vitales Personae procedentes non fluerent vitaliter, sed e mortuo modo a suis principijs: hoc autem est impossibile quia dicit imperfectionem ergo etc. et sane dubitari nequit perfectius esse, quod processiones

processiones sint vitales. ergo idest concedendum, et argumenta soluta caput ut dum

Obiicies 1°, ut actio sit vitalis debet supponere prium integre constitutum in suo statu connaturali, nulla processionum Divinarum ita supponit, ergo nulla vitalis est. maior videtur certa, nam ideo emanatio frigiditatis ab aqua vel caloris ab igne, vel subsistentiae a substantia non est vitalis, quia non supponit prium in suo connaturali esse constitutum sed potius terminatur ad illud ita constituendum. minor probatur nam quaelibet processio terminatur ad producendam subsistentiam relativam, per quam completur divinitas existens in principio producente, ergo nulla supponit suum prium integre completum, sed potius terminatur ad illud complendum.

Huic argumento respondet P. Martinus Perez disp. 8 de trinitate sectione 6a numero 6°, non esse contra rationem vitalis processionis ut per illam sui fiat, quia sit complementum sui prij, quod sequentibus instantijs probat, nam cognitio, qua se cognoscit Angelus, ita requiritur pro connaturali statu Angeli, sicut requiritur in lapide quod sit in centro: neque tamen hoc obstat, ut ea cognitionis productio sit vitalis. item si possibilis dicatur substantia supernaturalis absoluta, cui debitum sit videre, et amare Deum, ut plures opinantur, illa vitaliter producet visionem, et amorem Dei, quamvis ea productio terminetur ad proprietates, et complementa sibi debita. unde negat maiorem, et eius probationem. probabilis quidem doctrina.

Sed adhuc ulterius respondetur omittendo maiorem, et distinguendo minorem. quaelibet processionum terminatur ad producendam subsistentiam relativam, per quam completur

complectur Divinitas materialiter, et specificative sumpta. con
sedo minorem. per quam complectur Divinitas ut existens in
prio producente, nego minorem. q^a Deitas, ut existens formali
ter, et precise in prio producente, solum requirit eam subsisten
tiam, que datur in tali prio. quare processio dimanans ab eo prio non ter
minatur ad complementum nature prout constituentis prium, li
cet terminetur ad complementum nature prout existentis
a parte rei quantum totum esse phisicum, et materiale, quod habet.

Obiicies 2° nequit esse vitalis ea pro
cessio, cuius prium et trum non est vitalis: at in processionibus Divinis nec
prium, nec trus est vitalis, ergo etc. minor sic q^a prium, et trus sunt
relativa predicata, que formaliter non sunt vitalia. sed ex dictis iam
constat huius argumenti solutio, quia licet demus processionem Divinam,
ut est precise productio, non habere prium, neque trum vitalem, at ta
men, ut est communicatio, habet proprio, et trio quod absolutum,
et vitale, scilicet essentiam Divinam, intellectum, et voluntatem,
ut magis ex professo dicemus infra.

Obiicies 3°. hoc ipso quod processio sit ab uno supposito in
aliud, non est vitalis, quamvis vitale sit utrumque suppositum, et processio
fiat per intellectum, et voluntatem: at quelibet processionum Divinarum
est ab uno supposito in aliud. ergo nulla vitalis est. maior videtur
certa, nam inde solum productio Angeli, vel hominis a Deo, non est vi-
talis, quia est ab uno supposito in aliud, quamvis utrumque vitale sit,
et Deus per intellectum et voluntatem operetur.

Respondetur negando maiorem, et eius probationem.
quia diversitas suppositorum non impedit vitalitatem processionis ut pa
tet in homine vitaliter generanti. ratio ergo cur Angeli, vel ho
minis processio non sit vitalis, ut a Deo provenit, est quia non terminatur
ad trum vitalem immanenter producendum, cum Deus non producat
illos immanenter; igitur processio vitalis oriri debet a prio vitali, ad
trum vitalem immanenter producendum. quod sine dubio reperitur

reperitur in processionibus Divinis.

Obijcies vivere non est aliud quam se movere ab intrinseco: una Persona Divina quando producit aliam se movet ab intrinseco. ergo vivit et consequenter eius productio est vitalis. minor probatur quia motus dicit transitum de non esse ad esse, nulla Persona Divina quando producit aliam transit de non esse ad esse, ergo nulla se movet. minor probatur non enim modo di transitus dicit imperfectionem mutationis.

Respondetur motum ab intrinseco stare dupliciter, 1° pro productione immanenti tum vitalis a principio vitali. 2° pro transitu de non esse ad esse. hic motus est de conceptu vitalis processionis, et illum libenter admittimus in processionibus Divinis. tum non est, ut patet in actu vitali quem Angelus existens ab æterno produceret; hunc ergo Divinis processionibus negamus. 4° an processiones liberæ sint vel necessariæ quæstio 4a. processiones esse necessarias defenditur caput 1um.

Quamvis in Deo reperiantur duæ processiones, alia circa filium et alia circa Spiritum Sanctum de quibus dubitari potest an essent liberæ vel necessariæ; tamen apud omnes certissime constat processionem filij non esse liberam, sed naturalem, et necessariam. ratio est quia nullus sensus excogitabilis est in quo possit congrue liberà vocari, non si liberum accipiatur pro contingenti, et indifferenti; certum est processionem filij non esse liberam, quia non est indifferens, sed

vel contingens, ut exiitat, et ñ exiitat; atiiumatur pro eo q a vo
luntate sine coactione tanquam a prio procedit, etiam est indubi
tatum, q hęc processio libera ñ sit, q ñ respicit voluntatem, sed in
tum, ut prium uis.

Neqß modo discutio, an ea processio, ut aliquibus placet sit
voluntaria, ñ q sit a voluntate tanquam a prio, sed q volunta
tis obtum est: ñ ęternus Pater, imo tota trinitas complacet in eo q
filius a Patre procedat. et hanc complacentiam aliqui dicunt
antem, alij comitantem, et alij subsequentem ad ęternam gene
rationem. hoc inquam ñ discutio, ñ involvit plura, quę se
orsim infra sunt evolvenda. videatur interim P. Martinus Pe
res disp 8a de trinitate sectione 3a.

Tota ergo difficultas reducitur ad Spiritus Sancti pro
cessionem, an vocanda sit libera, vel naturalis, et necessaria? dico vocan
dam; q tota hęc lix est de voce, et aceptione horum nominum spon
taneum, liberum, necessum, et naturale, cum circa rem ipsam
omnes Chatolici conveniant. igitur Schotus in 1o distintione
10, q 1a, et quodlibeto 16 articulo 2o quem universi Schotistę sequun
tur, dixit, processionem Spiritus Sancti liberam esse, ñ q sit a vo
luntate cum indiferentia, sed q sit a voluntate sine coactione.
cęteri vero D.D. oppositum defendunt, et eam processionem vocant
necessariam, et naturalem.

In q denomine cum pluribus est loquendum. ma
ximé quando voces accipiuntur iuxta communiorem, et magis
strictam aceptionem. ideo sentio predictam processionem Spiritus
Sancti ñ esse liberam, sed naturalem, et necessariam. probo, ñ illa
processio ñ est libera, quę ñ procedit indiferenter a suo prio:
sed Spiritus Sancti processio ñ procedit indiferenter a suo prio
ergo libera ñ est. sequentia patet. minor est certa; q Spiritus Sanctus
ñ ita procedit a suo prio q posit, vel potuerit ñ procedere. ma
ior est communis aceptio liberi. ñ ideo amoris productio libera

libera vocatur, q^a procedit indiferenter a voluntate. q si n̄ pro cederet cum hac indiferentia n̄ libera, sed naturalis, et necessaria diceretur.

Confirmo. n̄ in nostris actibus, quos vitare n̄ possumus quales sunt qui fiunt in pueritia, in somno, in ebrietate, et amentia n̄ datur meritum, aut demeritum, ut omnes fatentur, q^a liberi n̄ sunt. ergo ut actio libera sit, oportet q a suo p̄rio vitari possit oppositum ponendo. q si vitari n̄ potest, eo ipso n̄ est libera, sed naturalis, et necess^a, quamvis fiat a voluntate. propterea qs predictæ actiones liberæ n̄ sunt, q^a vitari n̄ possunt. modo sic, processio Spiritus Sancti vitari n̄ potest, nec a suo p̄rio cohiberi, n̄ infallibiliter ab eo procedit; ergo licet ea processio sit per voluntatem, adhuc n̄ est libera, sed naturalis, et necess^a.

Iterum confirmo, q^a si processio Spiritus Sancti dicitur libera, q^a est ab apetitu cum cognitione, et sine coactione, sed delectabiliter, et spontanee, plures actiones brutorum erunt liberæ, q^a hoc modo procedunt; ut nemo dubitat: sed id absurdissimum est, n̄ in brutis nulla reperitur actio libera. ergo etc^a. dicere vero talem processionem esse liberam, q^a provenit ab appetitu rationali, et n̄ corporeo, qualis est appetitus brutorum est sine fundamento loqui: cur enim ergo n̄ dicam appetitum rationalem n̄ esse necessarium ad libertatem, sicut tu defendis n̄ esse necessariam indiferentiam p̄ij. 4° Scotica fundamenta dissipantur caput 2um:

1um fundamentum; omnis perfectio sine imperfectione concedenda est processionibus Divinis, libertas est perfectio sine imperfectione, ergo concedenda est in processione Spiritus Sancti.

Sancti. minor prob. quia libertas reperitur in Deo, ergo est perfectio sine imperfectione.

Sed hoc argumentum tripliciter insto, contra Scotum. 1° quia probat etiam Filij processionem esse liberam, cum habere similiter debeat omnem perfectionem sine imperfectione. 2° quia probat Spiritus Sancti processionem habere libertatem indiferentiæ, quam ipse cum omnibus catolicis negat, sed illatio patet, nam indiferentiæ libertas est perfectio sine imperfectione, quæ reperitur in Deo, ergo concedenda est processioni Spiritus Sancti. 3°. denum quia probat Deum libere se amare tam quoad exercitium, quam quoad speciem, quod nullus unquam dixit, nec audebit dicere. probo, nam hoc libertatis genus est perfectio sine imperfectione, quæ reperitur in Deo.

Modo sic ad argumentum respondeo. 1° negando maiorem, quia Divinis processionibus non est concedenda omnis perfectio sine imperfectione, sed illa solum, quæ pertinet ad suam lineam; sicut naturæ Divinæ, cuilibet quæ perfectioni atributali non conceditur omnis perfectio, sed quæ propria est suæ lineæ: libertas autem ut ostendimus, non est perfectio, quæ pertinet ad lineam processionum Divinarum, sed quæ potius excluditur, nam dicit contingentiam, quæ pugnat cum omnimoda necessitate processionum. 2° respondeo, libertatem erga obiecta creata perfectionem esse Deo convenientem, non autem erga res Divinas. unde licet Deus liber sit in creaturis producendis, non in producendis Personis. et sicut Deus non esset omnimode perfectus, si libertate careret erga creaturas, ita si necessitatus non esset erga Personas.

2um fundamentum principium liberum est quod ex perfecta cognitione se determinat ad operandum: sed principium Spiritus Sancti se determinat ad eius productionem ex perfecta cognitione. ergo principium Spiritus Sancti liberum est in eius

in eius productione.

Respondetur minorem esse falsam, ut patet in voluntate Divina, quae se determinat ex perfecta cognitione ad amandum Deum, neque tamen in eius amore libera est. item voluntas creata se determinat ex perfecta cognitione ad amandum Deum, neque tamen eum libere amat, ut communissima sententia propugnat. imo, quia cognitio perfectissima est, tollitur libertas a priori. mitto, quod principium quando non habet indiferentiam, non tam dicitur se determinari quam determinari per cognitionem, vel per alia comprincipia quae concurrunt ex parte actus primi.

Sed instas. voluntas est principium Spiritus Sancti, sed voluntas est libera, ergo principium Spiritus Sancti liberum est, et consequenter eius processio libera.

Respondetur inde solum convinci principium Spiritus Sancti specificativè liberum esse non tamen formaliter, et in ordine ad processionem Spiritus Sancti. sicut principium amoris beatifici est libera voluntas, non quae libera sit in ordine ad illum, sed ad alios actus. et principium, aut quasi principium amoris quo Deus se dilligitur, est libera Dei voluntas, quae tamen in ordine ad eum amorem non exercet libertatem, sed in ordine ad creaturarum amorem. et ratio a priori est quia bene stat, unicam, et eandem voluntatem esse principium liberum, et necesarium in ordine ad diversos actus.

3um fundamentum processio Spiritus Sancti est voluntaria. ergo libera. probatur consequentia, nam quidquid est voluntarium est liberum. respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam, et eius probationem, quia plura sunt voluntaria, quae libera non sunt, ut patet in amore, quo Deus se dilligit, et a beato diligitur, et ratio est quia voluntarium quatale solum exigit procedere ab apetitu sub cognitione sufficienti, quod optimè compatitur cum necessitate, quam libertas non admitit. igitur voluntarium

voluntarium opponitur violento, et coacto; liberum autem opponitur necesario, et determinato. quare procesio Spiritus Sancti voluntaria est, qª ñ violenta, vel coacta, sed libera ñ est, qª determinata, et necesaria est, cum deficere ñ posit, nec potuerit. 7º quot sint procesiones Divinæ ? questio Sa. procesiones sunt duæ. caput tum.

Certissimum est Divinas procesiones ese tantum duas. qª tamen hæc propº est exclusiva, duas continet partes, alteram afirmativam, et negativam aliam. afirmativa dicit procesiones ese duas, negativa vero ñ ese plures. de parte igitur afirmativa loquemur in presenti capº. de negativa in subsequenti. D.:.

Divinas ergo procesiones ese duas utrem indubitatam, quin, et ad fidem pertinentem supponitur ab omnibus chatolicis. eas item ese realiter distinctas. videatur P. Montoya de trinitate dispª 3a. loquimur autem de procesionibus abstrahentes ab eo, qd identificentur, vel distinguantur a principio producente, vel a termº producto. deinde loquimur de duabus procesionibus, quarum vnaquæque sit in proprio genere completa. qd notarim qª communisima sententia, de qua iudicium feremus in questione subsequenti, distinguit in qualibet procesione duplicem conceptum, alium, qui sit activa procesio, et alium qui sit pasiva. qd omittimus in presenti, qª sive dentur, sive ñ dentur isti conceptus eandem procesionem componentes, adhuc certisimum est, dari

dari duas processiones distinctas in suo genere completas.

Proinde solum restat aliqua dubia decidere, quae praesentem materiam concernunt, et a RR. nobiliter exagitantur. Ad 1o dubitatur, an ex eo quod personae productae sint duae realiter distinctae, colligatur optimè processiones esse duas realiter distinctas? affirmative respondere solet, cum non ex alio fundamento communiter probetur dualitas processionum, nisi quia Personae per illas productae sunt duae realiter distinctae. nobis autem negativè respondendum est. quia non censemus impossibile, duos terminos realiter distinctos per unicam actionem produci.

2o dubitatur. an ex eo saltem quod Personae productae sint duae specie, vel quasi specie distinctae, colligatur processiones esse duas? negative respondeo, quia non implicat, unica productione fieri plures terminos specie distinctos. nam sicut conceptus formales quasi specie distincti, quales sunt intellectus, et voluntas, quoad unantur in unicam entitatem realem, cur termini specie distincti non poterunt in unicam actionem quoad unari? et sicut unica potentia fertur ad plures terminos specie distinctos, cur non et unica actio?

3o dubitatur. an si productio terminorum fiat eo modo quo de facto contingit in Deo, scilicet, quod ab unico principio improducto producatur unus terminus, et ab isto termino simul cum illo principio producatur alter 2us terminus, inferatur inde processio duplex? affirmat P. Arriaga disp. 44 sectione 1a subsectione 1a. sed negative respondeo, nam totum id potest adhuc intelligi stante solum unica productione. quod ita probo.

Nulla est implicatio, quod aliquis terminus seipso producatur a Deo, et simul sit ratio formalis, per quam ipse simul cum Deo producant alium 2um terminum: atqui in eo casu daretur unica solum productio, quanvis daretur duplex terminus, quorum prior ab increato principio flueret, 2us autem ab eodem principio simul cum priori termino. non ergo colligitur ex duobus terminis ita productis duplex processio. discursus est mihi certus

cerbus. minor est aperta, quia lumen tertium per unicam entitatem esset ratio formalis, qua produceretur ipse, simulque produceretur lumen tertium. ergo solum daretur unica productio. maior negari nequit, quia plures essent, non solum de possibili, verum etiam de facto creaturas omnes a Deo per se ipsas produci, quod magis communiter dicitur de creaturis, quae non generantur, sed creantur, item implicatio non est quod creatura, quae per se ipsam est ratio formalis procedendi, sit etiam ratio formalis, ut alia procedat.

Dices, in eo casu Deum produceret lumen tertium non vero 2um, non iste solum procederet a primo. contra, quia lumen tertium est ratio formalis, ut suppono, quod 2us tam aequam a Deo procedat. ergo lumen tertium procedit a 1o simul cum Deo. praeterea. Deus ut supponimus, et fateris, produceret lumen tertium. sed lumen tertium est productio sibi, ergo Deus produceret 2um. probo consequentiam quia non aliter causa producit effectum, quam efficiendo productionem illius.

Dices ulterius cum P. Arriaga. prior tertius est causa actionis, qua producitur 2us: at non est causa illius actionis, qua producitur ipse, quia tam esset causa sui ipsius. ergo datur ibi necessario duplex actio sive productio.

Respondetur negando maiorem, quia sicut ille primus tertius non est sui causa, non est causa illius actionis, qua producitur lumen tertium, non per se ipsum est actio, qua producitur 2us. unde primo tertius neque est causa actionis, qua producitur, nec qua producit. aliunde igitur petenda est ratio naturalis, si forte sit assignabilis, ob quam Divinae processiones ad minus sint duae. 1o processiones non sunt plusquam duae. caput 2um.

veritas

Veritas hæc est de fide, quia sicut in Deo ñ dantur plus quam duo tri producti, sic neqꝫ plures processiones quam duæ. Licet autem hoc certissimum sit adhuc ñ nulla breviter oportet diluere, quæ certissimam hanc veritatem oppugnare videntur.

Ac 1° dices primæ Personæ trinitatis qª Deus est, conceditur producere 2am, et 2æ qª Deus est producere 3am. ergo cùm 3a ñ minus sit Deus quam 1a, et 2a; debebit etiam alteram producere Personam. ergo necessum est adstruere 3am processionem, qua Spiritus Sanctus producat aliam Personam. Hoc argumentum probat infinitas processiones, qª cum illa Persona quam Spiritus Sanctus produceret esset etiam Deus, deberet aliam producere, et illa aliam, et sic in infinitum.

Respondetur ergo negando maiorem, qª Patri ñ convenit producere; qª precisè Deus est, sed qª Deus est in tali Persona habente qd opus est ad producendum ꝫ relatio ~~Patris~~, vel est virtus immanenter productiva, vel aliter est necessaria conditio ad operandum, ut inferius dicemus. et sane quamvis Deo debeatur immanens productio, ñ tamen debetur Deo qua existit in quavis Persona, sed qua existit in Patre et filio. sicut Deo debetur relatio Patris, ñ qua existit in filio, vel Spiritu Sancto, sed qua existit in Patre.

2° dices ideo Pater, et filius spirant; qª habent infinitam voluntatem, sed eandem prorsus habet Spiritus Sanctus. ergo debet etiam aliam Personam spirare, et consequenter ultra duas processiones a Patre, Filioqꝫ procedentes admitti debet alia, quæ procedat ab Spiritu Sancto. hoc argumentum ñ est dissimile præcedenti. cui etiam in tt.u 1° qª 1a cap.e 8° respondi, voluntatem in Spiritu Sancto ñ spirare, qª supponitur iam exercita vis eius spirativa in Patre, et Filio; cum autem ante has duas Personas ñ supponatur exercita, fit ut in eis possit spirare.

Placet, ~~et~~ hæc solutio sed ñ displicet

sed ñ displicet alia, quam modo iudicio, et propono, videlicet voluntatem in Patre et filio coniungi cum omnibus requisitis ad spirandum, ñ autem in Spiritu Sancto, quia relatio propria huius Personæ neque virtus est neque conditio, quam exigit necessario voluntas, ut spiret, at illæ relationes, quæ reperiuntur in alijs Personis complent voluntatem ad operandum, quia vel formaliter sunt virtus productiva, vel conditiones, iuxta varios oppinandi modos, de quibus infra, uno igitur verbo, intus in Patre vi relationis Paternæ habet, quidquid opus est ad producendum, quod ñ habet in ceteris personis. voluntas in Patre, et Filio vi suarum relationum invenit totum quod exigit ut producat. quod ñ invenit in Spiritu Sancto. propterea quod ibi ñ producit.

3º dices. maior, et perfectior fecunditas arguitur ex numero terminorum: at in Deo concedenda est maior, et perfectior fecunditas excogitabilis. ergo ad plures processiones, quam duas. hoc argumentum probat infinitas processiones quia si infinitæ sint, ñ erit fecunditas Divina omnium excogitabilium perfectior.

Respondetur ergo ceteris paribus maiorem esse fecunditatem, quo maior est numerus terminorum. aliter vero si cetera ñ sint paria. da virtutem potentem elicere duos terminos. da virtutem aliam potentem unicum solum, sed longe perfectiorem ijs duobus. hæc 2a fecunditas licet minor ex numero terminorum, maior et nobilior est absque dubio. cum ergo duo termini quos Deus immanenter producit sint perfectiores omnibus excogitabilibus, fecunditas ad illos est perfectior qualibet excogitabili. videantur dicta loco citato.

Rogas an ex eo, quod ultra duos terminos alius in Deo ñ producatur immanenter, sequatur, aliam processionem ñ esse preter duas. respondeo negative, quia bene possunt duo termini plus quam duabus actionibus produci. 4º quod sit activa. 2º quod passiva processio

processio questio 6a. communis oppinio Recentiorum confutatur caput tum.

Quelibet processio Divina considerari potest ut infra dicetur, qua communicatio, et qua productio. rursus, qua communicatio distribuis potest in activam, et passivam communicationem, de qua postea. qua vero productio, communissime dividitur in activam, et passivam, de qua potissimum in presenti loquimur. est autem activa productio dum communem Doctorum, illa ratio formalis, quâ prium in actu 2º trum producit. econtra vero passiva productio vocatur illa ratio formalis, qua trus actualiter procedit a suo prio.

Unde constat, utramque rationem formalem inveniri, quandocunque prium actualiter producit trum, et trus actualiter produitur a prio sive talis productio sit intra, vel sit extra Deum. quia nequit intelligi prium actualiter producere, trum quoque actualiter produci, sine ratione formali actualiter producendi, et

et actualiter procedendi. hinc est, ut inter quamlibet Personam Divinam producentem, et productam reperiri debeat utraque ratio. neque de hoc dubitari potest. id ergo solum a theologis controvertitur, an activa productio realiter a passiva distinguatur, et an activa sit in persona producente, passiva vero in producta.

Celebris est Recentiorum oppinio, quae realiter distinguit utramque productionem, et activam constituit ex parte Personae producentis, passivam ex parte productae. ut cum Pater filium producat et generet, activa productio, seu generatio filij se tenet iuxta hanc sententiam ex parte Patris, et est praedicatum ita proprium illius, ut in filio non inveniatur per identitatem; e contra vero nativitas, seu passiva productio filij a Patre se tenet ex parte filij, realiter cum illo identificatur, et realiter a Patre distinguitur. unde concedit haec sententia, Patrem producere filium per entitatem, seu rationem formalem distinctam realiter ab ea, per quam filius a Patre procedit, quia Pater generat filium per activam productionem, quae realiter distinguitur a passiva, per quam filius a Patre generatur. idem proportione servata dicendum est de productione activa, quâ Pater, et filius spirant 3am Personam, et de passiva, quâ spiratur a filio.

Pro maiori vero explicatione advertas, quod haec realis distinctio non ponitur a pressitate D.D. inter quamlibet processionem activam, et passivam, nam ex parte filij datur activa processio Spiritus Sancti realiter identificata, cum passiva sui processione a Patre, nam filius per se ipsum habet utrumque, videlicet actu produci a Patre, et actu producere Spiritum Sanctum. datur ergo solum inter activam processionem, et passivam illi respondentem. ut inter activam, et passivam filij processionem, inter activam etiam et passivam Spiritus Sancti productionem; non autem reperitur inter activam, et passivam processionem,

processionem, quae disparatae se habent, qualis est activa productio
Spiritus Sancti, et passiva productio filij a Patre;...

Semper tamen mihi displicuit hic opinandi modus eo quod asserat rationem fralem, qua prium producit trum, esse realiter distinctam, ab ea ratione frali per quam trus producitur a prio. sic enim arguo. per eandem fram, qua prium denominatur producens, trus denominatur productus. et etiam e converso per illam fram qua trus denominatur productus prium denominatur producens. ergo nequit Pater denominari generans filium per fram realiter distinctam ab ea, per quam filius denominatur genitus, et productus a Patre. cōa patet anis ostendo; quia nequit in re dari, nec etiam mente concipi, quod prium actualiter producat trum, quin eo ipso detur, et aprehendatur prium communicare existentiam trō: sed eo ipso quod prium communicet existentiam trō, iam absque ullo superaddito intelligitur trus habens illam existentiam communicatam, et productam a prio. ergo &a.

Confirmo. concipias quaeso, per possibile, vel impossibile rationem illam fralem, qua prium denominatur actualiter producens trum, quin eam concipias, qua trus denominatur actualiter egrediens a prio. rogo. vel concipis trum ut productum a prio, vel non concipis? si 1um. habeo intentum ut evidens est. si 2um. contra quia tunc intelligis prium ut emittens actualiter ex propria substantia trum. ergo debes intelligere trum ut actualiter egredientem, et productum ex substantia prij. quandoquidem fraliter, aut saltem realiter est idem, quod prium emittat ex propria substantia trum, et quod trus emittatur, egrediatur, vel producatur, a suo prio.

Confirmo praeterea. non in alijs fris frequentissime negatur ab his Doctoribus, quod nimis inconsequenter hic admittitur: etenim repugnare dicunt quod materia uniatur frae quin per per eandem unionem fra uniatur cum materia, propterea quod contra P. Hurtado negant in composito substantiali duas uniones

uniones, rursus increati per eandem actionem, qua causa
producit effectum producitur effectus a causa, q̃a nequit intelligi,
q̃ causa producat effectum, quin eo ipso producatur effectus a cau
sa. quis autem ñ videat hoc ipsissimum argumentum in divinis urgere,
item eadem realiter fr̃a, qua denominatur in lus percipiens obiectum
denominat obiectum ab intellectu perceptum. ergo similiter in nostro casu.
1º duplex solutio confutata. caput 2um.

Ad hec argumenta quibus ñ lebiter R.R. premuntur plerisque res
pondent, eis ad summum convinci, neque in re neque in intellectu dari pos
se processionem activam sine passiva, et e contra; ñ tamen probare,
q̃ activa, et passiva processio realiter ñ distinguantur. esset incon
veniens inquiunt, q̃ prium actualiter in re, vel in intellectu produceret
trum, quin trus in re, vel in intellectu produceretur a prio; nullum
tamen est q̃ per diversas realiter fr̃as dummodo sibi conectan
tur ad invicem producat prium et trus producatur.

Sed contra q̃a similem solutionem exhibere
possent in aliis fr̃is, esset quidem inconveniens q̃ unio copularet
materiam cum fr̃a, quin fr̃a copularetur cum materia, sed ñ
opus est, ut id fiat per unicam realiter unionem, sed per duas
invicem sibi conexas. idem in actione, et intelectione. contra
deinde, q̃a si ratio fr̃alis, quâ prium actualiter producit est distin
ta realiter ab ea, per quam trus actualiter producitur, cur dari
ñ poterit una sine alia? cur ñ poterit saltem ab intellectu percipi una
sine alia? in quo casu dabitur in intellectu prium actualiter produ
cens trum, sine tro actualiter producto a prio, vel e contra. dices
rationes fr̃ales producentis, et producti correlativas esse, proinde
que nec in cognitione separari posse, q̃a correllativa sunt simul

simul cognitione.

Sed ñ ad huc satis facit. q^a possunt in primis correlativa mente dividi, saltem cum ñ atinguntur, ut relativa. sic enim licet creatura sit correlativa creatori; tamen sepius cogitamus, et loquimur de creatura, sine creatore, q^a ñ semper in ea contemplamur respectum ad creatorem. item licet uno relativo cognito deberet aliud necesso cognosci, tamen opus ñ est, ut quando cognoscitur unum, ut existens, cognoscatur, ut existens aliud, q^a sufficit illud aprehendere tanquam possibile. sic in creatis causa in actu l^o dicit relationem ad efectum, neqz tamen requiritur, ut cognita existentia causę cognoscatur efectus existentia, q^a satis est efectum ut possibilem aprehendere. iam ergo licet rationes fr̃ales producentis, et producti essent correlativę, posset intus unam ut existentem atingere, ñ atingendo existentiam, sed solam possibilitatem alterius. unde posset intus afirmare, prium actualiter produsere trium, quin recordaretur, q trius actualiter produsseretur sed q produci posset aprio. q quis aserat.

Propter hęc alij respondent filium per activam generationem Patris ñ denominari phisicé, sed grammaticaliter genitum, et productum, q^a cum activa generatio ñ sit phisica fr̃á, nequit componere phisicam denominationem, sed ad summum grammaticalem.

Sed solutio hęc est peior priore, q^a modo ñ curo de denominatione, sed tantum intendo rationem fr̃alem quâ Pater filium producit, esse rationem fr̃alem, qua filius produsitur a Patre. qd sit an ea denominatio producti, q^a ñ est a phisica fr̃á ñ sit phisica, sed grammaticalis. quo pacto filius veré produsitur a Patre per pasivam productionem, se tenentem ex parte sui, neqz tamen ea denominatio pasivé producti, phisica, sed grammaticalis est, q^a ñ provenis a fr̃á phisica, sed realiter potius identificata cum filio.

Dices, denominationem geniti quâ sim filius subit ex activa generatione Patris ñ solum esse gramati=

grammaticalem, q^a ñ provenit a vera, et phisica frâ, sed ulterius, q^a talis frâ est extrinseca filio. contra. ñ in hoc sensu denominatio cognitia Deo grammaticalis erit, et ñ phisica Petro cum proveniat à cognitione Divina; quæ ñ est phisica frâ, et extrinseca est Petro; neqß tamen inde sequitur, q^d Petrus verè, et propriè ñ cognoscatur à Deo. ergo neqß sequetur, q^d verè, et propriè filius per activam generationem a Patre ñ procedat. 1º alia sententia rejicitur caput 3um.

Oppinioni præcedenti, quæ satis impugnata manet, opponitur alia docens originem activam realiter identificari cum passiva, et utranqß cum Persona procedente, seu producta. constituit ergo hæc sententia ex parte Personæ producentis solam virtutem productivam, et ex parte tri producti rationem frâlem quâ producitur ipse, et quâ virtus residens in alia Persona, producit illum; unde manifestè sequitur activam productionem identificari cum passiva, et utranqß realiter distingui à Persona producente, realiter qß identificari cum producta. hanc oppinionem probabilem censet P. Suares libro 6º de trinitate cap.^e 2º numero 7º. q^d q^d aliter alij sentiant circa eius probabilitatem. in eandem inclinat P. Prepositus tomo 1º q.^e 41 articulo 1º dubio 3º. et articulo 5º dubio 1º numero 32.

Mihi tamen ñ est vera, licet sit probabilis hæc oppinio. q^a ñ ostendit, cur ratio frâlis quâ persona Divina producit aliam, se teneat potius ex parte productæ, quam producentis. unde si arguo. productio ex se ñ potius petit esse in prio producente quam in tro producto, cùm ubicunqß ponatur, denominare debeat prium producens, et trum productum aliunde ñ assignatur

assignatur specialis ratio propter quam in Divinis collocari debeat potius in termino producto, quam in principio producente. ergo in fundamento discurritur.

Dices. ponitur ex parte Personae productae, quia non erit haec summe perfecta, si per seipsam non oriatur a producente. contra quia similiter non erit summe perfecta persona producens si per seipsam non producat. inquiro enim cur principium producens perfectissimum sit, quamvis actu producat per aliquid realiter distinctum, et terminus productus non esset summe perfectus, si per aliquid realiter distinctum produceretur: non facile rationem discriminis assignabis. urgeo. Pater est perfectus in tua sententia, quia licet per seipsum non producat per seipsum est potens producere. ergo similiter filius esset perfectus eo quod per seipsum posset a Patre procedere, quamvis actu per seipsum non procederet.

Urgetur ulterius. hoc quod est producere, perfectius est quam produci, nam Deus producit, et non producitur, vel saltem non est minus perfectum producere, quam produci, cum pater aeternus, eo quod filium producat non sit minus perfectus filio; ergo si pertinet ad perfectionem filij, sicut asseris, quod forma qua producitur, ei sit intrinseca et identificata, pertinebit etiam ad perfectionem Patris, ut forma qua producit, ei sit intrinseca, et identificata. ut si hoc non requiritur ad perfectionem Patris, neque illud erit necessarium ad perfectionem filij.

Pro hoc tamen opinandi modo dices. ratio formalis qua producitur terminus, est ratio formalis, qua principium producit: sed in Divinis ex parte personae productae datur ratio formalis qua producitur. ergo datur etiam ratio formalis, qua principium illam producit.

Sed quis non videat in hoc discursu minorem propositionem ad libitum assumi. similiter enim probari posset existere passivam processionem, ex parte Personae producentis. nunc arguo. ratio formalis qua principium producit, est ratio formalis qua terminus

trũs producitur: sed ex parte Persone producentis datur ratio fr̃alis per quam producit. ergo datur etiam ratio fr̃alis per quam trũs producitur. itaqz hęc objectio ad summum probat activam processionem realiter identificari cum passiva, ñ tamen probat utranqz potius identificari cum Persona producta, quam cum producente.

Respondetur ergo, q̃ in Persona producente datur ratio fr̃alis per quam ipsa producit, et trũs producitur. insuper ex parte Persone producte datur etiam ratio fr̃alis per quam ipsa producitur, et priũm producit. unde bis producit priũm, et bis producitur trũs, seu duplex realiter est ratio fr̃alis per quam priũm producit, et trũs producitur. cum hoc tamen discrimine, q̃ per productionem se tenentem ex parte prij, producit priũm intrinsecé, trũsqz producitur extrinsecé; per productionem vero passivam se tenentem ex parte persone producte, producit extrinsece priũm, et trũs intrinsece producitur.

Neqz superflua censeri debet hęc duplex processio cum una sufficere videatur ut unicum priũm producat unicum trũm. etenim ñ ponitur duplex, ut precisé priũm producat, et trũs producatur, sed ut omnimodo possibili producat et producatur, videlicet intrinsece, et extrinsece. et etiam q̃a ex parte producentis est perfectio producere, sicut ex parte tri produci, ut mox dicemus. Et quidem sepé videmus, idem subiectum a diversis fr̃is equales denominationes subire. nj Deus per cognitionem Divinam a se cognoscitur, et per cognitionem creatam a creatura. natura divina per tres Personalitates relativas personatur. (x ytui D. redditur sanctus per sanctitatem creatam, et increatam. ergo similiter idem trũs produci poterit, et idem priũm producere per duas productiones realiter distinctas. 1° nobis oppinandi modus evertitur. caput 4um

Nonnulli recentissimi Magistri, quibus nefas visum est, negare processionem activam ex parte Personae producentis, realiter distinctam a processione passiva, se tenente ex parte Personae productae, statuunt hoc principium. quandocunque virtus productiva ita ex se determinata est ad producendum, ut neque divinitus existere possit, quin producat, tunc per se ipsam tanquam per rationem formalem in actu 2° producit: at in Divinis Persona producens ita est virtus productiva ex se determinata ad producendum, ut neque Divinitus existere possit quin producat. ergo per se ipsam producit. aliunde terminus per se ipsum producitur. ergo datur duplex productio, quarum una sit activa ex parte Personae producentis, alia passiva ex parte productae.

Principium cui nititur praefatus discursus mihi falsum est, et omnino devellandum. prius vero quam illius falsitatem ostendam, adverto eius vi praecise probari, quod productio se teneat ex parte Personae producentis, non vero, quod alia productio realiter distincta detur ulterius ex parte Personae productae. respondebis tamen, quod sicut virtus producit per se ipsam quando per se ipsam est infallibiliter ad operandum determinata, sic terminus per se ipsum procedit ab hoc principio, quando per se ipsum est determinatus, ut ab hoc principio procedat, qui neque divinitus existere possit absque passiva productione ab hoc determinato principio. cumque in divinis Persona producta determinata sit, ut a producente procedat, quin existere possit absque tali determinata processione, fit ut per se ipsam a producente procedat.

Sed contra primo praeter ulterius dicenda sequitur ex hac doctrina, quod daretur in creatis, ut possibile est, aliqua causa ex se determinata ad hunc numero effectum, et effectus ex se determinatus ad hanc numero causam ille produci

produci peteret, et deberet per duas actiones adequatas natu raliter loquendo, quin posito oppositum etiam Divinitus con tingere, quod nullus admitet. sequela est aperta, quia tunc illa cau sa, et effectus, tam infallibiliter conecterentur, sicut conectun tur defacto Pater et filium in ordine ad productionem. igi tur illa causa per se ipsam produceret effectum, et effectus ali unde per se ipsum produceretur a causa. ergo sicut defacto Persona Divina producitur ex hoc capite duabus productionibus adequatis, ut ipsi censent, et nos dicemus, ita produceretur effectus ille creatus.

Iam ergo prium illud reiicio. nam aliud est rem esse determi natam ad aliquid prestandum, aliud vero longe diversum est illud reipsa prestare. ergo aliud est virtutem esse determinatam ad operandum, et aliud reipsa operari. consequentia est legitima, et ans patet ex aprehensione terminorum, quia determinatio rei precedit id ad quod deter minat, cum prius sit rem ad aliquid determinari, postmodum vero esse equi id ad quod determinatur.

Exemplis etiam idem convincitur. nam causa necessaria sub omnibus requisitis tam ex parte Dei, quam ex parte sua deter minatur infallibiliter ad operandum neque tamen per se ipsam operatur, sed per aliud realiter distinctum. immo per quod libertas determinatum est ad esse, quia neque Divinitus potest existere si ne illo; neque tamen semper identificatur sed plerumque distingui tur realiter ab illo. item ut ad hominem intra propriam materi am arguam. prium productivum filij determinatum est ad pa ssivam processionem, seu nativitatem filij; neque tamen per se ipsum, sed per aliquid realiter distinctum coniungitur cum processione passi va. non ergo quia virtus productiva est ad operandum determinata sequitur operari per se ipsam.

Confirmo quia nulla dabitur implicatio propter quam repugnet aliqua virtus creata, licet esse determinata ad agendum

ad agendum exigens tamen actionem realiter distinctam ut agat. Dices. hoc ipso q̃ exse determinata sit iam est ex se ratio fr̃alis agendi, q.ª nihil est aliud ratio fr̃alis agendi, quam determinatio virtutis ut agat. contra q.ª iam ostendimus hoc evidenter esse falsum. cum determinatio ad actionem ñ sit actio, vel q̃ idem est determinatio ad rationem fr̃alem agendi ñ sit ipsa met ratio fr̃alis agendi sicut determinatio virtutis generativæ ad passivam generationem, ñ est ipsa generatio passiva. neq3 determinatio causæ necesse, cum omnibus requisitis ad causandum, est ipsa causatio, vel productio. neq3 determinatio, qua petit ani suum coeni est ipsum coeni.

Dices. frequenter diximus, causam determinari per actionem ad causandum. ergo; q.ª ñ aliud est actio quam determinatio virtutis ad causandum. respondeo loquutionem illam impropriissimam esse, sicut si diceres, causam per actionem determinari ad actionem, et per causalitatem ad ipsam met causalitatem. præterea. vel sermo est de causa necessaria vel libera. si de necessaria. determinata illa per collectionem omnium requisitorum, quæ presedunt ad actionem, ñ subsistis omnibus ita necesso ponitur, et subsequitur operatio, q̃ neq3 divinitus possit impediri. si vero loquamur de causa libera. ponit actionem absq3 ulla prorsus determinatione, ñ operatur cum indiferentia.

Instas. indiferentia, quam communiter habet prius creatum, ut operetur, et ñ operetur tollitur per determinationem ad operandum; sed tollitur fr̃aliter per actionem. igitur actio fr̃aliter est determinatio prij ad operandum. ergo quando prius ex se habet identificatam hanc determinationem habet etiam identificatam actionem.

Respondetur negando minorem, q.ª indiferentia prij ad operandum ñ tollitur per operationem, vel actionem, sed per id q̃ antercogit, et addit principium ut operetur q̃ quod in prio necesso operante ñ est aliud, quam collectio requisi=

requisitorum; in prio vero libero quâ tali, nulla datur determinatio, qa cum omnimoda indiferentia operatur.

Ulterius in istas. voluntas se determinat ad operandum per ipsam operationem, vel actionem, ut communiter dicitur. igitur actio est determinatio prij. sed responde tur ans ex dictis evidenter esse falsum. qd sit an eo frequenter loquendi modo loquantur, qui rem methaphisica trutina ponderant. 2° vera sententia statuitur prima conclusione caput sum.

Duabus conclusionibus nostram, et veram sententiam explico. Dico 1°. in qualibet Persona Divina producente aliam, datur ratio fr̃alis per quam ipsa producit, et alia producitur, quae realiter identificatur cum Persona producente, realiter qz distinguitur a Persona producta. rursus. ex parte Personae productae datur etiam alia ratio fr̃alis, per quam ipsa producitur, et Persona producens illam producit, quae sane realiter identificatur cum Persona realiter qz distinguitur a Persona producente. quare datur eiusdem omnino tri ab eodem prio duplex realiter distincta productio.

Probatur ex dictis in capite 3° huius quaestionis, qa n̄ minus est perfectio Patris q producat, quam perfectio filij, q producatur. ergo ex parte utriusqz ponenda est ratio fr̃alis producendi. patet coñ qa ex parte utriusqz ponendum est id, qd perfectionis exigitur ad rationem prij producentis, et tri producti. unde nimis incoenter oppinantur R.R. qui rationem procedendi constituunt ex parte Personae procedentis, eo qd sit eius perfectio; negant tamen

tamen rationem producendi ex parte Personæ producentis, eo q existiment ad eius perfectionem n̄ spectare.

Probatur deinde, q actualis productio constituenda est necesso, vel ex parte Personæ productæ, vel producentis; at n̄ est ratio, cur potius sit in una quam in alia. debet igitur in utraqȝ constitui. minor constat, dum ab adversarijs n̄ offertur specialis ratio, cur productio potius constitui debeat in Persona producente, quam in producta, vel e contra ergo etc.

Probatur deniqȝ q productio n̄ opponitur principio producenti. ergo realiter identificatur cum illo. patet cons. q in Divinis realiter identificantur, quæ n̄ opponuntur. ant. ostendo quia productio n̄ dicit ex se producere, vel produci a principio tantum producente, cum in creatis possibile sit principium per se ipsum producens actualiter tantum, in quo casu productio nec producet nec produceretur a principio tantum producente. simile argumentum efformo circa tantum productum. quia productio n̄ opponitur tantum, cum nec dicat illum producere neqȝ ab eo produci. etc.

Hæc rationes mihi sunt efficacissimæ pro comprobandis duabus processionibus realiter distinctis, quarum una retineat ex parte Personæ producentis, alia vero ex parte productæ. Iubet autem breviter ostendere, quam debiles sint aliæ rationes, quibus Recentiores frequenter utuntur ad eandem veritatem comprobandam. Et is omissis, quas laté proponit, et efficaciter impugnat Pater Arriaga de Trinitate disp. 46 sectione 1a subsectione 2a. tantum eas adducam quæ communiores sunt apud nostros R.R.

Prima. q generare proprium est Patris, sicut generari proprium est filij. ergo generare distinguitur realiter a generari. q id quod est proprium unius Personæ distinguitur realiter ab eo quod est proprium alterius. [illegible] est

ut est proprium Patris reperitur in Patre, sicut id quod est proprium filij reperitur in filio, ergo generare datur ex parte Patris, et generari datur ex parte filij. Dantur ergo duae formalitates generandi realiter distinctae, quarum una sit in Patre, et altera in filio.

Tota haec ratio nititur in eo, quod antiquum in uno sensu verum est in altero falsum. verum est si contendat denominationem generantis soli Patri convenire, sicut geniti denominationem soli filio. falsum vero si contendat, hoc stante, non posse, quin formalitas qua Pater generat sit ex parte Patris, et formalitas qua filius generatur sit ex parte filij: non stat optime denominationem generantis esse propriam Patris, et quod adhuc formalitas generandi sit in filio. quod evidenter patet in Deo Angelum createm. non denominatio creantis Angelum, est propria Dei, neque stamen formalitas creandi est in Deo sed in Angelo, sive dicas identificari cum Angelo, sive distingui. quod potest etiam trium increatis denominari productiones per actionem identificatam realiter cum pri...

Ea ratio supponit filium necessario a Patre procedere. verum id sic arguit. ad probandum quod Pater se ipso filium producat. Pater se ipso identificatur cum aliquo sui cum filio. ergo se ipso reddit existentem filio. ... est de fide. ... non in eo instanti reali, vel rationis, quo Pater existit identificatur sibi ipso, et cum aliquo sui cum filio. debet existere filium, quia repugnat existere hoc extremum identificatum cum alio, quin existat aliud: sed filius existere debet a Patre, quia non existit a se vel ab alio principio. debet igitur existere vi Patris, ita quod Pater se ipso faciat illum existere.

Haec etiam ratio debilis est 1° quia nihil probat circa processionem se tenentem ex parte filij. 2° non ... convinci; in eo ipso instanti, quo Pater intelligitur, intelligendum esse filium, ac procedentem a Patre. quod quaeritur an procedat per originem se tenentem ex parte Patris, vel ex parte filij. quando

quod apertissime patet in ipsa met processione passiva, quae tamen debet existere, quando Pater intelligitur, neque tamen ea se tenet ex parte Patris. itaque vi huius rationis praecisé convincitur, quod Pater intelligi nequit existens absque filio existente, et accipiente suum esse a Patre. si ita ret optime quam vis ratio formalis, qua filius accipere et hoc esse daretur ex parte filij non ex parte Patris. Debiores alias rationes omitto. 4º praepositum est conclusio caput ...

Quarto ratio formalis producendi sive productio illa, quae reperitur ex parte Personae producentis, congrué vocatur activa productio, similiter productio quae datur in Persona producta merito vocatur passiva productio. conclusio haec licet multum de nomine habeat non facile probatur, quia nullum videtur assignabile discrimen inter utramque processionem, ergo vel utraque dicenda est activa, seu passiva productio, vel neutra. probatur quia sicut productio, quae se tenet ex parte Personae producentis, est ratio formalis, qua prius producit, et tunc producitur, ita productio se tenens ex parte Personae productae est ratio formalis qua prius producitur, et prius producit. dicere vero, quod una sit activa productio, quia se tenet ex parte Personae producentis, et alia passiva, quia se tenet ex parte Personae productae, non est illas quoad intrinsecum discriminare, sed extrinsecé solum, et quoad subiecta quibus insident. quod insufficiens videtur.

Propter haec assignari debet intrinsecum discrimen inter utramque productionem, illud ego facile designo; quia productio se tenens ex parte Personae producentis essentialiter est virtus productiva alterius ut quo res realiter distincta nec a nullo principio realiter producitur, at productio

productio, etenim ex parte personæ productæ habet eo ex tra realiter, et essentialiter produci non tamen produce re rum realiter et essentialiter distinctum. ex hoc ergo discrimine, quod in re negari nequit, oritur quod una processio dicatur activa, et altera passiva, quia nomine processionis activæ congrue significatur ab antiquis, et Recentibus theologis ea quæ realiter producit, nec realiter producitur; nomine vero passivæ processionis ea, quæ realiter producitur, et non producit realiter.

Unde contra R.R. aperte colliges, activam processionem non esse illam, quæ præcisè habet esse rationem formalem, qua primum producit, quin sit ratio formalis, qua tertium producitur et passivam processionem non esse illam, qua præcisè tertium producitur, quin sit ulterius ratio formalis, qua primum producat. non ut in cap.º 1.º huius quæstionis ostendi, repugnat aliquid esse rationem formalem, qua primum producat, quin sit ratio formalis, qua tertium producatur, et e contra.

Præterea colliges activam processionem realiter identificari cum Persona producente, passivam vero cum Persona producta. inter se autem realiter utramque distingui. quod si loquamur de productione Divina qua complectitur activam, et passivam dicendum est non distingui realiter a Persona producente, et producta simul acceptis, licet a qualibet divisive distinguatur eo distintionis genere, quod vocari solet includentis ab incluso. hæc omnia patent ex iis, et ex dictis.

Denique colliges quamlibet ex his processionibus adequatam esse in ordine ad denominandum primum producens, et tertium productum. adequatam, inquam, idest sufficientem. non adequatum dupliciter stat, vel pro sufficienti, vel pro solitario. nulla ex his processionibus accepta seorsim est solitaria, quia præter ipsam datur alia sufficienter denominans

denominans primum, et 2um; at quęlibet seorsim est sufficiens, et in hoc sensu adequata; ñ ex vi cuiusuis seorsim acceptę denominatur sufficienter primum producens, et 2us productus.

Dices. productio existens in Patre requirit essentialiter aliam quâ 2us fiat. ergo ñ est adequata respectu 2i. probatur cons. quia ea solum est adequata productio, quę ñ requirit aliam ut 2um producat. sicut ea solum est adequata causa, quę aliâ ñ eget ad producendum effectum. tum ans videtur certum quia productio existens in Patre nequit 2um in esse ponere, quin ex parte 2i detur alia productio.

Respondetur distinguendo ans requirit essentialiter aliam, ut 2um esse productum, et cum quo necessario conectitur. concedo ans requirit essentialiter aliam, ut partialem formam, sine quâ nec primum producens, nec 2um productum denominabit. nego ans. et hoc tum obstaret adequationi productionis; tum vero ñ obstat. ratio est quia productio censetur adequata quando ñ eget aliâ, ut primum producens, et 2um productum denominet. quamquam ista an ex alijs capitibus ea indigeat. sicut actus intus evidenter reflectens in alium est adequata forma qua denominatur intus cognoscens; licet conectatur cum actu directo neque sine illo possit existere. quia ñ petit illum ut partialem formam denominandi, sed tanquam materiam, et obiectum erga quod tendit.

Restabat dicere de processione Divina quâ est communicatio tam activa quam passiva. de hoc tamen commodius in subsequenti quęstione 4o. in quo formalissime processiones consistant. q. 7a. referuntur sententię caput tum.

Quelibet ex processionibus Divinis, ut repeiam in cultioribus est productio simul et communicatio nam 2a Persona ex vi formali sue processionis producitur a Patre. rursus. ex vi formali sue processionis accipit quasi filius naturam Patris, et qua verbum intellectionem illius. ergo processio filij a Patre simul est productio, per quam aliquid relativum filij producitur, et communicatio per quam filio datur aliquid absolutum, et commune, quod preerat in Patre. similiter processio spiritus Sancti est productio alicuius relativi et communicatio alicuius absoluti. nam spiritus Sanctus ex vi formali sue processionis habet esse productum a Patre, et filio, simulque habet aliquid absolutum sibi communicatum a Patre, et filio.

Hoc ergo supposito querimus an iste processiones consistant principaliter, essentialiter, et in recto in sola perfectione absoluta vel in sola relativa, vel in coniuncto ex utraque; loquuntur vero precipue D.D. de processione activa, quamvis de passiva non nihil addere soleant: est enim aput omnes fere certum, processionem passivam in solo relativo Persone producte quatenus pendet a producente consistere.

In hac ergo difficultate tot sunt sententie, quot capita. nihilominus eas omnes ad tria capita reducam. et in primis defendit 1a sententia, nullam ex Divinis processionibus involvere formaliter, et in recto predicatum relativum, sed solum absolutum; licet id absolutum induat rationem processionis connotet relativum. ita Sumel 1a parte qe 41 articulo 1o. P. Arruval. P. Torres, et P. Granado penes quem alij videri possunt, Ht 2o dispe Sectione 3a. et est communis inter thomistas. ~~pro uberi~~ ..

Pro uberiori tamen explicatione huius

huius sententiæ notes illud absolutum in quo formaliter et in recto iuxta hos D.D. processio consistit esse intellectionem respectu filij, et amorem respectu Spiritus Sancti. taliter quod nec amor constituat processionem filij, nec intellectio processionem Spiritus Sancti. non ad hunc finem potissimé constituuntur processiones in his duabus perfectionibus, ut sic apertius explicetur discrimen utriusque processionis, et quomodo filius per intum, et Spiritus Sanctus per voluntatem procedat.

Præterea notes, hanc intellectionem, et amorem, in quibus processiones consistunt esse perfectiones absolutas, et communes toti Trinitati. quod notarim quia non nulli R.R. agnoscunt in Deo duplicem intellectionem unam essentialem, et communem omnibus Personis, aliam vero notionalem, et propriam alicuius Personæ. similiter agnoscunt duos amores, unum communem, et alterum notionalem. prestati vero D.D. qui processiones constituunt in intellectione, et amore, loquuntur de intellectione, et amore essentiali, quia vel notionalem negant, vel ab eo hic abstrahunt. infra nos agemus de predicta intellectione, et amore notionali.

Licet autem hæc intellectio, et amor sint perfectiones communes, et actus notionales, quales est activa generatio, et spiratio sint particulares huius vel illius Personæ, tamen in eis perfectionibus hos actus constituunt, quia modificari dicunt eas perfectiones absolutas per relativas, quas ut processiones sunt, afferunt in obliquo, et de connotato. nam activa generatio est intellectio, et relatio propria Patris. intellectio essentialiter, et in recto. relatio in obliquo spiratio activa est essentialis amor in recto, et relatio spiratoris in obliquo. unde intellectio essentialis quasi notionalis, et propria Patris redditur ex relatione Paterna, qua modificatur. et amor essentialis fit notionalis et proprius Patris, et filij per relationem spiratoris. ex quo tandem fit, ut sicut absoluta perfectio prout modificata non est communis sed propria illius Personæ cuius relatione modificatur,

modificatur, ita processio sit communis licet essentialiter, et in recto consistat in perfectione communi, sed propria sit illius Personae cuius relationem connotat.

Denique notes, me consulto loqui de intellectione, et amore non vero de actibus intus, et voluntatis. nam D.D. negantes intellectivum, et volitivum radicale, forte negabunt in Deo actum intus, et voluntatis, quoniam actus, qua talis necesso supponere videtur potentiam aut prius saltem methaphisicum; intellectionem autem, et amorem in Deo nullus negare potest. licet ergo intellectivum, et actum intelligendi ego agnoscam in Deo, ut in materia de scientia probavi, nec tamen presens difficultas de constitutivo processionum reducatur ad eam de intellectivo, generalioribus terminis utor, in quibus nulla potest esse dissensio. haec pro explicatione 1ae sententiae.

Sit ergo 2a quae processiones principaliter, essentialiter, et in recto constituit, in solo relativo, connotante tamen aliquod absolutum ita P. Molina 1a parte quaestione 27 articulo 5o disputatione 2a. P. Suarez libro 6o de trinitate capite 1o P. Basques tomo 2o in 1am partem disputatione 147 capite 8o numero 40. P. Zuñiga quaestione 27 disputatione 2a numero 7o membro 2o. apud quos alij plures.

Hi ergo D.D. generationem activam essentialiter collocant in sola relatione Patris connotante illam essentialem intellectionem circa quam pro explicanda 1a sententia loquti sumus. spirationem autem activam, essentialiter constituunt in sola relatione spiratorii, quae datur in Patre, et filio, non in spiritu Sancto, connotante similiter eum essentialem amorem, de quo dictum manet. unde licet processiones realiter identificatas agnoscant cum intellectione, et amore essentiali, nam omne relativum identificatur realiter cum absoluto, tamen ob distintionem virtualem quae mediat inter utrumque perfectionis genus excludunt intellectionem, et amorem, solam que relationem pro formali constitutivo processionis admitunt. 3a

3a demum sententia docet processionem eque 1o essen
tialiter, et in recto componi ex absoluto, et relativo. aliter tamen ac et
aliter, non ut est productio consistit in solo relativo. qua communica
tiva in solo absoluto. v.g. processio activa qua Pater generat filium, dicit
qua productio solam relationem Patris, intellectionem autem essentia
lem, quâ est communicatio. processio vero quâ Pater, et filius produ
cunt Spiritum Sanctum dicit ut productio relationem spiratoris,
et ut communicatio amorem. ita Magister Albis tom.o 4o de trinitate
disp.e 1a sessione ga a numero 6o. P. Franc.us de Lugo disp.e 5a de Deo
trino cap.e 2o, et communis est inter Recentiores.

Nulla tamen ex his opinionibus absolute nobis
placet. ideo propriam mentem in subsequentibus capitibus ex
ponemus. in primis autem hanc conclusionem statuimus. 1o proces
sio ut productio precise consistit in relativo caput 2um.

Conclusio hec 1a pr. ad hominem productio passiva filij non inclu
dit intellectionem essentialem, neque in ea partialiter, vel adequate
consistit; ergo similiter dicendum de productione activa Patris respec
tu filij, sive de productione activa, qua productio est. ans est adversa
riorum, qui dicunt passivam produtionem consistere precise in re
latione tri producti, qua passive procedit a prio, secluso quolibet ab
soluto predicato. iam ergo csam probo. non ideo productio passiva filij
non includit intellectionem essentialem, quia hec intellectio non produci
tur, sed etiam non producit; ergo non includitur etiam in activa produc
tione Patris. hec csa patet ex summa paritate. minor infra consi
tabitur ubi statuetur nihil absolutum in divinis esse productivum

productivum ad intra. simile argumentum formo in activa productione Patris, et filij respectu Spiritus Sancti.

Confirmatur, et explicatur hęc ratio: ideo ens productum, ut formalissimé productus a Patre non includit intellectionem essentialem quoniam hęc intellectio non est alia a principio, et id quod formalissimé producitur est ab alio, sive aliud a principio; sed etiam principium ut producens est ad aliud, sive est aliud a termino producto, ergo principium ut producens nequit aliquid includere, quod non sit distinctum a termino producto; sed intellectio essentialis non est distincta. ergo etc.

Confirmatur ulterius. ideo non producitur intellectio a Patre, quia realiter identificatur cum Patre; sed etiam identificatur cum filio. ergo non constituit Patrem in ratione principij producentis filium, et consequenter non est activa productio Patris respectu filij. utraque premissa constat. consequentia vero probatur, non eqqua distinctio requiritur termini productio a principio, quam principij producentis a termino producto, sed nihil inclusum in termino quà formalissimé productio potest identificari cum principio, ergo nihil inclusum in principio quô formalissimé producente terminum, potest identificari cum termino: sed cum termino identificatur essentialis intellectio. non ergo hęc includitur in Patre quà formalissime producente filium.

Denique confirmatur ex capite damnamus de summa Trinitate, et fide chatolica, ubi deffinitur essentiam non generare, nec generari, non producere, nec produci: nomine autem essentię quodlibet absolutum predicatum intelligitur, ut omnes advertunt. iam igitur sic arguo: si terminus quà formalissimé productus a patre clauderet intellectionem, intellectio generaretur, vel produceretur contra deffinitionem Ecclesię. propterea que defendis, intellectionem non includi in termino, quà formalissimé producto. ergo si claudatur in principio quà generante, vel producente, iam intellectio generabit, vel producet contra eandem Ecclesię definitionem.

2.º probatur eadem conclusio: contra D.D. asserentes consistere productionem activam in intellectione, vel amore connotante

connotante relationem: etenim intellectio connotans Paternitatem ñ distinguitur realiter a filiatione, sed activa productio Patris respectu filij debet realiter a filiatione distingui: ergo activa productio Patris ñ est intellectio connotans Paternitatem, et consequenter debet esse sola Paternitas: maior solum eget probatione, quam sic instituo. hęc ppo Deitas Patris ñ est filiatio est plusquam falsa, et eius contradictoria est certissima, videlicet Deitas Patris est filiatio, et tamen in subiecto conieptu Deitas Patris, afertur de connotato Paternitas, quę realiter a filiatione distinguitur, cum perinde sit dicere Deitas Patris, ac Deitas connotans Paternitatem. ergo similiter hęc est falsa, intellectio Patris, vel intellectio connotans Paternitatem distinguitur realiter a filiatione. proindeque verificatur eius opposita, scilicet intellectio Patris, vel intellectio connotans Paternitatem ñ distinguitur realiter a filiatione.

Urgeo q ideo hęc ppo Deitas, vel intellectio Patris ñ est filiatio est falsa, et opposita vera; q recturn illius, q affertur ex parte subiecti realiter identificatur cum filiatione, quę subit rationem predicati, quamvis obliquum realiter a filiatione distinguatur: est penes logicos regula receptissima; q ad veritatem ppis attenditur solum identitas vel distinctio subiecti cum predicato tum rectum q q sit de obliquo. ergo si productio Patris respectu filiationis sit intellectio connotans Paternitatem, quę sané tam rectum identificatur cum filiatione, potest imo debet afirmari, q productio Patris identificatur cum filiatione: at necesum est ut a filiatione distinguatur; ergo productio Patris ñ consistit in intellectione connotante Paternitatem. idem argumentum formo de productione Patris et filij respectu Spiritus Sancti.

3º pr contra eos omnesque, qui productionem activam æqué constituerunt ex absoluto, et relativo. dari potest essentialis intellectio, quin sit actualis productio activé generandi filium. ergo intellectio essentialis ñ est ratione sui partialis fra quâ Pater activé generat, vel producit filium coã habet q nihil dari potest sine eo q essentialiter, et ratione sui habet: ut

ut patet in ipsamet intellectione, quae nullibi dari potest, imo nec ab intus concipi sine actuali vita, quia rationem formaliter, et essentialiter est actualis vita. Probatur antecedens, nam in filio, et Spiritu Sancto datur essentialis intellectio. neque tamen ibi habet rationem formae partialis activae generandi filium, quia nec filius, nec Spiritus Sanctus possunt etiam partialiter generare. rursus in Patre quando prius est origine productione filii datur intellectio, quin etiam partialiter tunc producat filium. simile argumentum formo de amore essentiali respectu Spiritus Sancti.

Confirmatur filius ut partialiter productus Paternitate, vel intelligitur productus per intum, vel non. si tum ergo ut intelligatur produci per intum non est opus, quod ipsa productio formaliter immediate dicat intellectionem. ruit ergo totum adversariorum fundamentum, qui productionem filii partialiter saltem constitui dicunt per intellectionem eo quod aliter non stadit, filium produci per intum. si vero dicatur filium ut praecise productum Paternitate, non adhuc intelligi productum per intum. contra nam filius, ut productus a Patre dicitur essentialiter eum adversariis produci per intum. ergo per nullam formam potest intelligi productus a Patre, quin intelligatur productus per intum.

Ultimo probatur. nam virtus productiva praecise consistit in relativo, sicut infra dicemus. ergo similiter actualis productio, quae se tenet ex parte huius virtutis. probatur consequentia. tum quia sic magis proportionatur actualis productio cum virtute producente. tum etiam quia sicut virtus productiva, quia debet esse ad aliud realiter distinctum in solo relativo consistit, sic oportet ut in solo relativo consistat actualis productio, nam etiam est ad aliud realiter distinctum huc faciunt omnes illae rationes, quibus postea convincemus prium productivum Divinarum Personarum in solo relativo consistere. 4º opposita argumenta capitum.

Obiicies 1° relatio supponit productionem, et in illa fundatur ergo productio non consistit in relatione. cons. patet quia consistere nequit in eo, quod illam supponit. ans. vero quia Pater ideo refertur ad filium, quia producit filium. Pater etiam, et filius quia produxerunt Spiritum Sanctum referuntur ad illum. Hoc argumentum petit explicemus, quae non sit ista relatio per quam formalissime constituitur activa productio.

Pro quo sciendum est in Paternitate nostra reperiri triplicem conceptum proprissimum Patris. alter est virtutis productivae filiationis. alter est actualis productionis activae. 3us vero praedicamentalis relationis, qua Pater, ut actualiter filium producens refertur praedicamentaliter ad illum. dico praedicamentaliter, nam alij duo conceptus transcendentaliter relativi sunt. praedicti vero conceptus habent eundem ordinem inter se, quo propositi sunt. nam prius est Patrem posse producere filium postvero actualiter producere. ac denique ad illum ut productum referri. iam igitur activa productio Patris respectu filij consistit in ea relatione intermedia. unde patet argumentum nullam habere vim, quia relatio per quam constituimus activam productionem non supponit illam.

Circa productionem activam Patris et filij respectu Spiritus Sancti proportione servata philosophandum est. nam in Patre, et filio datur quaedam relatio, quae vocatur Spiratoria, in qua triplex etiam conceptus distinguibilis est. alter qui sit virtus productiva Spirationis passivae. 2us qui sit actualis, et formalis eius productio. 3us vero qui sit praedicamentalis relatio, qua Pater, et filius referantur ad Spiritum Sanctum, ut terminum suae productionis. activa ergo productio Patris, et filij respectu Spiritus Sancti consistit in eo 2o conceptu.

Hoc

Hoc idem suo modo servetur pro productionibus pa
ssivis, quae correspondent activis. n̄ in filiatione v.g. datur triplex
conceptus pro primimus filij. 1us quo potest a solo Patre produci, 2us
quo producitur actualiter. 3us quo refertur praedicamentaliter
ad Patrem ut ad unicum sui principium. etiam in spiratione passiva toti
dem conceptus reperiuntur. consistit ergo formalissimé passiva produc
tio in eo conceptu intermedio, qui n̄ est aliud quam actualis depen
dentia, sive formalis productio se tenens ex parte ipsius rei producti.

Obijcies 2°. quaelibet productio Divina vitalis
est ergo claudere debet aliquid vitale, sed n̄ est aliud praeter intellectio
nem, et volitionem. ergo claudit intellectionem, et volitionem, ita
ut activa productio Patris componatur ex intellectione, et relatione
propria Patris: activa vero productio filij conflectur ex amore, et
ex relatione spiratoris, quae communis est Patri, et filio.

Respondetur negando ant. n̄ aliud est loqui
de processionibus, et aliud de productionibus Divinis. processiones
vitales sunt, qᵃ communicationem praedicatorum vitalium in
cludunt; at productiones n̄ sunt vitales. et licet productiones
includantur in processionibus vitalibus adhuc n̄ infertur esse vi
tales, qᵃ n̄ omne quod includitur in re vitali debet esse vitale.

Obijcies 3°. verbum Divinum pro
cedit per intum, et Spiritus Sanctus per voluntatem. ergo processio
verbi est intellectio, et Spiritus Sancti processio est volitio, connotata
ad summum relatione. pr coa n̄ ab intu nihil potest formaliter
et immediate procedere, nisi intellectio, neque a voluntate nisi vo
litio.

Respondent aliqui processionem verbi n̄ alia ratione esse per
intum, et Spiritus Sancti processionem per voluntatem, nisi qua
tenus illa fit per relationem pertinentem ad intum, et haec per
relationem pertinentem ad voluntatem: n̄ Paternitas ad intum,
et activa spiratio seu relatio spiratoris ad voluntatem spectat.

spectat. infra discutiam hanc doctrinam. interim vero facilius res
pondeo proversiones, ut productiones n̄ ad intum, vel ad voluntatem
pertinere, sed ad relativum duntaxat Personæ producentis. unde
potius infertur, activam productionem esse precise q̄d relativum,
et neqꝫ partialiter intellectionem, aut volitionem: etenim, ut
sepe diximus productiva virtus sicut, et actualis productio precisé
stat in relativo.

Iubet autem contra D.D. instituentes hoc argūtum preter
dicta sic ulterius arguere. n̄ sicut ipsi dicunt activam productio
nem verbi consistere in intellectione conotante Paternitatem,
ita possent afirmare q̄d consisteret in relatione conotante intellec
tionem. probo. n̄ activa productio filij petit essentialiter duo.
tum esse perintum, tum esse notionalem, et propriam Patris. sicut
ergo notionalis dicitur ab ipsis ex notione, sive paternitate quam
affert in obliquo. cur n̄ erit sufficienter perintum ex intellec
tione, quam afferat in obliquo? q̄d si n̄ esset sufficienter perintum
ex intellectione, quam afferret in obliquo, neqꝫ modo sufficienter
notionalis erit ex notione, quam dicit in obliquo.

Preterea si tota, et adequata ratio producendi
filium est intellectio, ubicumqꝫ sit intellectio dabitur productio filij:
quare dabitur in spiritu Sancto filij productio. neqꝫ valet dicere
q̄d ibi n̄ habet Paternitatem, que requisitum est ad producendum
filium. contra enim est q̄a licet causa possit aliquando suspen
di ab effectus defectu conditionis, attamen ratio fr̄alis producen
di, sive fr̄alis, actualis, et essentialis productio nequit a productione
cohiberi defectu conditionis, vel requisiti. q̄a sicut ubi ipsendi nequit
anima essentia, si onei ab effectus productione cuius est essentialis
productio, neqꝫ coniungi potes cum defectu requisiti, vi cuius
a productione ubi ipendatur. ergo cum intellectio sit essentialiter
adequata productio verbi, necessum est ut in qualibet Persona sit
productio verbi, sicut in qualibet est vitalis obti representatio.
4º ceteræ obiectiones caput sum.

Restant obiectiones aliq*ue* breviter diluendæ. 1a arg*umen*t. ñ potest dari verbum, cuius productio ñ sit formaliter, et essentialiter locutio sed 2a Persona verbum est. igitur eius eius productio formaliter, et essentialiter est locutio: sed locutio (loquimur de mentali) ne*c*esso consistituitur ex intellectione, quoniam est formalis attentio personæ loquentis. ergo productio 2æ Personæ dicit intellectionem.

Respondetur, negando maiorem, quia licet verbum exigat, ut sibi communicetur ex vi formalis suæ processionis intellectio, seu mentalis locutio, ñ tamen petit, ut eius productio sit cognitio, neque video cur activa productio, et ñ passiva debeat constitui per intellectionem: sed passiva ñ constituitur, ut ipsi fatentur. ergo nec activa.

2a obiectio. sublata præcisè intellectione, et volitione ñ maneret activa productio verbi, vel Spiritus Sancti. ergo altera productio constituitur per intellectionem, et alia per volitionem. respondetur, quod ablatis etiam relationibus, ñ maneret ea productio, quia ñ maneret Personarum distinctio, sine qua stare nequit earum interna productio. iam ergo supponatur ut argumentum intendere videtur, quod præcisè deficiat intellectio, et vollitio, ceteraque perseverent, asero quod perseveraret activa productio verbi, et Spiritus Sancti, sicut tu fateris quod persisteret passiva utriusque productio, quandoquidem passivam productionem ñ constitui ex intellectione, seu vollitione. cum ergo relationes persisterent, itaque productio perseveraret, tam activa quam passiva.

Sed nota, quod in eo casu ñ terminaretur activa productio Patris ad filium, seu verbum, sed ad illam præcisè relationem, quæ producitur in verbo. ratio est quia verbum ut

ut tale constituitur ex intellectione, quae tunc non daretur, ut supponi-
mus. similiter activa productio Patris, et Filij non esset ad Spiritum
Sanctum, sed ad passivam spirationem quae sola producitur ex parte hu-
ius Personae, quia tunc non daretur Spiritus Sanctus aut verbum, eo quod ab-
soluta predicata quibus constituuntur deficerent, quamvis totum quo
formaliter est productum perseveraret.

3a obiectio desumitur ex Sancto Augustino 5° de Tri-
nitate cap. 10 dicente nihil aliud esse dicere, quam cogitare, et intelli-
gere: sed dicere est relatissime producere verbum. ergo non relative sed
intellectio, vel cogitatio est productio verbi. respondetur a d. Augustino
afirmari non posse quod essentialiter intelligere, vel cogitare sit dicere, quan-
doquidem in Spiritu Sancto reperitur essentiale intelligere, et cogita-
re, neque tamen Spiritus Sanctus dicit. igitur dicere, vel produ-
cere verbum est intelligere notionale Patris, quatenus per intellec-
tionem, et notionem seu relationem propriam illius producit actu-
aliter verbum, et ei communicat intellectionem essentialem, ut
mox dicemus.

Ultima obiectio ex eo supradiximus, intellectionem non esse pro-
ductionem, quia iam in Spiritu Sancto daretur productio verbi: sed
haec illatio nullum continet absurdum ergo etc. primo, quia non
inde sequeretur Spiritum Sanctum producere verbum: etenim
optime stat, actionem, qua causa producit effectum in aliquo subiecto
locari, quin denomine tamen illud producens, eo quod non sit ratio
formalis qua subiectum producat effectum, sed qua causa producat.

Respondetur in ea ratione duo contra ad-
versarios extorqueri absurda. primum, quod activa productio verbi sit in
Spiritu Sancto. quae ipso etiam iacet, a nemine conceditur. illatio patet
quia adaequata productio iuxta hos DD. est essentialis intellectio:
datur in Spiritu Sancto essentialis intellectio. ergo datur adaequata
productio. 2um absurdum ad hominem infertur. quia ipsi dicunt,
primum quo productivum, et actualem productionem verbi esse

esse intellectionem essentialem: atque in Spiritu Sancto saltem materialiter accepto datur hoc primum productivum, et actualis productio. ergo Spiritus Sanctus absolute denominatur producens verbum. patet quia illud suppositum denominatur absolute producens verbum in quo datur virtus productiva, necnon et actualis eius productio. sed hanc rationem latius infra persequor. 1° quod sit prosenio quã communicatio. caput 5um.

Alia est activa, et alia passiva communicatio. activa consistit in ipsomet praedicato quod communicatur, quatenus est potens communicari per productum, sic intellectio quã communicabilis est filiationi, et amor spirationi passivae. ratio est, quia sicut activa productio se tenet ex parte principii formaliter producentis, ita communicatio activa ex parte principii, quod formaliter communicatur. unde cum absoluta sit ea perfectio, quae communicatur, sequitur quod activa communicatio praecise consistat in absoluto. quandoquidem perfectionem absolutam posse mixtum est in se communicari non est quid relativum, sed absolutum.

Communicatio passiva, quae nomen communicationis absolute meretur est identitas illa vi cuius absoluta perfectio realiter identificatur, et actualiter per identitatem communicatur perfectioni relativae. nam sicut in composito phisico forma per unionem realiter distinctam communicari dicitur subiecto, sic in composito methaphisico, quale est quod in persona Divina resultat ex absoluto, et relativo, dicitur absolutum relativo communicari per identitatem. et sicut unio in composito phisico dicitur communicatio, sic identitas in methaphisico vocatur communicatio, nam ex ratione formalis per quam praedicatum absolutum actualiter

actualiter communicatur t[er]tio producto. sed advertas unionem vocari phisicam communicationem, q[uae] constituit compositum phisicum, identitatem vero methaphisicam eo q[uo]d methaphisicum compositum ex illa resultet.

Sed rogas q[uid] sit hec identitas perfectionis absolute cum relativa. num aliq[uid] absolutum vel aliq[uid] potius relativum, aliqui Iuniores inter quos movetur hec dubitatio, respondent eam identitatem esse dumtaxat q[uid] absolutum. alij penitus e contra, illam esse q[uid] relativum. sed cum n[on] minus identificetur realiter absolutum cum relativo quam relativum cum absoluto, nescio cur hec identitas potius debeat esse q[uid] absolutum quam relativum, vel e contra q[uid] relativum potius quam absolutum.

Apertissima hec incohe nota fortassis impulit n[on] nullos R.R. ut inter eas perfectiones adstruerent duplicem adequatam f[ormam] identitatis, alteram absolutam se tenentem ex parte perfectionis absolute, alteram vero relativam ex parte perfectionis notionalis, et relative: n[am] intellectionem absolutam dicunt esse per se ipsam f[ormam] sufficientem identificandi se cum filiatione, et filiationem cum se ipsa filiationem etiam dico generatione sui f[ormam] sufficientem identificandi se cum intellectione, et intellectionem secum ipsa. quapropter inter filiationem, et intellectionem adstrunt duplicem identitatem realem, ita sufficientem ad extrema identificanda, ut si deficeret una, vi alterius manerent adhuc identificata. q[uo]d confirmare possem ex doctrina P. Hurtado docentis in philosophia duas uniones in composito substantiali reperiri, taliter q[uo]d una quaeque sufficiat ad extrema invicem unienda.

Sed hic dicursus mihi n[on] placet. 1º q[ui]a sine fundamento ponitur hec duplex identitas cum una sufficiat. sicut ob eandem rationem omnis alijs reijci solet Pater Hurtado. 2º n[am] inter absoluta predicata Dei, quin et inter predicata creata, que realiter identificantur, esset etiam

etiam admitenda duplex identitas realis, q nullus concedit. 3º q hoc extremum identificari cum alio, ñ consistit in hoc precisé, sed in hoc et alio, qª ñ intelligimus hoc identificari cum illo, usqß dum intelligamus illud habere hęc et ñ alia prędicata essentialia, quę in hoc reperiuntur, ut in methaphisica docui.

Neqß valet si dicas. hoc extremum seipso identificatur cum illo, et illud seipso identificatur cum isto. ergo datur duplex identitas. ñ hoc ad summum probat duplicem identitatem partialem, qª hoc extremum ñ seipso precise identificatur cum illo, sed seipso simul cum illo, taliter q ex utroqß resultet unica sufficiens identitas. et sane da per impossibile q invariato hoc mutetur essentialiter illud, hoc jam ñ est illud. ergo hoc ex se precise ñ est sufficienter illud. preterquam q hęc ratio probaret duas adequatas identitates in prędicatis absolutis, et inter fr̄alitates creatas. ~~neqß dicas ulte~~

Neqß dicas ulterius distintionem qua Petrus realiter distinguitur a Paulo consistere sufficienter in Petro, et sufficienter in Paulo, quare per duplicem adequatam et sufficientem distintionem distintus a Paulo denominatur Petrus, alteram ex parte Petri, et aliam ex parte Pauli. ergo similiter in identitate reali.

Respondetur enim distintionem realem ñ consistere in Petro nec in Paulo, simul aut divisivé, nec in aliqua entitate positiva, sed in phisica negatione identitatis, ut in methaphisica provavi, q si consisteret in positivo, ñ esset solum in Petro, sed ulterius etiam in Paulo; qª Petrum ñ esse Paulum, ñ est precise Petrum esse Petrum, sed Paulum ulterius ñ esse Petrum. fingeq invariato Petro, mutetur essentialiter Paulus, ita ut denudetur illa hesseitate, quam modo habet, induatqß hesseitatem Petri, certe Petrus a Paulo ñ distinguetur, et tamen Petrus manet essentialiter invariatus, qª licet denovo

de novo fiat Paulus, non tamen ille Paulus, qui modo est, sed qui tunc erit Petrus, unde solum in Paulo, non in Petro contingeret variatio, ergo Petrus ratione sui praecise non est realiter distinctus a Paulo. mitto hic plura.

Iam igitur ex dictis constat identitatem realem perfectionis absolutae cum relativa, partim absolutam, et partim relativam esse, quia consistit in ipsismet extremis realiter identificatis, quorum unum est absolutum, et aliud relativum, seu notionale. quare passiva communicatio, quam in hac identitate reali consistere dicimus partim est absoluta, partim quoque notionalis, et relativa. neque propterea sequitur ut sicut haec identitas denominat utrumque praedicatum identificatum, denominet etiam communicatum, quia communicatio non est identitas utcumque sed identitas praedicati, quod supponitur ante existens in Persona producente, et ex illa transfertur ad productam, quod non convenit relationibus, sed praedicatis absolutis.

Ex dictis infertur 1° passivam communicationem ab activa distingui includentis ab incluso: nam passiva consistit in absoluto, et relativo, activa vero solum in absoluto. infertur 2° discrimen, quod est inter activam communicationem, et productionem activam, etenim activa productio, sic est in principio producente, quod non sit in termino producto; at activa communicatio sic est in principio communicante, ut etiam sit in termino, cui communicatur, quia cum sit praedicatum absolutum; existit simul in persona, quae communicat illud, et in Persona cui communicatur. 1° an in Persona producente detur physica prioritas respectu productae? quaestio 8a. respondetur affirmative caput 1um.

Egimus hucusque de ratione formali per quam una Persona producit in Divinis aliam. restat ulterius extrema discutere circa quae versatur haec productio quae sané sunt virtus productiva se tenens ex parte Personae producentis, et terminus erga quem exercitur ea virtus. quod per superstites huius tractatus questiones prestabimus.

Ad 1.° rogatur, an ex parte Personae producentis aliam detur phisica potentia respectu productae? negat Aureolus. quod etiam aliqui benigné conantur interpretari Scotum in 1.° distinctione 7a, questione 1a, articulo 2°, qui sic dicat potentiam generativam Patris, et spirativam Patris et filij non esse phisicam, sed tantum logicam, quae consistit in non repugnantia terminorum, ut dicimus, Deum habere potentiam, ut existat, et ut sit Deus. affirmant vero ceteri D.D. quorum sententiam approbo, et probo.

Primo, nam quod realiter producit habet phisicam potentiam ad producendum: Pater realiter producit filium, et Pater ac filius producunt realiter Spiritum Sanctum. ergo datur in Patre phisica potentia respectu filij, et in Patre ac filio respectu Spiritus Sancti. consequentia patet minor est certa. major ostenditur, nam ab actu realiter producti ~~[illegible]~~ tivo valet ad phisicam potentiam unde bene deduximus habere Deum phisicam potentiam erga creaturas, quia producit actualiter illas, et inter ipsas creaturas agnoscimus alias cum potentia phisica in alias, eo quod actualiter

actualiter illas producant. quod similiter vnam ex divinis personis aliam producere sine phisica potentia ignoro sane unde colligatur habere Deum potentiam phisicam ad creaturas, et vnam creaturam in aliam.

2° nam in Persona producente respectu productae datur virtus productiva, sed haec virtus est phisica potentia datur ergo phisica potentia consequentia patet maior negari nequit quia sine virtute productiva non potest dari principium, sive persona producens. minor probatur nam ideo talis virtus non esset phisica potentia, quia non distingueretur a persona producente: et distinguitur quantum satis est, ut ~~habeat rationem phisicae potentiae~~, ut habeat rationem phisicae potentiae, ~~ut habeat rationem phisicae potentiae~~ ut habeat rationem phisicae potentiae igitur est phisica potentia. maior est adversariorum fundamentum. minor probatur quia licet non distinguatur realiter tamen ratione distinguitur cum in relatione consistat, quae sine dubio distinguitur a tota Persona, seu supposito producente. quod autem haec rationis distinctio sufficiat patet in omnipotentia, quae non realiter, sed ratione distinguitur a Deo, cum tamen habeat vim et conceptum phisicae potentiae respectu creaturarum.

Dices. casu quo potentiae non distinguantur realiter ab anima, sicut est possibile, non erunt phisicae sed metaphisicae potentiae ergo ad phisicam potentiam requiritur distinctio realis a supposito cuius est potentia.

Respondetur eius modi potentias esse phisicas, et methaphisicas: phisicas in ordine ad actus, a quibus realiter distinguuntur, et quos realiter causant; methaphisicas autem in ordine ad animam a qua solum ratione distinguuntur. et hoc idem in omnipotentia contingit. unde similiter in nostro casu dicendum erit virtutem productivam, qua Persona Divina generat, vel spirat, esse phisicam potentiam in ordine ad terminum realiter productum et

et realiter distinctum, methaphisicam auten in ordine ad Per
sonam cui inest.

Demun advertas hanc litem esse de puro nomine quid videlicet
intelligendum sit nomine phisicæ potentiæ non de re nullus Catolicus ne
gare potest, Patrem esse prium filij, quin et totius trinitatis, ut
loquuntur Sancti PP. iten in Patre reperiri virtutem productri
cem, et actu producentem realiter, et phicice termum realiter dis
tinctum. an auten hoc prescissé, vel aliquid ultra significetur per
voces illas phisica potentia, est questio de voce. nos ex acceptione com
muni sensiemus tantum significari virtutem positivam reali
ter productivam termini distincti. 4º obiectionibus respondetur caputlum.

Obicies 1º. quod filius nequeat generare non est in potentia reali, et
phisica, sed in possibilitas, et repugnantia terminorum. ergo quod Pa
ter generare queat, non est potentia realis, et phisica, sed tantum logica
consistens in possibilitate, seu non repugnantia terminorum. respon
detur dupliciter stare quod filius generare nequeat. 1º formaliter.
et sic afert exclusionem potentiæ realis, et phicicæ quæ contradictorié
opponatur tali potentiæ. quare potius infertur, quod si hæc impotentia
non est aliquid phisicum, et reale, potentia sit aliquid phisicum, et reale. non
ex duobus contradictorijs quando unum est negativum debet alte
rum esse positivum. 2º radicaliter et sic stat pro entitate positi
va supra quam fundatur ea negatio, vel exclusio. hinc est
ut filius per aliquid positivum dicatur non posse radicaliter ge
nerare, per aliquid vero negativum dicatur non posse formaliter.

Obicies 2º. quamvis filius realiter pro
ducatur a Patre, non habet phisicam, et realem potentiam passivam
sit producatur. ergo licet Pater filium realiter producat, non

ñ habebit ex parte sua phisicam poām activam, ut producat: ñ enim est maior ratio cur ex parte prīj requiratur ad producendum activa pōa phisica, quam ex parte tīi ut producatur phisica pōa passiva. idem argutum conficitur in Patre, et filio respectu Spiritus Sancti.

Respondetur poām passivam phisicam, et realem dupliciter sumere. 1º pro illa quę receptiva est frārum. 2º pro illa quę solum est terminativa productionis actualis, et virtutis productivę. 1a communiter a Deo relegatur ob imperfectionem quam afert, neqȝ requiritur, ut trūs producatur, ñ sidaremus entitatem creatam, quę forte possibilis est impotentem aliquid recipere, posset adhuc imo deberet a Deo produci. 2a vero pōa requiritur, ut trūs producatur, eamqȝ libenter damus in Personis Divinis productis, ñ quęlibet perfectam entitatem positivam est potens terminare, de facto qȝ terminat activam productionem.

Obiicies 3º. eadem est pōa quā pater potest esse Pater, et quā potest filium generare: sed pōa quā potest esse Pater ñ est realis, et phisica, sed tantum logā: ergo pōa quā potest generare filium ñ est realis, et phisica, sed tantum logā. cōa patet maior videtur certa. minor pr, qª Pater nequit esse Pater vi alicuius phisicę pōę, cum impossibilis sit quę vis phisica pōa quę terminetur ad illum. Pater enim est improducibilis.

Respondetur hoc argūtum esse fallax ut in simili patet. eadem est pōa quā Deus potest esse Deus, et quā potest creaturas producere: sed pōa qua potest esse Deus ñ est realis, et phisica, sed tantum logā. ergo pōa quā potest creaturas producere ñ est realis et phisica, sed tantum logā. q͂ consequens nullus admitet. minor pr, qª Deus nequit esse Deus vi alicuius phisicę pōę, cum impossibilis sit quę vis phisica pōa quę terminetur ad Deum. est enim Deus realiter improducibilis sicut Pater.

Nunc

Nunc infra respondetur omissa maiori distinguendo minorem. pōa qua Pater potest esse Pater n̄ est realis, sed phisica respectu Patris concedo minorem. et hoc tantum convincit eius probatio. n̄ est realis et phisica respectu filij nego minorem. et simul cōam. sicut pōa quâ Deus potest creaturas producere n̄ est realis et phisica respectu Dei, qª n̄ tendit ad producendum realiter Deum; at est realis et phisica respectu creaturarum, qª tendit ad illas realiter producendas. eadem igitur ipsissima pōa

Eadem igitur ipsissima pōa, quę dat Patri esse Patrem, dat filio esse filium; diversimode tamen, qª Patri formaliter essentialiter et absq3 distintione reali dat esse Patrem, at filio dat quasi effective, qª producit realiter illum, et adeo realiter distinguitur. unde fit, talem pōam esse phisicam respectu filij, n̄ respectu Patris. hoc idem cernitur in pōa Divina creaturarum productiva, quę formaliter Deo confert esse Deum potentem producere creaturas, effective tamen dat creaturis q̄ producantur a Deo, propterea q3 talis pōa vocatur phisica respectu creaturarum, n̄ respectu Dei.

Sed adverte q̄ ex parte Patris n̄ solum datur pōa phisica, sed etiam loḡa respectu filij. patet qª pōa loḡa consistit, in eo q̄ nullum detur impedimentum ad producendum: sed ex parte Patris nullum datur impedimentum ad producendum filium. ergo ex parte Patris datur loḡa pōa respectu filij producti. idem observes in Patre, et filio respectu Spiritus Sancti, quem producunt. sicut enim insurget idem argūtum, ita etiam aplicari debet eadem solutio. negabat Aureolus phisicam pōam, et loḡam solum admitebat. nos loḡam quidem admitimus, sed phisicam ulterius damus.

Preterea notes, Patrem in ratione Patris actualiter generantis, et producentis filium constitui. per generationem, seu

seu productionem activam realiter secum identificatam, de qua supra diximus. iam ergo quando dicitur Patrem non esse Patrem vi alicuius Phisicae potentiae, non intelligendum est, quod ea physica potentia sit in ordine ad generationem, vel productionem activam, sed in ordine solum ad terminum, et ad passivam eius processionem: non ut infra dicetur in Patre non est potentia, qua realiter, et physice producat generationem activam. 4° alia Recentiorum argumenta saepe 3um.

Nonnulli R.R. parum aut nihil fidentes rationibus oppositis, et solutis, quae communiter in favorem Aureoli solent afferri, cogitarunt alium modum, quo sententiam illius defenderent, ad eum autem clarius proponendum supponamus id quod ab eis supponitur, et mihi verissimum est, videlicet potentiam generativam Patris consistere in sola eius relatione, nec non et identificare secum realiter activam generationem, vel productionem, quae similiter consistit in solo relativo. idem de potentia spirativa: consistit enim in illa sola relatione spiratoris, quae communis est Patri, et filio, secumque realiter identificat spirationem activam quae sita est etiam in ea relatione. loquor autem hic de potentia generativa et spirativa, quatenus praecise productiva, non autem quatenus communicativa propriae respectu sitae non est ad rem, quam controvertimus in praesenti.

Iam igitur ex eo quod activa productio Patris, vel realiter identificetur cum virtute productiva, conantur hij Doctores servare, quod ea virtus non sit physica potentia non solum respectu productionis activae sicut infra dicetur, et modo supponitur, sed etiam respectu termini producti. in hunc ergo finem sic obiiciunt. intelligi nequit, aliquam virtutem esse Phisicam potentiam respectu termini producti,

producti, quin talis sit respectu productionis: at virtus quâ Pater filium producit non est phisica potentia respectu productionis. ergo neque respectu filiationis, quae terminus productus est. minor probatur, quia ea virtus realiter identificatur cum productione. ergo nequit esse phisica potentia respectu productionis; ad hoc enim opus erat ut realiter distingueretur a productione sicut a filiatione distinguitur.

Haec tamen doctrina falso nititur fundamento, quod quasi gratis assumitur. nam sicut optime stat, terminum illius virtutis esse realiter distinctum, et realiter productum, quin activa productio sit realiter distincta, vel realiter producta, sic optime stat, quod ea virtus sit potentia phisica respectu termini, non respectu productionis. maxime cum potentia phisica nequeat esse realis nisi per ordinem ad terminum realiter distinctum, et quem realiter producere possit. et eo ipso talis sit quod respiciat terminum realiter distinctum, et realiter productum aut producibilem. et quidem si daretur entitas creata quam possibilem iudico, per se ipsam producens, esset phisica potentia respectu effectus, licet non respectu productionis. ergo non implicat potentia phisica respectu termini producti, quamvis non sit respectu productionis. [illegible] licet potentia generativa, vel spirativa non sit phisica respectu processionis activae, talis tamen est respectu passivae sicut infra dicetur.

Sed instant 1º actio creata, licet realiter distinguatur a termino, et sit illo natura prior, terminus quasi realiter, et phisice pendeat ab illa a priori, non est adhuc phisica potentia termini, non alia de causa nisi quia est actus suus producendi terminum. ergo cum Paternitas sit actus suus producendi filiationem, non erit potentia phisica respectu illius, quamvis realiter distinguatur, et origine sit prior filiatione, pendeatque realiter et phisice filiatio a Paternitate a priori.

Respondetur negando assumptum. nam ratio legitima

legitima est q^a talis actiō n est virtus productiva tri, sed solum
ratio f̄ralis, per quam virtus realiter distincta prorrumpit in
actum; ac Paternitas utrumq; habet, sicut haberet ea causa
creata, quam possibilem iudico producens per seipsam, quae
sane simul esset actus 2us producendi, physicaq; pōa respectu
tri producti. patet hoc etiam in materia, quae licet de facto
per unionem realiter distinctam copuletur frae corporeae, tamen
aliqua possibilis est, quae per seipsam uniatur, simulq; sit pōa
physica recipiendi frām, et actus 2us, vel actualis receptio. simi
liter ergo stare poterit, q aliquid sit actus 2us efficiendi, simul
q; pōa physica respectu tri effecti. denique probat hoc argūtum
rem absurdissimam, videlicet Patrem n esse prium filij, vel n
habere virtutem ad illum producendum. illatio patet, n. in cre
atis etiam actiō n est prium, seu effectiva virtus, sed ratio fralis,
qua prium, et virtus operantur.

Instant 2o; quamvis unio terminetur ad extrema
realiter distincta, n est pōa physica ad uniendum, eo q sit
actualis ratio uniendi. ergo licet Paternitas terminetur ad
filiationem distinctam producendam, n erit pōa physicé pro
ductiva illius, eo q sit actualis ratio producendi.

Respondetur ideo unionem n esse physicam pōam
ad uniendum, q^a unire, n distinguitur realiter ab unione,
cùm unio per seipsam uniat; at filiatio realiter distingui
tur a Paternitate. potest ergo Paternitas esse pōa physica fi
liationis.

Instant 3o. Paternitas, ut est productio filiationis,
aequiparatur in omnibus cum actione creata, praeterquam
in eo, q actio creata habet sui prium, n autem habet ac
tiva productio: sed si actio creata n haberet sui prium, n esset
pōa physica, sed praecisé ratio fralis producendi. ergo Paternitas
n est pōa physica, sed praecisé ratio fralis producendi filium.

Ante

Ante solutionem adverto q̄ potest obiectio loqui de actione creata realiter distincta, vel identificata realiter cum prīo, ñ utraq; possibilis est. hoc autem est inter utranq; discrimen q̄ realiter distincta dari nequit sine prīo sui, quoniam essentialiter est ratio frālis, per quam ipsa, nec ñ et illius trūs producitur à eodem prīo realiter distincto. quae vero realiter identificatur cum prīo ñ habet, nec habere potest idem prīum cum trō, q̄a ñ distinguitur a prīo sicut trūs. unde prīum illud ñ erit tale respectu actionis et trī.

Nunc ad argūtum respondetur, omissa maiori, negando minorem q̄a bene stat actionem creatam ñ habere idem prīum, ac habet trūs, et adhuc habere pōam phisicam respectu trī. q̄d eveniret in eo casu, quo prīum operaretur per se ipsum: esset enim actio sine prīo sui, cum tamen esset ratio frālis, et pōa phisica respectu trī producti. q̄ si loquatur obiiciens de actione creata realiter a prīo distincta, supponasq; perseverare sine sui prīo, q̄d est proršus impossibile. fateor, q̄ illa tunc esset phisicè ratio frālis producendi, ñ virtus productiva, q̄a per se ipsam ñ habet esse virtutem, et rationem frālem; at Paternitas, utrunq; habet, q̄a simul est virtus productiva, et ratio frālis producendi. tee ceteris instantijs fit satis caput 4um.

Duplex adhuc restat instantia. 1a est. ñ S. Thomas, et cum eo ceteri theologi, purum actum in omni linea preferunt potentialitati. ergo quia iudicant potentialitatem in quavis linea dicere imperfectionem, et conseqūenter à Deo esse relegandam. ergo etiam in linea producendi concedendus est Deo purus actus producentis, et excludenda quelibet phisica pōa in ordine ad producendum.

Respondetur Divinas perfectiones in duplici

3° non terminus productus vel producibilis nequit esse quid absolutum, sed sola relatio. ergo similiter principium quo producens, aut producere potens nequit esse quid absolutum, sed debet esse sola relatio. antecedens est certum quia nihil absolutum est producibile vel productum, quamvis producatur relatio, quin et identitas relationis cum absoluto. consequentiam probo non ex duplici capite negatur quod absolutum producatur in filio. tum quia Deitas vel essentia non generatur, ut inter omnes theologos convenit. ubi nomine Deitatis vel essentiæ venit quidquid est absolutum in Deo: sed eadem certitudine constat, essentiam, vel Deitatem non generare, ergo sicut absolutum excluditur a ratione termini solum quod relativum admittitur, ita solum relativum est admittendum, et quod vis relativum excludendum a ratione principij. tum caput est ne si producatur distinguatur a principio producente: sed eadem ratio probat non esse principium producens ne distinguatur a termino producto. cum non minus requiratur distinctio principij producentis a termino

atro producto, quam t'i producti a prio producente. ergo d'a. 4to duplex obiectio caput 5um.

Contra istam conclusionem innumera proponuntur, et urgentur argu'ta quorum precipua dicemus. Sum iit. absoluta perfectio residens in Patre, distinguitur virtualiter a relatione filij. ergo potest esse prium productivum illius. ans supponitur modo, et p'r co'a. q' distinctio realis virtualis equivalet in omnibus distinctioni reali frali, et actuali, preterquam in excludenda identitate reali. quare perinde se habent extrema distincta virtualiter, ac si frâliter et actualiter distinguerentur: sed si hoc modo distinguerentur absoluta perfectio Patris, et relativa filij, posset absoluta esse prium relative. ergo de facto potest.

Respondetur concesso ant'i negando co'm. ad probationem dices q' cum productio unius Persone ab alia n' sit virtualis sed realis, n' sufficit virtualis distinctio sed realis est necessaria. neg'q verum est distincta virtualiter se habere in ordine ad omnia munia perinde ac si realiter distinguerentur, tantum enim ita se habent in ordine ad suscipienda predicata contradictoria, presertim que cognoscimus ex fide, sicut supra notabam, et infra dicemus ex professo.

Et quidem si virtualis distinctio sufficeret in ratione distinctionis ad productionem realem, essentia produceret realiter Paternitatem, a q^a virtualiter distinguitur, et aliquo modo supponitur ad illam. cur ergo n' producit? dices q^a constat oppositum ex authoritate omnium theologorum fateor, sed rationem inquiro cur theologi

Theologi nituntur in eiusmodi productione deneganda, certe n̄ est alia quam identitas realis inter essentiam et Paternitatem licet admissa virtuali distinctione. similiter Paternitas pro supponit essentiam, et cetera predicata absoluta prout existunt in filio n̄ ab his predicatis virtualiter distinguitur, et adea prout existunt in filio, presupponitur aliquo modo.

Denique si semel admittatur n̄ esse necessariam distinctionem realem actualem inter principium et terminum sed sufficere distinctionem virtualem, n̄ erit ratio cur Pater distinguatur realiter actualiter a filio, q^a n̄ est assignabilis alia preter oppositionem producentis et producti. dicere vero, generationem activam Patris necessario distinguendam, et inde Patrem a filio debere distingui, n̄ valet: q^a n̄ est cur activa generatio distingui debeat si semel dicatur generativam potentiam identificari posse. q. enim primario distinctionem fundat n̄ est productio, sed virtus productiva.

Cum arguitur. n̄ requiritur ut principium quo realiter distinguatur a termino. ergo nullum est fundamentum ex quo dicatur, solam relationem esse principium quo. patet consequentia. probatur antecedens q^a satis est ut principium quod distinguatur illud videlicet cui tribuitur operatio, et quod utitur principio quo tanquam instrumento, n̄ sic absolute verificabitur, dari distinctionem realem inter principium producens, et terminum productum.

Respondetur negando antecedens. ad probationem nego antecedens n̄ utrumque principium distingui debet, imo quod formaliter distinctionem fundat est principium quo. principium vero quod solum denominative participat distinctionem a principio quo: n̄ sicut totum suppositum est potens producere ratione potentie quam includit, ita distinguitur ratione distinctionis quam habet ipsa potentia. quare sicut potentia formalissime dicit virtutem, a qua suppositum denominatur potens producere sic formalissime dicit distinctionem, vi cuius suppositum in ratione producentis denominatur distinctum. est enim

enim verissima semper haec propositio quod suppositum potest produ
cere se tum realiter distinguitur a se .. infitas. idem prium
quod deberet a se realiter distingui, quia praesupponendum est
ante se tum; sed quamvis realiter non distinguatur potest praesuppo
ni. nullum ergo superest fundamentum ad eam distinctionem.
consequentia patet et maior videtur certa quia non alio fundamento nititur
oppinio docens nihil posse producere se ipsum, nisi quod produ
cens debet ad productum supponi, et nihil ad se praesupponi posset.
minor probatur quia tota entitas Patris et identitas relationis Paternae cum
absolutis praedicatis est ante filium. ergo absoluta praedicata
prout in Patre sunt ante filium: sed adhuc identificantur cum
filio. non igitur obstat identitas realis absolutis praedicatis cum
filio, quominus absolutum praedicatum sit ante filium.

Respondetur negando maiorem quia dis
tinctionem Patris a se minime probavimus ex eo quod praesupponi de
beat ante se tum, sed quia virtus generativa Patris vel non sit eius
relatio, distincta realiter a filio, et Spiritu Sancto, sed aliquid ab
solutum, et commune singulis Personis omnes poterunt gene
rare, quin et actualiter generabunt. idem proportione ser
vata de virtute spirativa. nec urget maioris probatio non in phi
losophia docui, ut supra quoque iam insinuavi, quod potest entitas ut
existens ab alio per veram actionem adequatam, rursus produ
cere se ipsam. in quo casu praesupponetur eadem entitas, ut exis
tens per alienam actionem, ad se ipsam ut actione propria
producendam. ex hoc ergo capite non repugnaret absoluta
praedicata quae existunt in Patre praesupponi ad se quâ situra
in filio, producere quoque non iam se ipsam, sed relationem filij
virtualiter distinctam, licet realiter identificatam. tertio aliis obiec
tionibus respondetur capite 1um.

Denuo sic obiicies 1° quamvis p̃oa generativa communis esset omnibus Personis n̄ constitueret illas potentes generare. nu lla igitur est potissima ratio qua nititur ani p̃r n̄ voluntas gene randi filium est communis omnibus personis, et tamen ear̄ constituit volentes generare, cum id inpossibile sit, ergo licet p̃oa generativa communis esset n̄ constitueret omnes personas generare potentes.

Respondetur potius argūtum esse pro nobis, n̄ illa com munis voluntas amat filium a Patre generare, n̄ auten ab alia Persona: id̄ prevet suam denominationem omnibus Per sonis, cum omnes equaliter velint filium a Patre generari, n̄ auten ab alia Persona; ergo q̃a voluntas illa communis est om nibus Personis omnes eque volentes constituit ergo si p̃oa ge nerativa communis esset omnibus Personis omnes eque poten tes generare constitueret, unde negatur ani ad provationem distinguenda est maior et minor, etenim ea voluntas est q̃ solus Pater generet, et omnes Personas constituit, et deno minat eque volentes, q̃ solus pater generet.

Sed poterit urgere, sicut ea voluntas denominat Spiritum Santum volentem, q̃ solum Pater ge neret, ita p̃oa generativa, licet sit in Spiritu Sancto deno minabit illum potentem, q̃ solus Pater generet. Respon detur negando asũptum q̃a ita optime, q̃ in spiritu Sancto detur voluntas illius actionis, quam prestat solus Pater ac omnino repugnat in Spiritu sancto reperiri virtutem adequate generativam, quin ipse Spiritus Sanctus generare possit cum posse ut tum generare vel producere n̄ sit aliud quam habere virtutem generativam, aut productivam.

Insistes adhuc p̃oa generativa prout residens

residens in Patre habet in productionem filij exercitium
sui adequatum, et infinitum; ergo licet transferatur ad
Spiritum Sanctum, nequibit iterum exerceri.

Respondetur me nunquam intendisse
quod si pòa generativa sit communis Spiritus Sanctus iterum
generabit vel poterit alium filium generare, sed quod et gene
rare poterit, et actu generabit eundem filium, quem gene
rat Pater. nam sicut omnipòa quae communis est omnibus Per
sonis, licet prius sit in Patre, mox in filio, postmodum in
Spiritu Sancto denominat eque potentes creare, quin et
actu creantes eundem Angelum, et per eandem omnino ac
tionem, ita si pòa generativa communis est omnibus Per
sonis, licet prius sit in Patre quam in filio, vel Spiritu Sanc
to denominabit omnes eque potentes generare, quin et ac
tu generantes non diversum, sed eundem filium quem gene
rat Pater.

Obiicies 2°. Deitas est sufficientia ut existat Paterni
tas: sed Paternitas est activa generatio filij, ergo Deitas
est pòa generativa filij. probatur conseqa nam id quod est sufficientia ut existat
productio est pòa productiva rei. respondetur distinguendo
maiorem Deitas est sufficientia phisica, ut existat Paterni
tas nego maiorem. est sufficientia logica concedo maiorem.
quia Deitas non producit Paternitatem ut supra diximus, sed
ad summum eam infert. unde concessa minori nego conseqam.
ad probationem dic sufficientiam phisicam, ut existat pro
ductio rei esse pòam rei, non autem sufficientiam logicam. et
quidem si Deitas esset phisica sufficientia Paternitatis cum
Deitas sit in Spiritu Sancto, iam Spiritus Sanctus esset prius
phisicum Paternitatis, et consequenter ipsius Patris, cum ex
unius predicati productione denominetur tota Persona
absolute producta.

Obiicies

Obiicies 3.º verbum Divinum procedit per intum, et Spiritus Sanctus per voluntatem, ut communiter dicitur, igitur verbum non procedit per relationem Paternitatis, nec Spiritus Sanctus per spirationem activam Patri, filioque communem. respondetur verbum procedere per intum tanquam per prium communicativum, et Spiritus Sanctus per voluntatem, ut infra dicetur. hic autem solum est sermo de prio productivo.

Obiicies 4.º sequitur ex nostra sententia prium quod non distinguitur a prio quo. nam relatio propria Patris est prium quo productivum. cetera vero predicata sunt prium quo communicativum. ergo nihil est in Patre distinctum a prio quo ratione cuius constituatur in linea prii quod.

Respondetur quod licet absoluta perfectio simul cum relativa constituat in Patre prium quo, et quod, tamen hoc diversimode contingit, ut aliqui notarunt, quia prium quo dicit utranque perfectionem in recto, prium vero quod absolutam afert in obliquo, relativam autem in recto. vel dic, prium quo productivum aferre relationem Patris, sub conceptu virtutis generative, prium vero quod eandem relationem afferre sub conceptu subsistentie, qui distinctus est a conceptu virtutis ut infra dicetur. preter hoc autem est et aliud discrimen in Patre, et filio respectu Spiritus Sancti. nam Paternitas et filiatio pertinent ad prium quod illius, non autem ad prium quo productivum, seu communicativum. 4.º reliquis argumentis fit satis capite 8um.

Alia restant argumenta diluenda. tum. omne generans operatur solum media illa forma seu virtute, in qua terminus genitus

genitus asimilatur illi: sed filius Divinus, n͠ asimilatur Patri, quo ad propriam Patris relationem, cum in ea potius discriminetur. ergo Pater n͠ operatur media sua relatione, sed medio aliquo absoluto predicato, in quo filius asimilatur illi.

Respondetur negando maiorem q͠a licet generans operari debeat media virtute in qua trùs asimiletur illi, n͠ tamen requiritur ut excludatur omne aliud priùm in quo trùs n͠ asimilatur. iam igitur ex parte Patris datur principium in quo filius asimilatur Patri, videlicet communicativum, q͠ in absoluta perfectione consistit. n͠ ergo repugnat, ut preter hoc priùm communicativum detur aliud productivum licet in eo filius n͠ asimiletur Patri, q͠a n͠ opus est ut asimilatio contingat in omni prio. et quidem sicut filius ex vi generationis asimilatur Patri in natura, vel in alio quovis absoluto predicato, quanvis nihil absolutum sit trùs fr͠aliter productus, sed ad summum communicatus, ita asimilatur ex vi generationis prio, quanvis nihil absolutum sit, priùm quo productivum, sed mere communicativum.

2um argutum. prescisso quovis absoluto manente q͠ solo relativo Patris, n͠ maneret virtus adequate productiva qua talis ergo solum relativum n͠ est virtus adequate productiva Patris. cons͠a patet ans͠ ostenditur, q͠a sequens in ea hypotesi pater filium produceret. q͠ nequit admitti.

Respondetur negando ans͠, et eius probationem. q͠a licet maneret tota virtus productiva, tamen esset impedita defectu principij communicativi. quare n͠ est mirum q͠ Pater tunc n͠ produceret filium. pendet enim productiva virtus a communicativa, et e contra. sicut trùs in ratione producti pendet a communicatione pasiva et e contra.

3um argutum. verbum est trùs ab intus productus, et amor est trùs productus a voluntate, ut patet in creatis. at

at filius est verbum, et Spiritus Sanctus amor. ergo filius est
trus ad intu Patris productus. et Spiritus Sanctus est amor pro
cedens a voluntate Patris, et filij. Respondetur 1° q licet in
creatis verbum producatur ab intu, et amor a voluntate, n̄ ta
men id esse de communissimo conceptu verbi, et amoris, qa satis
est ut verbum habeat intum, et amor voluntatem pro communi
cativo prio. qd q sit de productivo. melius tamen 2° respon
detur filium, et Spiritum Sanctum, n̄ esse verbum et amorem
2um id quo terminant productionem, qa nec relatio filij
verbum est nec Spiritus Sancti relatio est amor. unde n̄ oportet
ut qua producuntur, respiciant intum, et voluntatem.

4um argutum. aliq absolutum est
trus fralis generationis. igitur aliquid absolutum est prium
quo productivum generationis. ans ostenditur qa Deitas est
trus fralis generationis: etenim fralis trus generationis est per
fectior simpliciter omni eo, q per generationem habetur.
at perfectior in omnibus, que filius per generationem ha
bet est Deitas. ergo Deitas est fralis trus generationis.

Respondetur distinguendo ans aliq absolutum
est trus fralis productus nego ans. trus fralis communicatus
concedo ans, et nego coam qa potius infertur nihil absolutum esse
prium frale productivum, sicut nihil est trus fralis productus.
ad antecedentis probationem nego Deitatem esse trum fralem
productum, sed communicatum. neqz verum est trum fralem
actionis esse id perfectius, q intro reperitur. n̄ anima ratio
nalis est perfectior omnium que reperiuntur in homine, ne
qz tamen est trus fralis actionis, qua generatur homo. ratio
est qa trus fralis actionis est illud solus quirationem ius produci
tur per talem actionem. omitto q aliquibus placet videli
cet Deitatem eo q sit primarium et nobilius predicatum
in supposito producto, induere rationem fris vel quasi fris

fre respectu illius.

Ultimum argutum. si per impossibile Deus produceret alium Deum, esset Deitas, et non relatio prium quo producti vum. ergo defacto est. pr cõa. n in eo casu Deitas producens alium Deum esset imperfecta. siquidem se communicaret suo producto per realem sui communicationem; at modo cum se communicat suo producto per identitatem realem, et servata unitate singulari, est summe perfecta. ergo defacto non caret ratione prij quo productivi, quam tunc haberet. pr cõa, quia maior perfectio quae defacto datur in Deitate nequit ab ea tollere rationem prij quam tunc haberet.

Respondetur omisso ante negando cõam, quia tunc Deitas esset distincta realiter ab alio Deo, proindeque defectu distinctionis non repugnaret illum producere. defacto vero non distinguitur a suo qui producitur in filio, vel Spiritu Sancto proindeque nequit esse prium productivum illius. ad cõe probationem concessa maiori, et minori negatur cõa. cuius probatio debet etiam negari. quia sicut maior perfectio, quae defacto reperitur in Deitate facit, ut non distinguatur a suo producto, sic etiam facit ut non sit prium illius. tum sola perfectio absoluta est prium quo communicativum. caput gum.

Ad explicationem huius conclusionis advertas duplex esse prium communicativum. aliud efficienter, vel active, aliud formaliter. prium efficienter communicativum est illud quod producit actualem communicationem, sive haec sit unio, sive identitas

identitas, vel quo quam aliud. v.g. igni dicitur primum active com
municativum caloris in manu, quia producit unionem, per quam
formaliter, et actualiter calor communicatur manui. primum forma
liter communicativum est illud quod rei ipsa se communicat per ex
hibitionem sui, v.g. calor per unionem sui communicatur, et
exhibetur manui. sicut ergo duplex est primum calefactivum,
aliud efficienter, et aliud formaliter, nam ignis est primum efficienter
calefactivum, et calor formaliter, ita duplex est primum communi
cativum aliud efficienter, et aliud formaliter.

Hinc est, ut sicut huic duplici primo calefacti
vo respondet duplex calefactio, sic illi duplici primo communica
tivo respondet duplex communicatio, quae se habent ut ratio formalis,
vel exercitium illius. alia quippe est effectiva calefactio alia formalis.
effectiva est actio, quae terminatur ad formalem calefactionem, vide
licet unionem per quam subjecto communicatur calor. calefactio
formalis est ipsa unio, vi cuius calor actualiter, et formaliter exhibetur,
et communicatur subjecto. 1a calefactio est exercitium ignis. 2a ca
loris. 1a denominat ignem active calefacientem. 2a denominat
calorem formaliter calefacientem. 1a essentialiter est actio, quoniam
est exercitium agentis qua talis; 2a non est actio sed unio, quoniam
est exercitium formae, ut informantis. unde si per impossibile, nulla
daretur actio, dummodo daretur unio caloris cum subjecto, daretur
calefactio formalis non effectiva. ~~[illegible]~~

In hunc ergo modum excogitabilis est duplex commu
nicatio, alia effectiva, et alia formalis. effectiva est actio, quae termi
natur ad communicationem formalem; at formalis est ipsamet actua
lis communicatio. v.g. cum ignis calorem inducit in manum,
actio qua introducitur calor intra manum est effectiva commu
nicatio, quia terminatur ad unionem per quam calor manum
informat, et calidam reddit, ipsa tamen unio est communicatio formalis,
quia per illam formaliter calor est in manu. 1a communicatio est

est exercitium ignis ut communicanti calorem. 2a est exercitium caloris ut exhibenti se. 1a denominat ignem activé communicantem calorem. 2a denominat calorem se formaliter exhibentem, et communicantem. 1a communicatio est actio 2a est unio.

Hec licet ad modum loquendi pertineant. valde conducunt ad presentem dificultatem explicandam, que tanc perobscuré tractatur ab Autoribus eoque non clare distinguant hoc duplex communicativum prium; iam ergo mihi certum est eandem relationem Persone producentis, quam supradiximus esse prium quo productivum, etiam esse prium efficienter, vel activé communicativum. ratio est quia Paternitas usque dum producit filiationem, producit etiam identitatem filiationis cum intellectione. que identitas est actualis communicatio intellectionis filiationi: sed prium producens actualem communicationem est efficienter communicativum. ergo Paternitas est prium efficienter aut quasi efficienter, vel activé communicativum intellectionis filiationi. totus discursus patet. idem dicendum de activa spiratione.

Vnde fit, ut sicut Paternitati quà virtus est productiva filiationis, respondet duplex productio, altera activa ex parte Patris, et alia passiva ex parte filij, sic eidem Paternitati, qua prium est efficienter communicativum respondere debet duplex communicatio quasi efficiens alia activa ex parte Patris communicantis, et alia passiva ex parte filij, cui fit communicatio.

Notes vero quod identitas filiationis cum absolutis predicatis non est adequata communicatio, sed partialis et incoata; nam ut supra quaest. 1a cap. 5o dixi, relatio identificatur cum absoluto, et absolutum cum relativo, per identitatem partim se tenentem ex parte relationis, et partim ex parte absoluti. ex quo sequitur, Paternitatem producendo

producendo filiationem ñ producere totalem identitatem sui cum absoluto, sed partialem tantum, quamvis incoata, eo q illa posita necessario detur alia partialis identitas. unde Paternitas ñ est absolute vocanda prium active communicativum, sed tantum partialiter, et incoative. notes preterea, vi huius active communicationis, ñ minus communicari filiationem intellectioni, quam intellectionem filiationi, ñ identitas illa per paternitatem producta, ñ minus est partialis identitas filiationis cum intellectione, quam intellectionis cum filiatione.

Rursus est mihi certum, q absoluta perfectio, et relativa sunt pria fâliter communicativa. ratio est qa prium fâliter communicativum est q media communicatione fâli, se exhibet alteri: sed absoluta perfectio per identitatem, que habent rationem communicationis fâlis exhibet, et communicat se perfectioni absolute et econtra. ergo tam absoluta quam relativa perfectio sunt pria fâliter communicativa. confirmo. ñ in communicatione phisica utrunqz extremum vocatur prium fâliter communicativum, eo q adinvicem nectitur per unionem. ergo a fortiori in methaphisica communicatione, que fit per identitatem. patet, qa plus extrema communicant sibi per identitatem, quam per unionem. confirmo preterea. ñ in hoc sensu dicimus, animal in Petro se fâliter communicare rationali, et econtra, qa scilicet inter hec predicata datur identitas.

Sed advertas, hanc fâlem communicationem reperiri ñ solum in filio, et Spiritu Sancto, sed etiam in Patre. ratio est qa consistit in identitate reali perfectionis absolute cum relativa, et relative cum absoluta: sed hec identitas ñ minus reperitur in Patre, quam in filio, vel Spiritu Sancto, ergo &a. unde fit paternitatem esse prium fâliter communicativum in hoc sensu. rursus advertas, inter absolutas perfectiones reperiri communica=

communicationem istam formalem eoque identificetur interse. demum advertas; vi huius communicationis formalis, non solum in terse communicari perfectionem absolutam, et relativam, sed etiam supposito quod ex utraque resultat. ratio est quia non minus sed magis identificantur illae perfectiones cum toto supposito quam interse.

Haec attenta generali significatione vocum, et qua praescindit a misterio trinitatis, vel quavis alia materia dicta sint. in alio neque sensu D.D. usurpant in praesenti communicativum primum, videlicet pro eo quod praeexistens in Persona producente se communicat per identitatem formalem seu Personae productae. sub qua usur[pa]tione.

Dicendum est solum praedicatum absolutum (modo non discutio quod non illudit, et an formaliter unum, et materialiter alterum communicetur de quo postea) esse primum communicativum. ratio est quia solum praedicatum absolutum est quod praeexistens in Persona producente se communicat per identitatem formalem, vel Personae productae. constat autem ex capite 5.º quaestionis illius necessitate quod identitas huius absoluti cum relativo, est passiva communicatio, vi cuius absolutum formaliter, et actualiter communicatur relativo. ubi quod sit haec identitas explicui. nec aliud in quaestione pure de nomine addendum occurrit. quia tamen patitur haec doctrina non nullas difficultates in subsequenti capite discutiam .quae non nullae difficultates caput est 10 um.

Primarie. Pater in hoc differt a filio, quod communicet intellectionem filio, nec accipiat eam communicandam a filio. filius accipiat intellectionem a Patre, neque eam accipiat Pater

Pater a filio, ergo ratio fr̄alis qua Pater communicat intellectionem filio ñ est identitas intellectionis cum filio, patet ꝗ in hac identitate cum filiatione convenit Pater cum filio, neqꝫ tamen convenit in ea communicatione. falso ergo diximus, intellectionem, ut identificatam filio esse prium fr̄aliter communicativam filij.

Plura hic discursus involvit quę sunt evolvenda. fateor Patrem communicare filio intellectionem, quam a filio ñ accipit communicatam. nihilominus Pater cum diversas sui perfectiones diversimode communicat hanc intellectionem filio. ñ vi paternitatis communicat activé cum per Paternitatem producat realiter filium; at vi suę intellectionis communicat fr̄aliter, quatenus intellectio pręexistens in Patre, traducitur per identitatem ad filium. unde cum filius ñ producat realiter Patrem, nihil ei activé communicat. cum qꝫ nihil absolutum existens in Patre, pręexistat, sed potius subsequatur in filio, nihil fr̄aliter communicat filius Patri.

Hinc dato anti distinguendum est cons. ergo ratio fr̄alis quā Pater activé communicat intelectionem filio, ñ est identitas intellectionis cum filio. concedo coām. ratio fr̄alis quā fr̄aliter communicat intelectionem filio, ñ est identitas intelectionis cum filio. sub distinguo, ñ est identitas precisé concedo coām ñ est identitas intelectionis, ut pręexistentis in Patre nego coām. qa fr̄alis communicatio ñ est identitas ut cunqꝫ sed identitas pręđicati pręexistentis in alia Persona sicut iam diximus.

Neqꝫ verum est ꝙ Pater absolute conveniat cum filio in identitate cum intelectione. ꝗ identitas hęc in utroqꝫ consistit extremo. quare sicut Pater in relatione ñ convenit sed difert potius a filio, sic in identitate cum intelectione ñ

n̄ convenit, quoniam identitas haec includit partialiter relationem, et ut hoc totum distinguatur, et diferat ab illo, sat est includere partem diversam. unde constat nihil ex hoc arguto contra nos concludi.

2a difficultas. omnis communicatio est mutua sicut, et omnis identitas. ergo sicut intellectio, quae se communicat per identitatem filio est prium communicativum filij, sic erit filiatio, quae se communicat etiam per identitatem filio. sed facile respondetur ex dictis communicationem, ut in presenti sumitur, n̄ esse mutuam, quia licet sit identitas, n̄ tamen est identitas precisè, sed identitas perfectionis iam preexistentis in alia Persona. quare sicut optimè stat filiationem et intellectionem in filio realiter identificari, quamvis in Patre n̄ preceserit filiatio, sed intellectio, sic stat optime quod intellectio communicetur filio, n̄ tamen filiatio.

3a difficultas. prium in communi distingui debet realiter ab eo cuius est prium: nihil absolutum distinguitur realiter a filio. ergo nihil absolutum est prium communicativum respectu filij. Respondetur distinguendo maiorem. prium phisicum. concedo maiorem. prium methaphisicum nego maiorem. quia hoc potius identificari debet cum eo cuius est prium, n̄ eatenus prinsipiat, quatenus identificatur. ut patet in animali, quod est prium methaphisicum hominis per identitatem. iam igitur absoluta predicata sunt pria methaphisica Personae cui communicantur.

4a difficultas. ideo predicatum absolutum est prium communicativum filij, quia prius est filio, cui se communicat per identitatem: etiam filiatio prior est filio, cui se communicat per identitatem. igitur etiam est prium communicativum filij. minor prob. quia filiatio est pars methaphisice constituens filium: omnis pars est prior toto constituto

constituto. ergo etc. respondetur distinguendo maiorem, quod prius est praecisive nego maiorem; quod prius est in Persona producente concedo maiorem. omitto ergo filiationem, ut pote partem esse priorem filio, nego tamen eam prioritatem esse sufficientem ad rationem prij communicativi, quia requiritur alia vicissim praedicatum, quod communicatur existat formaliter prius in Persona producente. quod tamen absoluto filij convenit et non relativo.

Huius doctrinae ratio est, nam prius communicativum de quo loquimur est unde processio dimanat, et vicissim eadem persona producens aliquid communicat tanquam producto. ergo praesupponi debet in Persona producente formaliter existens. omnis enim communicativa virtus sicut et productiva debet reperiri formaliter in Persona communicante, et producente, priusquam in actum suum communicationis, et productionis erumpat. unde duplex prioritas reperitur in absoluto praedicato comparatione filij. prior ut est pars filij. in qua convenit cum filiatione. 2a quatenus anterior ad filij processionem existit formaliter in Patre. et per hanc differt a filiatione. est ergo prius communicativum ratione huius 2ae prioritatis. 1o detractio formali virtutis per quam una Persona principiat aliam. quod ll. statuitur vera doctrina caputlum.

Sicut

Sicut in Divinis totum suppositum producens vocatur principium quod, ita totum suppositum productum vocatur terminus qui, et sicut ea perfectio quae formaliter est virtus productiva, seu communicativa dicitur principium quo productivum, seu communicativum, ita perfectio illa quae formalissime producitur, vel communicatur congrue dicitur terminus quo seu terminus formalis productus, vel communicatus. quaerimus ergo iam quisnam sit iste terminus?

Et sane licet in Persona quae procedit nullum detur praedicatum realiter distinctum ab alio, necesse tamen est in illa reperiri terminum formalem virtutis residentis in Persona producente sicut et illius activae processionis qua generat, vel spirat. ratio est quia nec virtus nec virtutis exercitium potest intelligi sine termino. quare valde displicent aliqui D.D. antiqui negantes omnem terminum quo, seu quod idem est, omnem terminum formalem Divinae virtutis, et processionis ad intra. quoniam, inquiunt, in persona producta, ubi deberet esse talis terminus non inveniuntur praedicata distincta realiter inter se. falluntur tamen, quia stante hac indistinctione, potest imo debet reperiri terminus formalis, ut ex dicendis amplius constabit.

Rursus advertas, eundem esse terminum formalem activae processionis et virtutis per quam unam Personam principiat aliam. ratio est quia in genere loquendo, quidquid est terminus virtutis, est terminus rationis formalis, per quam ea virtus exercetur. et e contra, quidquid est terminus huius exercitij vel rationis formalis est etiam terminus illius virtutis. unde perinde est rogare de termino virtutis, ac de termino rationis formalis per quam ea virtus exercetur. loquor autem expresse de activa processione, quia passiva proprie non habet terminum, eo quod cum illo realiter identificetur. unde cum in praecedentibus fuerit sermo de virtute ad intra, et de illius exercitio, merito subsequitur promiscua disceptatio de utriusque termino. maioris tamen claritatis gratia quem

qem instituimus de t.ᵒ virtutis. ad eius vero divisionem praeoculis habeatur communis ea divisio de virtute, seu prio quo tum communicativo, tum productivo.

Iam igitur statuo 1ᵒ. tus fralis prij quo, cum qe est virtus praecise communicativa, sicut et Divinae processionis quae praecise habet rationem communicationis est absolutum praedicatum, et nullo modo relativum. pr qᵃ tus fralis huius virtutis et processionis est illud solum qd pro producto communicatur ex vi processionis: at solum absolutum et nihil relativum tri communicatur ex vi processionis. ergo solum absolutum, et nihil relativum est tus fralis prij quo cum q est virtus praecise communicativa, sicut, et processionis illius, quae praecise communicatio est. totus discursus patet. neque modo discutio, an, et q communicetur ex vi fralis, vel ex vi materialis.

Statuo 2ᵒ: tus fralis prij quo cum q est virtus praecise productiva, sicut, et Divinae processionis quae habet rationem activae productionis est solum relativum, et non absolutum. pr non tus fralis huius virtutis et processionis, et est illud solum, q ratione sui producitur: at relativum, et non absolutum ratione sui producitur. ergo relativum, et non absolutum est tus fralis prij quo productivi, sicut et processionis, quae productio est. discursus est mihi certus nisi de voce contendatur.

Hinc infertur, adaequatum tum fralem Divinae virtutis et processionis, ex absoluto simul, et relativo componi. qᵃ tus adaequatus est qui resultat ex partialibus. fateor absolute loquendo fralem tum apud AA. non semel stare pro absoluto, non pro relativo. maxime cum expresse non fit mentio de t.ᵒ producto, vel communicato. qᵃ nomine ti fralis intelligunt, q praecipue intenditur a Persona producente: sed intenditur assimilatio, quae fit per absoluta praedicata ergo edᵃ. 1ᵒ argutis respondetur caput 2um.

Contra

Contra tam conclusionem obiicies. trus fr̃alis alicuius virtutis nequit esse fr̃aliter idem cum ea virtute: sed virtus communicativa consistit in absoluto. nequit ergo fr̃alis trus huius virtutis in absoluto consistere, secluso relativo. minor ex superiori questione constat ubi diximus prium communicativum in Divinis esse solam perfectionem absolutam maior videtur certa, quia prium et trus debent aliquomodo distingui. rursus inter virtutem, et trum mediat ratio fr̃alis, qua virtus erga trum exercetur; quae sane ratio virtutem respicit, ut trum a quo, trum autem erga quem exercetur, ut trum ad quem; at trus a quo debet esse distinctus a trō ad quem; ergo virtus alicuius tri debet aliquomodo distingui a trō.

Respondetur trum virtutis productivae necessario distinguendum a virtute, trum autem communicativae virtutis non distinguendum a virtute, nisi ad summum penes conotata. ratio est quia virtus fr̃aliter communicativa seipsam communicat, et exhibet: unde ipsamet est virtus communicans, et trus communicatus. hinc distinguenda est maior, cuius probatio si de virtute communicativa loquatur nihil convincit.

Fateor aliquid diversum esse conotandum a virtute communicativa, qua prium est, et qua trus, ut sic aliquale genus distinctionis ~~genus~~ detur inter prium, et trum fr̃alem saltem ex conotatis. id autem facile designatur, non absolutum predicatum, qua personam producentem connotat est prium communicativum, et qua connota productam est trus communicatus. ratio est non prium communicativum esse diximus in Divinis, quia praeexistens in Persona producente se communicat

communicat per identitatem personę productę.

Sed advertas hoc argumentum dicendum a pluribus existimantibus predicatum absolutum esse primum quo productivum, et terminum formalem illius esse naturam divinam, vel aliud absolutum. ex quo sic arguitur. illius difficultatis est in eo, quod terminus formalis identificetur realiter, vel per ipsum cum virtute producente, quam communicante, sed sum admittitur. ergo etc.

Obiicies preterea contra 2am conclusionem si terminus formalis virtuti generativę idem esset relatio filij non esset vnica filij processio, sed hoc est falsum. ergo etc. probatur non est processio si vni caque requiritur eius terminum assimilari principio, sed relatio filij non assimilatur virtuti generativę, ergo non assimilatur suo principio, consequenter quod non est vnica. minor probatur, quia virtus generativa Patris est paternitas relatio, cui non assimilatur relatio filij.

Respondetur virtutem generativam Patris dicere virtutem productivam, quę consistit in relativo, virtutem quod communicativam, quę consistit in absoluto. iam ergo licet relatio producta non assimiletur producenti, propterea quod processio qua productio non sit vnica, tamen absolute dicitur vnivoca propter communicationem, vi cuius terminus evadit similis principio, sicut in superioribus dictum manet. 1o an terminus formaliter productus sit vitalis quaestio 12.
Eligitur negativa sententia caput 1um.

Non

Non est dubium, quod terminus formaliter communicativus sit invitalis. ratio est, quia talis terminus est intellectio, quae verbo communicatur, et volitio, quae communicatur Spiritui Sancto. quare solum in praesenti controvertimus, an terminus formaliter productus, ea scilicet relatio, quam habent ex parte 2ae vel 3ae personae prout a caeteris praedicatis absolutis distincta, sit formalissime vitalis.

Henricus de Gandavo quodlibeto 6° quaestione 2a censuit eius modi terminum esse formalissime vitalem, et explicuit hac ratione. nam in Divinis agnovit duplicem cognitionem, et volitionem duplicem, alia quae sit cognitio simplex, alia vero quae sit conversiva, sive reflectens supra priorem. 1am speculativam. 2am practicam vocavit. cognitionem speculativam docuit esse communem omnibus personis, practicam vero notionalem, et propriam 2ae Personae. hinc defendere tenetur terminum formaliter productum in 2a Persona vitalem esse quoniam includit cognitionem illam reflexam. inde vero movetur ad hunc discursum, quod certissimum sit, verbo specialiter fieri quaecunque facta sunt, quod intelligi nequit, nisi verbum sit specialis praxis rei faciendae, cuius ius peculiari titulo dicatur in creaturas influere.

Similiter agnoscit hic Author in Deo duplicem amorem, alium simplicem, et alium quem reflexivum, vel impulsivum vocat, 1um docet esse communem omnibus Personis 2um vero notionalem, et proprium Spiritus Sancti quare tenetur dicere illum amorem includi in relatione propria huius Personae, et ex inde relationem esse vitalem. ad hoc autem inde movetur, ut commode possit explicari quod Deus medio Spiritu Sancto cuncta creaverit, quod si mundus non productus esset ex amore tantum communi non esset cur diceretur specialiter productus per spiritum Sanctum. hanc oppinionem Henrici refert, et refutat Schotus in 1° dist. 2a, q. 7a s

Improbabilitatis

Improbabilitatis notam incurrit apud omnes theologos hec oppi nio, sed omnia qualibet censura, eam impugno 1° ex dicendis. 2° q opera externa sunt a tota Trinitate indivisibiliter operante. igitur immediata ratio operandi communis est omnibus perso nis, ut licet eadem potentia practica, cognitio idem impulsus amor e[st]a. 3° q essentialis cognitio est infinité perfecta in linea cogni tionis, et consequenter habet quidquid perfectionis excogitari potest in ea linea; sed non esset talis si ex speculativa solum esset, et non practi ca: igitur practica est. 4° si daretur in Deo potentia duplex, alia communis erga credibilia; notionalis alia erga generabilia non essent persone eque potentes, igitur si daretur cognitio du plex, alia communis, que tantum speculativa sit, et alia no tionalis, que praxim respiciat non erunt Persone eque cogno centes, sicut, et potentes. igitur e[st]a.

Forte extracta, et reiecta Henrrici oppi nione ansam arripuerunt aliqui Recentiores, ut defende rent terminum formaliter productum in secunda, et tertia Persona vitalem esse, nam dicunt extra cognitionem essen tialem, et communem omnibus Personis que speculativa et practica est, habet quidquid perfectionis excogitari po test in linea cognitionis, aliam notionalem in filio repe riri, qua cuius cognoscit filius Patrem, et omnes eius perfec tiones, quin, et omne illud obiectum ex cuius cognitione per se procedere petit, similiter ultra volitionem essentialem, et perfectissimam, aliam notionalem in Spiritu Sancto cog noscunt, ratione cuius hec Persona amat Patrem specialiter Patrem, et filium, et omne illud obiectum ex cuius amore per se pro cedere petit iuxta cuiuscumque oppinionem. ex quo fit aperte, quod utraque relatio sit vitalis quandoquidem ea, que datur in filio est notionalis cognitio, que vero, in Spiritu Sancto notionalis amor.

Ubi notes

Ubi notes in quo conveniat et diferat hec Recentiorum oppinio cum illa Urrichi; convenit quidem in eo q̄ utraq. ponit in Deo cognitionem duplicem, et duplicem amorem, essentialem, et notionalem. at in eo maxime difert q̄ Urrichus aliq. perfectionis concedebat notionali cognitioni, q̄ essentiali negabat, et e contra. quandoquidem notionalem dicebat esse practicam, et ñ speculativam, essentialem vero speculativam, et ñ practicam. similiter de amore. prędicti vero RR. utramq. cognitionem esse dicunt ęqualis omnino perfectionis in ratione cognitionis, et in eo solum discriminari, q̄ essentialis est improducta, notionalis vero producatur. idem de amore.

Hęc sententia noviter excogitata semper mihi displicuit, eo q̄ nec authoritatis, nec rationis habeat sufficiens fundamentum, et ulterius inferat absurdañ contemnenda. propterea sentio, terminum formaliter productum in Divinis Personis ñ esse vitalem, q^a neq. est intellectio, nec amor productus. prius vero quam ostendam veritatem huius resolutionis adverto notionalem sapientiam, et amorem notionalem a D.D. communiter admitti, licet in alio sensu longe diverso. ñ dicunt sapientiam notionalem filij ñ aliud esse quam essentialem cognitionem, ut afectam relatione filiationis. similiter amorem notionalem Spiritus Sancti esse amorem essentialem, ut affectum spiratione passiva. cum his ergo in presenti ñ contendo sed cum Junioribus ultra hanc essentialem cognitionem, et amorem, admitentibus aliam peculiarem cognitionem, et amorem consistentem in formalissima relatione filij, et Spiritus Sancti, qua virtualiter distinguitur a quovis absoluto. 1° pp. negativa sententia caput 2um.

Probatur

Probatur 1°. non est necessitas admitendi duplicem intellectionem alteram communem, et essentialem, alteram notionalem, et propriam filij; sed essentialis est necessario admitenda, ergo notionalis neganda. probatur maior. quelibet harum cognitionum haberet omnem perfectionem intensive, et extensive excogitabilem in linea cognitionis: extensive quidem, quia tenderet in omne cognoscibile. intensive autem, quoniam ex modo tendendi haberet omnem perfectionem cognitionis propriam: ergo sufficeret una, quin esset necessitas utramque admitendi. confirmo. non propter hanc rationem non admititur in Deo duplex intellectio communis, vel duplex notionalis. ergo nec una communis, et alia notionalis est admitenda.

Probatur 2° per intellectionem essentialem exhauritur in Deo tota, et adequata virtus intellectiva, siquidem ea habet quidquid perfectionis requiritur intra lineam intellectionis. ergo preter intellectionem essentialem non est possibilis alia notionalis. dices, exhauriri intensive, non extensive. contra non essentialis intellectio est infinita intensive, et extensive. ergo per illam exhauritur utroque modo vis intellectiva. contra deinde quia similiter dici posset, ultra intellectionem essentialem, quam omnes damus esse possibilem aliam essentialem, eo quod per unam non exhauritur extensive, sed intensive tota vis intellectiva. quin et afirmare posset esse possibilem duplicem filium, eo quod vis generativa Divini Patris non exhauritur, nec satiatur extensive, sed intensive unico filio.

Probatur 3° non ex ea sententia deducitur quod ultra beatitudinem essentialem datur in Divinis alia beatitudo notionalis, et propria unius persone. patet non ultra beatitudinem essentialem datur in filio specialis cognitio, que sine dubio pertinet ad beatitudinem. datur etiam in Spiritu Sancto

Sancto quidam amor notionalis, qui vel tanquam essentia, vel tanquam complementum ad beatitudinem spectat. ergo datur in filio quędam specialis beatitudo, quę ñ est in Patre. similiter in Spiritu Sancto reperitur quędam specialis beatitudo, quę ñ est in Patre nec in filio. hinc vero duę cõę satis absurdę colliguntur. 1a q ñ omnes Personę sint ęqué felices, et beatę. 2a q beatitudo filij sit maior, quam beatitudo Patris. quin et speciale gaudium de tali beatitudine dabitur in filio, q in Patre ñ reperitur.

Probatur 4°, qª si ñ est inconveniens ponere novum amorem ultra communem in Spiritu Sancto, ñ erit etiam in ponenda nova libertate circa productionem creaturarum, ita ut Spiritus Sanctus liber sit erga creaturas, tum libertate essentiali et communi, tum notionali et propria. q satis absurdum est. illatio pr qª ñ est minus inconveniens in Spiritu Santu reperiri duplicem amorem necessum erga Deum, quam duplicem amorem liberum erga creaturas.

~~minima sententia~~ Urgetur. ꝫ amor Divinus in communissima sententia participat ex obto communicativo et primario q est Deus quandam extentionem ad obta creata existentia liberé amanda. cum ergo notionalis amor Spiritus Sancti qua ~~notiona~~lis distinctus virtualiter ab essentiali participet ut pote Divinus hoc quidem obtum specificativum et primarium o quo est, ut qua distinctus ab essentiali feratur, et extendatur ad creaturas existentes libere amandas. ergo qua distinctus ab essentiali participat novam, et specialem libertatem erga creaturas existentes.

Probatur 5°. ꝫ posito in Spiritu Sancto notionali quodam amore, ñ erit cur virtutes morales notionales ñ ponantur. sicut enim Spiritus Sanctus habet specialem amorem charitatis erga Personam Patris qui ñ reperitur in filio ut hij Recentiores propugnant, ita poterit habere specialem afectum amoris in obtum fr̃ale iustitię vel misericordię

misericordiæ qui ñ reperitur in filio. quare Spiritus Sanctus erit magis iustus et misericors quam filius, et consequenter ñ omnes Personæ Divinæ erunt æque iustæ et misericordes. q̃ a nullo vellem concedi.

Confirmo. q̃ amor notionalis est horum Autorum sententia ñ solum tendit erga Deum, sed etiam erga possibilia creata per modum complacentiæ. igitur est complacentia specialis in obiectum formale iustitiæ vel misericordiæ sumie, quatenus ab existentia, vel ñ existentia præscindit: sed hic specialis afectus complacentiæ est sine dubio specialis virtus moralis. ergo præter virtutes morales communes reperiuntur in Spiritu Sancto aliæ notionales.

Probatur 6°. q̃ sicut in Deo ponitur cognitio duplex alia improducta, et producta alia. cur ñ conceditur duplex intelectus, duplex voluntas, duplex omnipotentia, quin et duplex Divinitas alia improducta, et producta alia? cur ñ omnes perfectiones essentiales multiplicantur, sicut multiplicatur cognitio? nulla certe potest asignari ratio discriminis. q̃ sicut in producta cognitio licet infinita sit, relinquit locum ad aliam productam, ita relinquet iustus voluntas, omnipotentia imo Divinitas. Dices. in filio ponitur intelectio producta, ut per illam referatur ad Patrem cui per intellectionem essentialem referri nequit. contra, q̃a similiter poterit filius referri per omnipotentiam productam, quamvis per essentialem, et improductam nequeat.

Probatur 7° q̃ omnis perfectio simpliciter simplex est communis omnibus Personis: omnis intuitiva cognitio vel amor dei est perfectio simpliciter simplex. igitur omnis cognitio, vel amor Dei est communis omnibus Personis, et consequenter nulla cognitio, vel amor est notionalis, et peculiaris alicuius Personæ. consequentia patet, maior est adversariorum primum q̃ egolaté probavi [illegible] 1° q. 7a, cap. e 5°, quando discutiebam utrum relationes dicerent perfectionem.

Neqs

Neque valet respondere cognitionem improductam esse perfectionem simpliciter simplicem non vero productam. contra enim est quia non ostenditur improducta cognitio sit perfectio, non vero producta preterquam quod ratio improducti non dicit perfectionem simpliciter simplicem, ut patet in Paternitate, quae licet improducta sit non est perfectio simpliciter simplex. ergo ratio cognitionis divinae praecisa abstrahit a differentiis improductae, vel productae habet conceptum perfectionis simpliciter simplicis.

Probatur ultimo. non productio cuiuslibet creaturae provenit indivisibiliter a tota Trinitate, sicut omnes theologi clamant unde colligunt, et merito rationem illam, qua Deus producit ad extra communem esse toti trinitati. iam igitur ab opposito consequentis arguitur ad oppositum antecedentis. si detur cognitio notionalis, vel notionalis amor non erit communis toti trinitati ratio producendi ad extra. ergo productio non erit a tota trinitate. probatur antecedens, quia ratio producendi ad extra, non solum est omni potentia seu amor, et cognitio, seu amor, et cognitio notionalis est, ergo ratio producendi ad extra notionalis, et non communis est. neque dicere valet solam cognitionem, et amorem essentialem esse rationem producendi ad extra. nam sine fundamento denegatur sitque concursus intellectioni, et amori notionali.

Confirmo, nam quod sit de ratione producendi, si Spiritus Sanctus produceret aliquid per actionem, qua Pater non produceret, Pater esset imperfectus. ergo similiter imperfectus erit, si non amet eius existentiam, vel possibilitatem per actum, quo Spiritus Sanctus id amat. omitto plura, ut adversariorum fundamenta diluam. 1o arguunt, et redarguuntur R.R.ei. caput 3um.

Arguunt 1o.

nihil deest

Arguunt 1° ~~Stylus~~ vocatur frequenter Filius a Sanctis P.P. sapientia genita, ergo datur in filio sapientia genita. sed essentialis sapientia non est genita: ergo præter essentialem habet filius aliam sapientiam notionalem. neque valet respondere filium, ideo vocari sapientiam genitam, quia claudit sapientiam essentialem, et relationem notionalem; quæ tamen est generationis. nam in hoc sensu posset etiam vocari Deitas genita, cum etiam Deitatem includat: sed hoc est pluquam falsum. ergo etc.

Priusquam hoc argumentum diluam, advertas illud æqualiter adversarios ferire. nam a Sanctis P.P. non infrequenter vocatur filius Deitas genita, quin et ipsa Deitas dicitur in filio genita. Sic D. Basilius apud S. Thomam opusculo 1° contra errores Græcorum cap.e 4° ait: ipse filius, quem dat nobis Pater est Deus de Deo essentialiter genitus, habens in se totam essentiam Patris genitam. et Sanctus Tharasius ut citato loco testatur D. Thomas sermone 6° gestorum Concilij Niceni Patrem æternum alloquens nomine filij, sic inquit: tuum ergo Spiritum cum Divina essentia a te genita ipsis hominibus compenso. S. Hilarius libro de synodis columna 7a ad canonem 1um orientalium fatur ita, filius per naturam insegenitam consistit, et postea, quæ ex Patre generata est essentia. mitto plures alios Ecclesiæ Patres.

Iam ergo sic obicientes redarguo, sicut filius dicitur a Patribus sapientia genita, sic etiam dicitur essentia, natura, vel Deitas genita, sed ex hoc loquendi modo, qui frequentissimus est inter P.P., non colligitur quod ipsa simplicissima Deitas in filio generetur, vel quod in filio detur duplex Deitas, alia genita, et producta, alia improducta, et ingenita. ergo neque colligendum est quod datur duplex sapientia, alia improducta, et producta alia.

Hinc ad argumentum respondetur 1° nullum esse inconvenien-

inconveniens, q natura, vel Deitas genita dicatur, ut ex dictis cons
tat. respondetur 2o q cum Deitas, vel sapientia, vel quis aliud
predicatum absolutum dicitur genitum in filio, n accipitur
in abstracto, sed in concreto filij: n perinde est dicere filium esse
Deitatem genitam, atqz Deum filium esse genitum: et esse sa
pientiam genitam ac esse verbum genitum &a. respondetur
3o, q sapientia genita valet idem in eis locutionibus Sanctorum
ac sapientia specialiter communicata pro generationis.

Sed predictos Iuniores adhuc redar
guere lubet. sicut filius a Patribus dicitur sapientia genita, sic
etiam Pater dicitur sapientia generans n adstruitur in Patre no
tionalis sapientia. ergo neqz adstruenda est, ut filius sit sapientia
genita. patet coa qa si bene intelligitur Patrem esse sapientiam
generantem, quin habeat specialem aliquam sapientiam, que
sit ex sua fralissima ratione generans, ideoqz propria Patris, ita
poterit intelligi filium esse sapientiam genitam, quamvis in eo n sit
aliqua specialis et notionalis sapientia supra quam fraliter appe
let esse genitam. maior pr ex pluribus P.P. apud Montoya
disp. 58 de trinitate dicentibus filium esse sapientiam de sapi
entia. ergo filius est sapientia genita de sapientia Patris generante.

Sed hinc urgebis, ut expli
cent P.P. proprietatem filij notionalem, eumqz discriminent
ab Spiritu Sancto docent illum esse sapientem de sapiente; ergo
qa proprietas notionalis filij est sapientia. pr coa qa si filius n
esset sapiens alia sapientia, quam essentiali n aliter esset sapi
ens de sapiente, quam Spiritus Sanctus, qui etiam est sapiens
de sapiente, quatenus includit eandem sapientiam Patris et
filij, de quibus procedit.

Hanc tamen instantiam in adversarios urgeo.
qa n aliter filius dicitur a P.P.us sapiens de sapiente, quam
Deus de Deo, sed ut sit Deus de Deo n oportet, ut habeat notionalem

notionalem Deitatem, ergo ut sit sapiens de sapiente, non oportet, ut habeat sapientiam notionalem. consequentia legitima est, et minor certissima, quia nullus chatolicus admitit in Filio duplicem deitatem aliam communem, et notionalem aliam. maior probatur innumerijs testimonijs apud Ruisium citatum videnti.

Cum nostri ergo D.D.um hanc mentem reiicientibus aliqui concedunt Filium ex sua speciali notione sapientiam esse, non tamen, quae sit formalis intellectio, vel cognitio, per quam Pater, aut Filius reddatur formaliter sapiens, sed quae sit expressio specialis, in qua representative contineantur omnia illa quae Pater perfectissime novit. sicut vocale verbum, dicitur sapientia vocalis, et verba scripta dicuntur permanens, et externa sapientia, quatenus interioris loco subrrogatur.

Sed vel ego fallor, vel qui discurrit ita, manus cedit. non aliam sapientiam in Deo non agnosco, nisi quae formaliter intellectio sit, et cognitio. neque aliud est sapientia reddens formaliter notum sapiens, quoniam intellectualis expressio representative continens obiectum, at expressio representative continens obiectum, quae conceditur notioni Filij, non est vocalis, aut scripta. ergo intellectualis. ergo per illam redditur filius formaliter intelligens, et sapiens.

Fateor ergo P.P. eo loquendi modo contendere notionem filij explicare qua distinguitur a Spiritu Sancto. potest tamen hoc fieri reclusa notionali sapientia, non idem est dicere, quod filius sit sapiens de sapiente, atque quod in filio detur specialis notio petens ex suo formalissimo conseptu, qua distinguitur a notione Spiritus Sancti, quod in filio detur sapientia, quod quod illa sibi communicetur ex vi formalissimae processionis, quod certe Spiritui Sancto non convenit en facilis P.P.um explanatio sine sapientia notionali. 7o alia argumenta caput 4um.

Argument 2o.

Arguunt 2°: prędictę sententię fautores verbum est intellectio produ
cta, filius est verbum. ergo filius est intellectio producta: sed essentia
lis intellectio ñ est producta. ergo pręter essentialem intellectionem
datur alia notionalis in filio.

Thomistę negabunt maiorem. q^a verbum apud ipsos
ñ est intellectio producta, sed terminus intellectione realiter produ
ctus. ñ tamen est huius loci prędictam sententiam aut me fal
sissimam impugnare. distinguunt alij duplex verbum; aliud
quo sibi quisqȝ loquitur, et aliud, quo loquitur alteri. qd sit
de 1°, dicunt hoc tum ñ esse intellectionem productam. iam ergo
filius ñ est in horum sententiam verbum, quo Pater sibi loquitur
et formaliter intelligit, sed quo loquitur alteri quę cunqȝ supp°
nuntur a divino formaliter intellecta. proptereaqȝ ñ indeco
ri igitur filium, q^a verbum esse intellectionem productam.
infra vero discutiemus hanc doctrinam, cum sermo sit de 2a
Persona, quæ verbum est.

Facilius ergo respondetur verbum quidem esse intellec
tionem productam, sed ñ per unicam formalitatem, quę simul, et
indivisibiliter sit intellectio, et producta, sed per duas, quarum
una sit intellectio ñ producta, alia vero sit relatio producta.
sed ad verte has duas formalitates ñ per accidens, sed per se coire ad
componendum verbum, q^a licet sint duę virtualiter distinctę
scilicet ad invicem exigunt, et ordinantur.

Hinc plura solves, quę coacervari solent ab his
D.D.^{us}. in his enim instant, Spiritus Sanctus nec realiter est ver
bum. ergo constitutivum aliq verbi deficere nescio debet ab
Spiritu Sancto; sed ñ admissa intellectione notionali nullum

nullum realiter defficiet. ergo. pr. hoc tum ant., qa n. admis
sa intellectione notionali, filius erit verbum; qa communicetur
illi formaliter essentialis intellectio: sed eadem intellectio realiter
communicatur Spiritui Sancto. ergo Spiritus Sanctus habet rea
liter omnia constitutiva verbi. similiter argumentum formatur de Spiri
tu Sancto. n. ille, sic est amor Spiritus, ut nec realiter id con
veniat filio: negato vero amore notionali, solum erit amor Spiri
tus; qa communicetur illi ex vi formali amor essentialis, qui sane
realiter filio communicatur.

Respondetur q. etiam si admissa intellectione, vel amore
notionali, deficit realiter Spiritui Sancto constitutivum aliq.
verbi, et verbo constitutivum aliq. amoris spirati: n. verbum ut
tale constituitur ex illa notionali seu relativa perfectione verbi
quae nec realiter est in Spiritu Sancto. similiter amor Spiritus
Sancti dicitur partialiter ex passiva Spiratione, quae nec realiter
est in filio. sicut ergo filius, et Spiritus Sanctus ita realiter distin
guntur, ut in uno sit predicatum, q. nec realiter est in alio, sic
verbum, et amor spiratus.

Instant preterea. dictio formaliter sumpta, pro ea scilicet
perfectione per quam aliq. dicimus est enuntiatio producta adeo
qui dicit: sed filius est dictio formalis, per quam Eternus Pater cum
omni proprietate dicit: ergo filius est enuntiatio producta, sed essen
tialis enuntiatio n. est producta. ergo praeter enuntiationem
formalem datur alia notionalis in filio

Respondetur dictionem esse enuntiationem produc
tam, vel per unicum, vel per duplicem conceptum. tamen in crea
tis idem conceptus ~~est~~ enuntiationis est, qui producitur; at in di
vinis alter conceptus est enuntiatio, et alter est qui producitur.
n. filius est dictio, quatenus componitur ex enuntiatione inpro
ducta, et producta relatione, de quo coniuncto simul, et indi
visibiliter accepto verificatur esse enuntiationem productam

productam. eo igitur modo quo predictum coniunctum est enun
tiatio producta, verificatur de filio q̄ sit dictio.

Sed adhuc instare possunt. formalis dictio de
trinitate petit intum, ut principium sui; sed si constituatur ex duobus con
cretibus quorum alter sit enuntiatio n̄ producta, et alter sit rela
tio filij producta, n̄ petet intum determinatè sed indiferenter
a quolibet principio fluere poterit. ergo etc. minor probatur n̄ ea filij rela
tio, sive consideretur sum communissimum, sive sum specia
lem subsistentię conceptum, est indifferens, ut a quolibet principio
procedat.

Respondetur distinguendo maiorem: determinate petit
intum ut principium communicativum sui concedo maiorem, ut prin
cipium productivum nego maiorem, quia nec intus, nec ulla
perfectio absoluta est principium productivum ad intra, ut supra di
ximus. et in hoc sensu neganda est minor. ad cuius probatio
nem respondeo formalissimum esse relationem filij, sum quod est talis
subsistentia specialis, habere indiferentiam, ut ex hoc vel illo
principio procedat, n̄ enim habet nisi determinationem, ut ab hoc
peculiari procedat, a quo de facto provenit. quod iuxta meam sen
tentiam est paterna relatio. dictio ergo determinate petit intum
Patris, ut principium communicativum, et eius relationem, ut produc
tivum. et cęterę obiectiones. caput sum.

Argumentum ulterius 3°. illa perfectio propria filij n̄ habet ex
sua ratione formali, et individuali esse quod precise productum. n̄
hoc etiam convenit proprię relationi Spiritus Sancti. debet
igitur aliquid ultra habere; sed n̄ est aliud preter cognitionem, et
notitiam obiecti. debet igitur exredicare notitiam obiecti. probatur hoc

hoc humani. n. si poneret aliq. contradicere, maxime conceptum subsistentiæ, vel oppositionis cum alijs relationibus: at hic uter qz conceptus est communis omnibus relationibus. ergo ut illa relatio propria filij dicat specialem conceptum, quo ejus distinguatur a ceteris relationibus, opus est, ut ex sua ratione frã lis sit expresio, vel cognitio.

Hoc tamen argutum evidenter objicientes urget. n. illa perfectio propria filij preter esse productam aliq. ulterius dicere debet, quo distinguatur n. solum a reliquis perfectionibus relativis, et notionalibus, sed etiam absolutis: hoc autem esse nequit sola notitia, vel expresio, q.a per hoc predicatum convenit potius cum essentiali cognitione. n. igitur asignant constitutivum, et distinctivum sufficiens illius relationis etiam ad missa notionali sapientia, vel cognitione.

Quare dicendum est independenter ab ista notitia, vel expresione habere propriam illam relationem filij predicatum sufficiens quo constituatur, et distinguatur a ceteris relationibus, n. licet hæc predicata, videlicet, esse productam, esse subsistentiam, esse oppositam communia sint cuiqz relationi tamen esse subsistentiam terminantem generationem, et constituentem prium. q. Spiritus Sancti, n. convenit alteri relationi, proinde qz ratione illius difert relatio filij a quavis altera relatione: sed in isto conceptu n. afertur obtu notitia, vel expresio. ergo independenter ab illa potest explicari diferentia relationis filij a ceteris relationibus.

Arguunt 4°. nullum ens constituitur precise per oppositionem cum alio, sed per talia predicata, quæ frãliter inbibant eam oppositionem. ergo perfectio propria filij n. constituitur precise per oppositionem cum Patre, sed per aliq. aliud inbibens eam oppositionem. hoc autem est intuitiva perfectio Patris. ergo perfectio propria filij dicit in suo frãlissimo conceptu notitiam intuitivam Patris.

Respondetur

Respondetur argumentum nullum esse, 1um quia non ostenditur sola notitia intuitiva Patris includere posse in filio ~~cum patre~~ oppositionem cum Patre. 2o quia falsum est intuitivam notitiam Patris includere in suo conceptu oppositionem cum Patre. ut patet in absoluta cognitione, quae non habet oppositionem cum Patre, sed illi potius realiter identificatur, et adhuc est intuitiva notitia illius. neque valet dicere notitiam intuitivam Patris a Patre productam includere oppositionem cum Patre, quia iam perfectio propria filij, non quia est notitia Patris, sed quia producitur ab illo, habebit oppositionem. preterquam quod etiam dicere posset omnem perfectionem a Patre productam habere oppositionem cum Patre, et consequenter illa constitui perfectionem propriam filij. iam igitur assero perfectionem filij propriam esse terminum actualiter procedentem a Patre, et exinde sufficienter illi opponi.

Arguunt denique. perfectio propria filij est relatio realis actualis ad Patrem igitur est notitia Patris. consequentia probatur quia secluso hoc praedicato, solum erit terminus producibilis, vel productus a Patre: sed esse terminum producibilem, vel productum a Patre, non dicit relationem realem actualem ad Patrem. ergo seclusa notitia Patris non erit relatio realis actualis ad Patrem. minor probatur nam ens omnino absolutum, et nullo modo respectivum habet esse terminum producibilem, vel productum ab alio.

Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam; ad eius probationem distinguo maiorem. solum erit terminus utcunque producibilis, vel productus a Patre nego maiorem. producibilis, et productus per principium. concedo maiorem. et hoc sufficit ut ille conceptus sit relativus, quia nequit intelligi rem per principium ab alia procedere, quin referatur ad illam actuali, realique respectu, quatenus requirit eius existentiam, et realem distinctionem ab illa.

Notes vero Patrem ex hoc etiam capite dicere relationem

relationem ad filium, qua per se ipsum producit filium. iuxta superius dicta. notes preterea notitiam intuitivam Patris non esse relationem realem actualem ad Patrem. ut patet in essentiali notitia Patris, quae non est relatio realis ad Patrem. unde filius ex hac precisse notitia habere non ponet relationem ad Patrem. sed de relationibus iam sermonem instituamus. 1° de relationibus Divinarum Personarum Ttus 3us. an inter Personas dentur relationes reales? quaestio 1a. statuitur pars afirmativa caput lum.

Non loquimur de relatione Dei ad creaturas, sed de relatione unius Personae trinitatis ad aliam. et querimus. an in una

in una Persona detur ad aliam vera realis relatio. fere certo iam constat pars afirmativa, quam esse de fide putavit S. Thomas q.e 8a de pot.a articulo 1.o in verbis: dicendum quod sententiam fidei catolicæ sequentem oportet dicere in Divinis relationes esse. quod etiam docuit in 1.o ad Anivaldum distintione 26 q.e 2a art.o 1.o ubi sic inquit: respondeo dicendum quod secundum omnes Chatolicos necesse est, in Divinis relationes ponere: aliter necesse est incidere in heresim Arrij, vel Sabeli. ubi loquitur S. Doctor de relationibus realibus, quas isti negabant, non de relationibus rationis quas admitebant.

Probatur hæc veritas ex Concilijs. nam Toletanum 11um in confesione fidei sic habet: in relativis vero Personarum nominibus Pater ad filium, filius ad Patrem, Spiritus Sanctus ad utroque refertur, quæ cum relative tres Personæ dicantur, una tamen natura, vel substantia creditur. et inferius in relatione enim Personarum numerus cernitur. et Florentinum sesione 18 post medium ait. sola namque relatio quam prædicamentalem habitudinem superius nominavimus, apud omnes tam Grecos quam Latinos D.D. Divina procesione Personas multiplicat. et postea. relationes huiusmodi Personas multiplicant, ita ut non ulla alia ratione, quam vi relationis Pater a filio, ac una Persona ab alia diferat.

Probatur ulterius ex P.P.us Nacianzeno, Atanacio, Cyrilo, Boesio, Anselmo, et alijs, quorum testimonia vide penes eruditum Patrem Montoya de trinitate disp.e 9a. solum Bernardum, et Augustinum non omittam. ille namque epistola 190 ad Inocentium, loquens de Divinis Personis sic ait non quod ad se sed quod ad filium est, Patris nomine designatur. Augustinus etiam libro 5.o de trinitate cap.e 5.o sic inquit: quia Pater non dicitur Pater nisi ex eo quod est ei filius, et filius non dicitur, nisi ex eo quod habet Patrem non secundum substantiam hæc dicuntur: quia non quisque eorum ad se ipsum,

ipsum, sed ad invicem, adeoque ad alterutrum ista dicuntur.

Probatur denique rationibus. 1a quando cumque duo ita conectuntur, ut unum existere nequeat sine actuali existentia alterius, habet relationem realem ad illum: ita conectuntur Paternitas, et filiatio, filiatio, et Paternitas, ut nec paternitas existere queat sine actuali existentia filiationis, nec filiatio sine actuali existentia Paternitatis. ergo Paternitas habet relationem realem ad filiationem, et filiatio ad Paternitatem. rursus. nec spiratio passiva potest existere sine actuali existentia Paternitatis, et filiationis, nec Paternitas, et filiatio sine actuali existentia spirationis. ergo passiva spiratio dicit relationem realem ad Paternitatem, et filiationem, et contra Paternitas, et filiatio ad spirationem. maior in qua fundatur totus hic discursus patet in omnibus rebus, quæ cum alijs conectuntur, ubi stabilo solius conexionis admittis oleta[?] domi nibus relatio realis.

2a ratio. prius ut actualiter producens verum dicit veram relationem ad illum, et verus etiam ut actu productus a prio, refertur ad illud: Pater per se ipsum est prium actu producens filium, et filius est verus per se ipsum actu procedens a Patre. ergo Pater dicit veram relationem ad filium, et filius ad Patrem. consequentia patet minor constat ex supradictis ubi statuimus generationem activam in Patre reperiri, passivam autem in filio. maior certissima habetur in qualibet causa, ut producente, et effectu ut producto.

3a ratio. non in Divinis ubi non est relatio non est distinctio, sed inter Personas est distinctio, ergo inter Personas est relatio consequentia patet. minor est de fide maior constat ex illo communi decantato que prologuio in Divinis omnia sunt idem ubi non obstat relationis oppositio, quare Pater esset idem cum filio sive impediret eam identitatem aliqua relatio

relatio media inter utrumque.

Alia enim ratio a priori, quia relatio iuxta filosofum, et omnes DD. non est aliud quam habitudo unius ad aliud et vera relatio vera habitudo. quare dum entitas habet suum esse penes aliquem terminum dicitur habere relationem realem ad illum: vg vitalis actus ad obiectum, causa ad effectum, non solum quia producit actualiter, sed quia potest illum producere prescindendo ab actuali productione: sed Pater Æternus dicit habitudinem ad filium, quia potest illum generare, de facto que generat per se ipsum. ergo habet relationem realem ad filium. 1o non nulla obiecta caput 2um.

Quamvis adeo certa sit veritas in precedenti capite statuta, Guillermus tamen Pariciensis [illegible] de trinitate universaliter sensit nullam neque in Divinis, neque in creatis esse relationem realem, sed eas tantum habere fictitium, et obiectivum esse. Gabriel etiam, et Occamus nobilissimi Nominales in 1o distinctione 3a quaestione 4a conclusione 5a probabile iudicarunt, in Deo nullam inveniri relationem realem. oportet igitur eorum fundamenta discutere.

Primum sit ex ratione Pater in Divinis refertur ad filium, qua Dominus in creatis refertur ad servum, sed non refertur Dominus ad servum per veram, et realem relationem, sed per relationem rationis, et 2um dici, igitur nec Pater ad filium

Respondetur negando maiorem, quia Pater in Divinis, est pater, ex natura rei potens generare, actuque generans filium; at in creatis nullus est Dominus alterius ex natura rei, quare denominatio, relatioque dominij sui est moralis, quamvis in

in aliquo phisico fundetur, at denominatio, relatioque Patris est realis et phisica. multum ergo distat utraque relatio.

2um fundamentum. Deus est prium productivum creaturarum, et adhuc non habet relationem realem ad creaturas sed tantum relationem rationis 2um dici, quatenus fundamentum prebet, ut sibi relationem consipiamus, quamvis res ipsa non detur. ergo licet pater sit prium productivum filij non sequitur ut ad illum habeat relationem veram, et realem.

Respondetur Deum qua potest producere creaturas habere relationem veram, et realem ad illas, quamvis ea relatio sit inmunis ab omni conexione, ut in materia de scientia docui. quare potius hinc argumentum nobum conficitur nostra sententia, quia si Deus habet relationem realem ad creaturas, que sit inferioris ordinis, eoque possit illas producere, quamvis non conextatur cum illis a fortiori dicet Pater eternus ad filium eiusdem ordinis et cum quo metha phisice conectitur, eoque possit illum generare.

Respondetur deinde quod licet Deus non habeat relationem realem ad creaturas adhuc eam habere debet eternus Pater ad filium. ratio est aperta, nam ideo Deus non haberet relationem ad creaturas, quia non conecteretur cum illis, eoque sint inferioris ordinis, at eternus Pater conectitur cum filio, nec filius est inferioris ordinis, sed eiusdem, id est eiusdem nature cum patre. ergo etc.

Tanden respondetur omittendo quod nec Deus ad creaturas, nec eternus Pater ad filium realiter referantur, adhuc tamen negari nequit filium ad Patrem referri tanquam a prio a quo prosedit, sicut creature nullo dubitante referuntur ad Deum tanquam ad sui causam, quidquid sit an econverso Deus referatur ad creaturas.

3um fundamentum. relatio per quam una persona refertur ad aliam; vel esset realis 2um conseptum in vel sum con

conceptum ad nullo modo potest esse realis. ergo etiam respondetur utroque modo realem esse, ut in sequentibus ostendo. 1o conceptus in relationis est realis. caput 3um.

Distinxit Caietanus, et ex eo reliqui theologi duplicem conceptum in divinis relationibus. scilicet conceptum in, et conceptum ad. conceptus in est habitudo relationis ad essentiam divinam divinam, quam aliquo prioritatis genere supponit, et cui realiter identificatur. iste conceptus est communis tam absolutae quam relativae perfectioni, nec in utroque reperiri potest, stat enim optime quod sit perfectio absoluta, et quod naturam divinam per identitatem afficiat. unde relatio qua talis non intelligitur, sufficienter constituta et adequate per conceptum in, conceptus ad est habitudo relationis ad terminum respectum, et hic conceptus, est proprissimus, et differentialis relationis. et quidem utrumque conceptum esse distinguibilem in quavis relatione mihi certissimum est quia relatio hoc ipso quod talis sit, est ordo vel habitudo unius ad aliud unde convenienter respicere debet unum et aliud.

Cum ergo statuerimus divinas relationes esse reales, merito querimus an 2um utrumque conceptum sint reales, et presenti capite dicemus de conceptu in, in sequenti vero de conceptu ad. pauci ergo RR. nobiliter oppugnantur, quod licet conceptus ad sit realis, tamen conceptus in est rationis. oppositum vero defenditur a ceteris theologis qui licet erga conceptum ad sint discordes unanimiter tamen propugnant conceptum in esse realem. hoc ergo verissimum iudico.

Et probo quia conceptus in est habitudo divinae relationis ad naturam: haec habitudo realis est. ergo conceptus in realis est. probatur minor haec habitudo non est aliud quam identitas relationis cum natura divina: sed identitas realis est. igitur ea habitudo realis est.

est. minor, et cōa patent. maior probatur nam habitudo realis ad naturam ñ est phisica, qualem habet accidens respectu ~~subti~~ subiecti, sed methaphisica, unde conceptus unde conceptum in abstractissime sumptum ego claritatis gratia divi derem in phisicum, et methaphisicum. phisicum vocarem unionem per quam fr̃a substantialis, vel accidentalis in fr̃a subtum. metha phisicum autem identitatem vi cuius secundaria perfectio realiter identificatur cum primaria, quam presuponit, et denominat.

Dices hanc identitatem realem ñ esse fr̃aliter conceptum in, sed fundamentum, ut noster intus illum fingat, qui perinde ñ est realis sed rationis. contra ñ identitas est fr̃aliter habitudo relationis ad naturam, seu ratio fr̃alis per quam naturam afficit relatio. ergo est conceptus in fr̃aliter. contra preterea. ñ seclusa quavis intus nostri fictione datur in relatione fr̃aliter conceptus in, alioquin ibi distin guibilis duplex ille conceptus in, scilicet ad contra suppositum, quia apre dicatum, quod in esse ñ datur, nequit ab alio eiusdem rei per intum distingui. ergo conceptus in ñ est labor intus nostri, sed realiter exis tit in relatione. contra denique ñ cum intus cognoscit illum conceptum in, vel cognoscit aliquid quod est in re si tum habeo intentum, si ñ rogo quid cognoscit?

Forte respondebis cognoscere quod est in re, sed ñ eo modo quo est in re. ñ cognoscit identitatem existentem in re, sed solum eam cognoscit per mo dum inhesionis, et naturam per modum subti, relationem autem quasi fr̃am realiter actuantem, et informantem naturam, ñ quod intus ~~afirmet~~ afirmet identitatem esse inhesionem, sed quod ex parte actus, et ex modo tendendi, sic eam aprehendat, quoniam utitur speciebus inhesio nis accidentalis. unde tunc nulla datur fictio ex parte obti, sed ex parte actus.

Non tamen satisfacit 1°, quia conceptus in consistit in eo quod apre henditur, ñ in modo aprehendendi, sed quod aprehenditur per se reale est. ergo conceptus in realis est. 2° quia falso dicitur, intum

intum ad cognoscendum illam identitatem uti speciebus inhesio
nis. cur enim speciebus identitatis ñ utetur? item cur e converso ñ
dicendi speciebus identitatis ad inhesionem cognoscendam? q ñ hoc
admittas nunquam poterit intus absque fictione formali cognoscere in
hesionem. q nullus dixit. 3° ñ intus dum identitatem cognoscit
advertit illam ñ esse accidentalem inhesionem, et eius expresse negat
ergo nequit tunc identitatem ad modum inhesionis accidentalis cognosce
re. 4° ñ saltem Deus absque ulla prorsus fictione cognoscit eam identitatem.

Sed in istis conceptus in Divinæ relationis est respectus ad naturam: hic respectus nequit esse realis, qa ñ est ad terminum realiter distinctum. igitur est rationis. item conceptus in est proprius accidentis, quoniam est informatio formæ accidentalis: at nihil proprium accidentis potest esse realiter in Divinis relationibus. nequit igitur conceptus in esse realiter in divinis relationibus, et evidenter solum est fictitie. sed ex dictis evanescunt hæc omnia q̃ conceptus in relationis est tantum identitas realis cum natura, quare sicut hæc identitas ñ est proprie respectus, nec informatio, sic conceptus in respectus ñ est nec informatio.

Denique contra hos RR. urgeo rationes, quibus in capite subsequenti probo, conceptum ad esse realem. ñ equaliter omnes urgent pro conceptu in præterquam q ad hominem urgeo contra ipsos admittentes conceptum ad esse realem. ideo conceptus ad est realis per vos, qa clauditur essentialiter in relatione reali; sed etiam clauditur conceptus in. ergo nimis inconstanter negatur q sit realis. neque valet dicere conceptum in esse communem, et genericum enti relativo, et absoluto, conceptum vero ad esse differentialem, et proprium entis relativi. qa licet genericus sit nequit realem relationem constituere. sic enim esset q per fictionem esset animal, per fictionem esset homo, quamvis realiter esset rationale. 7° conceptus ad relationis est realis caput 4um.

Conclusio hæc est communis licet a pleriisque thomistis negetur.
pr. 1° Divinæ relationes sunt reales ergo conceptus ad est realis
pr. cõa, quia conceptus ad est proprissimus, et differentialis relationis.
ergo repugnat relationem esse realem, et conceptum ad non esse
realem, sicut repugnat entitatem esse realiter hominem, et
conceptum rationalis in illa non esse realis, sed rationis.

~~est, quod reclusa quavis~~ Confirmo, quia ut relatio sit realis, opus
est quod reclusa quavis operatione intus habeat in re quod essen
tialiter illam in esse relationis constituit, et ab ente absoluto
discernit: sed relationes Divinæ sunt reales, ergo reclusa qua
vis operatione intus habent in re quod essentialiter eas consti
tuit in esse relationis, et ab ente absoluto discernit: sed con
ceptus ad constituit relationem in esse talis, et ab ente ab
soluto discernit. ergo relationes Divinæ habent in re re
clusa quavis intus operatione conceptum ad. totus discursus
patet.

Confirmo præterea. quod identificatur realiter cum ente rea
li reale est: conceptus ad identificatur realiter cum ente rea
li. ergo conceptus ad est realis. cõa patet maior est certa. quia id
quod est fictum nequit esse realiter idem cum non ficto seu reali.
minor pr. quia inprimis conceptus ad identificatur realiter
cum relatione ipsa, quæ iuxta dicta realis est. item identifica
tur realiter cum conceptu in quem hij DD. supponunt esse
realem.

Probatur 2°. quia id ratione cuius Pater differt a filio

a filio reale est: sed a filio difert per conseptum ad. ergo est realis. coã patet maior est indubitata. n̄ diferentia Patris a filio realis est et fundans realem distinctionem. minor p̄r n̄ Pater difert a filio per relationem Paternitatis: n̄ tum conseptum in. ergo tum ad. p̄r hęc minor qª potius in conseptu in convenit Pater cum filio, n̄ iste conseptus est identitas relationis cum essentia, quam identitatem n̄ minus dubit relatio filij quam Patris.

Confirmo. q̄q̄ est in Patre secluso ad est absolutum, et commune: sed preter omne absolutum, et commune, habet Pater aliquid reale n̄ bi proprium, et n̄ commune; ergo conseptus ad proprius Patris est realis. minor patet qª Pater n̄ dedit filio q̄q̄ reale habet, sed aliq dedit, et aliq n̄ bi reservavit. maior p̄r, qª nihil Patris secluso ad est relativum, cum omne relativum in esse talis per ad constituatur, et ab absoluto discriminetur. ergo q̄q̄ in Patre detur secluso ad erit absolutum, et commune n̄ relativum, et proprium.

Probatur 3º. n̄ conseptus ad n̄ esset realis sed rationis, misterium trinitatis n̄ esset reale sed rationis; hoc nequit afirmari ergo conseptus ad est realis, et n̄ rationis. maior p̄r, qª misterium trinitatis constituitur ex conseptu ad, quatenus una persona respicit aliam; hoc enim respectu secluso. trinitas destrueretur. ergo si respectus iste n̄ sit realis, misterium trinitatis n̄ erit reale. patet coã, n̄ ut aliq ens n̄ sit absolute reale sufficit, vel unicum eius predicatum n̄ esse reale. 4º solvuntur argũta caput 5um.

Sed Thomistę sic obiciunt nihil commune relationi reali et rationis potest esse reale: conseptus ad est communis relationi

relationi reali, et rationis; ergo conceptus ad nequit esse realis. cõa patet maior certissima videtur. qa nihil reale potest esse commune enti reali, et rationis, maxime si sit predicatum per identitatem conveniens, qa iam ens rationis esset ens reale. conceptus vero ad per identitatem convenit suis inferibus. minor pr qa conceptus ad est respicere terum: sed respicere terum est commune relationi reali, et rationis. ergo conceptus ad est communis relationi reali, et rationis. minor pr qa relationi rationis convenit etiam respicere terum.

Quis vero ñ videat hoc eodem argumto probari conceptum in ñ esse realem, qa communis etiam est relationi reali, et rationis, cum relationi rationis conveniat esse in subiecto sicut convenire dicitur respicere terum. igitur omissa maiori nego minorem. ad probationem dico respicere terum ñ convenire proprie relationi rationis, convenire auten relationi reali, propterea qđ ñ esse predicatum utriqz commune. ñ secus ac ens rationis ñ est proprie ens, ideoqz ñ convenit in esse enti, cum enti reali, neqz ratio entis est predicatum utriqz enti commune. et conceptus in communis ñ est utriqz relationi quamvis aliquomodo licet improprie conveniat relationi rationis. ratio apriori. ũ ut predicatum sit pluribus commune, requiritur, qd in eis proprie teneur.

Obiiciunt preterea. si conceptus ad esset realis, vel esset substantia, vel accidens: neutrum potest esse. ergo. minor pr ñ substantia, qa convenire ñ posset accidentali relationi creatę. ñ accidens qa si conceptus ad ut precisus ab in esset accidens, esset inherens. ergo iam ut precisus ab in clauderet conceptum in qd est implicatio. hoc argutum ñ tam probat conceptum ad ñ esse realem, quam ñ esse precisibilem a conceptu in cuius oppositum in presenti supponitur.

Respondetur ergo conceptum ad

ad communissime sumptum esse realem, et adhuc necesse sub-
stantia nec accidens, sed ab utroque abstrahens, sicut conceptus
entis enti, abstrahit a substantia, et accidenti, quamvis sit realis.
unde conceptus ad relationis Divinæ generice sumptus nec
est substantia, nec accidens, et per illum convenit relatio Divina
cum relatione creata, sive substantiali, sive accidentali. con-
ceptus autem ad substantialis repertus in Divina relatione, non
est communis omni relationi, neque per illum convenit relatio
Divina cum accidentali relatione creata. 4º de numero Divi-
narum relationum quæstio 2a. dantur in Deo 4or relationes per
modum actualis capitulum.

Non loquimur in præsenti de quibuslibet relationibus Di-
vinis, sed de iis tantum quæ productiones, vel origines conse-
quuntur, et vocari solent relationes originis. unde non agimus
de relatione similitudinis, æqualitatis, et aliarum, quæ non
pertinent ad productionem.

Igitur iacta conclusio statuit in Deo reperiri
quatuor relationes per modum actualis quod sic intelligas. nam
in Patre qua potest generare filium datur relatio ad filium

ad filium. et in filio, qua potest a patre generari datur relatio ad patrem. in patre rursus, et in filio qua possunt spirare 3am personam datur relatio ad illam. tandem que in 3a persona, qua spirari potest, et produci a Patre et filio datur relatio ad utrumque: sed istae relationes sunt 4or. ergo dantur inter personas divinas 4or relationes per modum actus 1i. neque modo vero distinctionis genus, quod inter has relationes reperitur. non de hoc infra.

Probatur haec resolutio. nam virtus qua pater potest generare filium consistit in sola relativo patris, et potentia quasi passiva, qua filius potest a patre generari consistit etiam in solo relativo filij. rursus, quod 3a persona sit producibilis et spirabilis a Patre, et filio, consistit in sola relatione spiritus Sancti. quod autem Pater, et filius tanquam unicum principium queat producere Spiritum Sanctum consistit in relatione spiratoris, quae communis est Patri, et filio, non autem Spiritui Sancto. constant haec omnia ex 1ma proxime praecedenti.

Sed confirmatur amplius iacta resolutio, quia relatio non est aliud quam ordo, vel habitudo ad terminum realiter distinctum: pater qua potest generare filium, et filius qua potest quantum est in se generari a Patre. rursusque Pater et filius qua possunt spirare 3am personam, et 3a persona qua spirari potest a 1a et 2a, dicunt ordinem, et habitudinem, ad terminum realiter distinctum, ut evidens est. ergo dicunt relationem. dantur ergo inter Personas divinas 4or relationes per modum actus 1i.

Confirmatur denique quod id quod non est commune tribus personis est relativum: posse generare, vel generari, posse spirare, vel spirari, non est commune tribus personis ergo relativum est. totus discursus patet, et ultimo confirmatur, nam id ratione cuius una persona distinguitur ab alia relativum est: pater qua productivus filij

filij distinguitur a filio. filius qua productivus a Patre distingui tur ab illo. rursusque Pater, et filius, qua producere possunt Spiritum Sanctum ab eo distinguuntur, et Spiritus Sanctus ab eis distinguitur, qua potest ab eisdem produci. ergo posse producere vel produci quod relativum est in his personis.

Dices. licet in Deo reperiantur tres relationes personales, qualis est Paternitas, filiatio, et passiva spiratio, non tamen datur activa spiratio, distincta a Paternitate, et filiatione. fateor ita sentire non nullos A.A. antiquos. iuxta quem sentiendi modum erunt in Deo tres dumtaxat relationes per modum actus reali, quia spiratio activa numerum non augebit, siquidem idem formaliter dicatur esse cum Paternitate, et filiatione. sed admitendam esse 4am relationem Patri, et filio non vero Spiritui Sancto, quam vocamus activam spirationem, his argumentis breviter ostendo.

1°: quia si Paternitas esset virtus partialiter spirativa, esset imperfecta in linea virtutis Spirativae; quia non diceret omnem perfectionem excogitabilem in hac linea, sicut si daretur in Deo cognitio, quae realiter non esset omnium obiectorum expressio, sine dubio esset imperfecta in linea cognitionis. ergo Paternitas nequit esse virtus partialiter spirativa cum filiatione. hoc idem argumentum formo de filiatione, quae censebitur imperfecta, si dicatur esse virtutem non adequate sed partialiter spirativam cum paternitate. non ergo potest admitti, dicecari spirationem activam in duas relationes realiter distinctas Patris, et filij.

2°: nam in Divinis ubi non datur oppositio non datur divisio, vel distinctio, sed Pater, et filius, qua possunt producere Spiritum Sanctum, non opponuntur. igitur in ea formalissima ratione, qua possunt producere Spiritum Sanctum non dividuntur, vel distinguuntur: consequentia patet maior est certa. nam in Divinis omnia sunt idem ubi non datur oppositio. minor probatur non oppositio quae causat in Divinis distinctionem vel divisionem

divisionem est producenti, et producti; sed Pater, et filius qua possunt producere Spiritum Sanctum non habent rationem producentis et producti. ergo non opponuntur. minor probatur, quia nec Pater producit, nec producitur a filio, in eo formalissimo conceptu, quo possunt producere Spiritum Sanctum.

3º. Pater, et filius sunt unicum realiter principium Spiritus Sancti. sicut definitur in Concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo cap.e unico de summa trinitate. et Florentino sessione 24 ergo principium quo Spiritus Sancti, de quo ibi sermo habetur unicum est. ergo non duplex et divisum in Paternitatem et filiationem realiter distinctas. Videatur P. Montoya disp. 26 de trinitate 7º objectiones adversus caput 2um.

Obiicitur 1º nequeunt esse plures relationes reales sine reali distinctione: non dantur in Deo 4or relationes realiter distinctae. non ergo dantur 4or relationes reales per modum actus. probatur minor, quia spiratio activa, non distinguitur realiter a paternitate, et filiatione, sicut infra dicetur.

Confirmatur quia si darentur in Deo 4or relationes reales daretur quaternitas, quod est contra concilium Lateranense sub Innocentio cap.e Damnamus, de summa trinitate et fide chatolica. in Deo solum modo trinitas, non quaternitas. probatur sequela. nam quaelibet relatio est res. ergo si sunt 4or relationes sunt 4or res. patet consequentia nam inferiori multiplicato, necesse est, ut superius multiplicetur. res autem ut sic est superius ad relationes.

Respondetur negando maiorem, quia sicut in Deo sunt plures perfectiones reales ut intellectus et voluntas, sine distinctione reali, sed tantum virtuali, seu per intus, ita possunt esse plures relationes

relationes reales sine reali distinctione. quod si placet maioris clarita
tis gratia distingue propositionem illam, nequeunt esse plures rela
tiones entitativé reales, sine reali distinctione nego maiorem. nequeunt
esse plures relationes reales, quae realiter sint plures sine distinctione
reali. concedo maiorem. at quatuor istae relationes non sunt realiter plures,
quamvis reales entitativé sint, et quoad ordinem, seu habitudinem ad
sum. hinc ad confirmationem respondetur, in Deo non dari quaterni
tatem rerum realiter distinctarum. quod solum a Concilio damnatur.
esto detur quaternitas rerum praescindentium a distinctione reali vel
rationis.

Duo ergo mihi certissima sunt. tum in Deo dari tres relationes rea
les tam in se, quam in ternario numero quem constituunt. nam pa
ternitas, filiatio, et spiratio passiva sunt relationes tendentes rea
liter in propria extrema, et inter se realiter distinctae. ergo realiter con
flant numerum ternarium. patet consequentia, quia numerus ex distinctione
partium conflatur, et eo modo quo est distinctio partium, est nume
rus. tum mihi certum est, dari quatuor relationes in se reales, sed non quae
conflent realiter numerum quaternarium. patet, quia cum activa spi
ratio non distinguatur realiter a paternitate, et filiatione non compo
nit cum eis numerum realem. quandoquidem numerus sequitur
naturam distinctionis. ergo ex tribus relationibus realiter inter
se distinctis, et alia secum ipsis identificata nequit resultare nu
merus quaternarius realis.

Obiicitur 2° non dantur in Deo quatuor subsistentiae relativae.
ergo neque quatuor relationes reales. antecedens videtur certum quia iam daren
tur quatuor Personae, quatuorque supposita. consequentia probatur quia relatio realis est sub
sistentia, ut patet in tribus relationibus personalibus, quae simul
sunt relationes, et subsistentiae, neque ratio cur admissa quarta rela
tione reali, non admittatur etiam quarta subsistentia. etc.

Respondetur concesso antecedente negando consequentiam ad pro
bationem dico stando principiis communissime receptis circa

circa subsistentiam facile discrimen assignari cur relationes personales sint subsistentiæ, non autem sit activa spiratio, quia videlicet relationes personales terminant ultimo naturam, non hæc ut terminata per paternitatem, non est ulterius identificabilis vel terminabilis per aliam subsistentiam, cum a qualibet alia distinguatur paternitas; at activa spiratio, licet afficiat, non terminat ultimo naturam, cum hæc adhuc affecta spiratione, sit ulterius terminabilis, et actu terminetur per paternitatem, et filiationem, quibus identificatur realiter spiratio. sufficientissima disparitas ad hominem.

Objicitur 3º Autoritas plurium P.P., quos refert P. Montoya citatus existimantium, relationem Spiritus Sancti, ad Patrem et filium, non esse mutuam. ergo sentiunt quod ex parte Patris et filij non datur 4a relatio, per quam utergue referatur ad Spiritum Sanctum.

Respondetur eos P.P. intendere solum Patrem ut talem ad Spiritum Sanctum non referri, quia non est Pater illius, neque filium, ut talem, eo quod non sit spiritus Sancti filius. cum hoc vero stat, Patrem, et filium ad Spiritum referri sub ratione spirij productivi. quia sane provenit formaliter ab activa spiratione. 7º dantur in Deo 4or relationes per modum actus 2i. caput 3um.

Conclusio hæc suppositis nostris supra iactis est ferè certa. diximus enim, Paternitatem esse generationem activam filij, filiationem autem passivam generationem filij a Patre. rursus activam spirationem esse processionem activam, qua Pater et filius 3am personam spirant, et passivam spirationem ex parte Spiritus Sancti

sancti retinentem esse passivam productionem 3æ personæ ad duabus primis. hoc ergo statuto dicimus prædictos 4or conceptus esse 4or relationes reales per modum actus 2i.

Iisdem rationibus pr resolutio præsens ac præcedens. n ea quæ probant 4or relationes per modum actus 1i probant etiam totidem per modum actus 2i. 1° n istæ processiones in solo relativo consistunt, ut supra diximus. 2° n processio, sive sit activa sive passiva, est ad aliud realiter distinctum. 3° n processiones n sunt communes omnibus Personis. ergo relativæ sunt. 4° n una persona multo melius distinguitur per processionem ab alia, quam per virtutem productivam. et certe nullus dubitare potest, actualem productionem esse conceptum ex se magis relativum, quam virtutem productricem, vel eum producibilem. ergo si virtus quà productrix, et eus quà producibilis est conceptus relativus, a fortiori talis erit actualis productio.

Rogas. an ultra 4or istas relationes, quæ consistunt in ipsamet actuali productione, dentur in Deo totidem aliæ, quæ proximé fundentur in processionibus? affirmative respondeo cum Patre Prepositotomo 1° q.e 28 articulo 4°. quod sic explico, postquam Pater active genuit filium: resultat in illo quædam relatio, per quam refertur ad filium, eo quod genuerit illum. in filio similiter postquam passive genitus est a Patre, resultat quædam relatio, qua refertur ad Patrem eo quod ab illo genitus fuerit. eodem modo sentiendum de Patre, et filio respectu Spiritus Sancti, et e converso de Spiritu Sancto in ordine ad Patrem et filium.

Ubi notandum quod sicut productiones, et origines in solo relativo consistunt, ita consistunt in eodem relativo prædictæ relationes ex originibus resultantes. ulterius notandum per istas relationes referri personas n in fieri sed in facto esse et in statu quieto, ac permanenti. sic AA loquuntur.

Huius doctrinæ ratio petenda est omnis

omnis aliorum fundamentis dictis in loga ubi diximus, quod hoc ipso quod primum producat in actu 2° trium resultare duplicem relationem in productione fundatam, unam ex parte primi, alteram ex parte tertii. per tam refertur primum ad trium, eo quod produxerit illum. per tam refertur tertius ad primum, eo quod supponatur ab illo productus: igitur danda est haec utraque relatio in Divinis Personis, quarum una producit, et altera producitur. diximus autem ibi prædictam relationem in actione seu productione fundata esse prædicamentalem, non transcendentalem. et licet urgens fundamentum nobis non suppetat, ut in creatis de facto ponamus hanc relationem, adhuc in Divinis est necesario ponenda, quia pertinet ad perfectionem, et complementum primi producentis, ~~et~~ et tertii producti.

Confirmo prius est Patrem esse Patrem, quam ut Patrem ad filium referri. prius etiam est filium esse filium, quam ut filium ad Patrem referri. cum Pater non ideo sit Pater quia refertur sed potius, quia Pater est referatur ad filium; et filius non ideo sit filius quia refertur ad Patrem, sed quia filius est refertur: at Pater est Pater, et filius est filius ex activa, et passiva productione: igitur prior est activa, et passiva productio Patris, et filij quam relatio Patris ad filium, et filij ad Patrem; unde communiter hae relationes in productionibus radicantur. idem arguitur formo de Patre, et filio respectu Spiritus Sancti.

Dices si darentur istae relationes subsequentes actualem productionem non opponerentur inter se, communiter quoque nec distinguerentur: hoc est falsum. ergo ~~[illegible]~~ et quod eiusmodi relationes dentur. sequela patet quia nulla produceret aliam nec producere posset, siquidem omnes ex natura sua supponerent ~~[illegible]~~ virtutem productivam iam exercitam per actualem productionem.

Respondetur negando maiorem, quia dicet nulla harum relationum

relationum formaliter producat, vel producatur ab alia, tamen utraque fundatur in productione, coeterque participat oppositionem, et distinctionem ab illa: nam quae se tenet ex parte Personae producentis, est proprietas solius actibus productionis, et quae datur ex parte Personae productae, proprietas est solius productionis passivae; quare sicut istae productiones opponuntur, et distinguuntur, ita relationes.

1° qua ratione distinguantur istae relationes. caput 4um.

Aliqua mihi certa sunt. 1° relationes personales constituentes personas realiter distinctas, qualis est paternitas filiatio, et Spiratio passiva, distingui realiter inter se, quia nisi realiter distinguerentur, constituere non possent personas realiter distinctas.

2° conceptus relationis, et proprius unius personae realiter identificari inter se realiterque distingui a conceptibus relativis, et proprijs alterius personae, quare virtus generativa Patris, activa generatio, et relatio fundata in ea generatione activa realiter identificatur inter se, quia nullam habent oppositionem; at realiter distinguuntur a totidem alijs conceptibus ibi respondentibus in filio, quales sunt posse generari, passive generari, referrique tanquam genitum ad Patrem, quia sicut Paternitas, et filiatio realiter inter se distinguuntur, ita conceptus tres relativi, qui formaliter imbibuntur in paternitate, et filiatione, realiter inter se distinguuntur, et opponuntur. idem dixero de conceptibus relativis formaliter inclusis in spiratione activa, et passiva.

Tota ergo difficultas reducitur ad spirationem activam, circa quam licet certo constet identificari realiter cum essentia, realiterque distingui a spiratione passiva, tantum dubitatur an etiam distinguatur realiter a paternitate, et filiatione

filiatione afirmat Durandus in 1° distinctione 13 q.e 2a numero 14 pro eadem refertur Gabriel distintione 28 q.e 1a articulo 3.° Basolis, Henrricus, et alij penes Patrem Montoya de Trinitate disputatione 17 negat tamen communis D.D. sententia, quam esse de fide docet P. Prepositus tomo 1° q.e 28 articulo 3°. Pater vero Molina 1a parte questione 32 articulo 2° disputatione 3a censet contrariam esse parum tutam in fide, non eque vocari erroneam, et Pater Montoya citatus ait, simpliciter dicendam periculosam.

quidquid vero sit de censura partis opposite, mihi saltem est indubitata hec communis oppinio quam probo 1° ex concilio Lateranensi sub Ignocentio 3° questione 2a, et refertur capite damnamus de summa trinitate ubi definitur quod in Deo solummodo trinitas est, non quaternitas, sed quaternitas daretur admissa distinctione reali inter spirationem activam, et Paternitatem ac filiationem. igitur non datur ea distinctio, probatur minor quia preter tres relationes personales realiter inter se distintas daretur alia 4.a relatio realiter etiam ab his tribus distinta. ergo daretur quaternitas. ergo daretur quaternitas daretur quaternitas daretur ergo daretur quaternitas ergo daretur quaternitas ergo daretur ergo quaternitas daretur ergo qua quaternitas ternitas ergo daretur quaternitas daretur quater daterutur quaterernitas ergo daretur quaternitas.

Responde Durandus in eo concilio damnari solum contra Ioachim Abatem quaternitatem rerum que coalescat ex tribus Personis, et essentia, vel ex 4.or Personis. sed contra 1° nam ideo concilium predictam sententiam damnavit, quoniam astruebat in Deo quaternitatem, sive coalescat ex tribus Personis, et essentia, sive

sive ex 4or Personis, n quocunque modo ponatur est contra fidem admitentem in Deo sol am trinitatem, et excludentem, quemlibet alium numerum.

2.o n admissa distinctione reali spirationis ab ribus relationibus personalibus, oportet admitere 4or Personas: quia sicut tres relationes personales constant tres Personas cum essentia, sic spiratio realiter ab his tribus distincta, componeret cum eadem essentia 4am Personam realiter distinctam: n enim relatio Patris v.g. constituit ex alio capite cum essentia personam, nisi quia tres est naturae quam afficit, ulterius n terminabilis, ut communiter adversari dicunt: hoc autem conveniret Spirationi realiter distinctae ergo etc.

Probo 2.o praedictam sententiam. quia spiratio realiter identificatur filio. ergo et Patri. patet n eodem modo se habet respectu Patris, et filij, sicut ipse durandus concedit, ans probo. n spiratio communicatur filio: sed n per unionem, vel per suas productionem. ergo per identitatem. eo modo quo communicantur absoluta praedicata. cons patet quia n est alius modus quo communicetur. minor pr. et in his communicari nequit per unionem. n unio dicit inperfectionem compositionis, et ideo relegatur a Divinis praedicatis inter se comparatis. deinde. quod n communicetur per sui productionem ostendo, quia nihil quod est in Patre potest terminare productionem. activa spiratio datur in Patre n ergo potest terminare productionem. quod si dicas in filio terminare, n in Patre. contra quia alten admitere teneris triplicem processionem realiter distinctam ad intra, pro triplici relatione realiter distincta, quae producitur. quod n concedes.

Probo 3.o n absoluta praedicata n distinguuntur a Paternitate, et filiatione. ergo nec activa spiratio distinguitur. ans est certum et cons probo. n ideo n distinguntur absoluta praedicata, quia n opponuntur Paternitati, et filiationi: sed etiam n opponitur activa Spiratio ergo etc. probo

probo minorem. activa spiratio nec prium est, neutrius Paternitatis, aut filiationis, nec actualis productio, neque relatio in actuali productione fundata, nec aliud habet, ratione cuius opponatur ergo se habet sicut absoluta prędicata. maxime cùm certissimum, et generalissimum sit illud prium in Divinis omnia sunt idem, ubi n̄ obviat oppositio relationis producentis, et producti. 6º arguit Durandus et respondetur caput sum.

Sed pro singulari sua sententia Durandus arguit 1º. sicut se habet prędicatum absolutum ad alia absoluta, sic relativum ad relativa: sed nequit unum absolutum identificari cum pluribus absolutis realiter distinctis, etiam in Divinis. ergo nequit etiam unum relativum identificari cum pluribus relativis realiter distinctis etiam in Divinis.

Respondetur negando maiorem, q^a in Deo nequeunt duo prędicata absoluta realiter inter se distingui defectu oppositionis unde cum duobus absolutis realiter distinctis nequit unum identificari. potest, autem unum relativum cum duobus realiter distinctis identificari. q^a possunt duo relativa propter oppositionem realiter inter se distingui quin tamen cum ipsis opponatur aliud relativum q^d proinde necessarium est ut cum illis identificetur.

Arguit 2º. q^a ea prędicata realiter distinguuntur quorum unum sine alio potest intelligi, sed in Patre potest intelligi generare sine spirare. ergo relatio qua Pater constituitur generans est distincta realiter ab ea qua constituitur spirans. minorem probo. q^a in eo priori quo Pater intelligitur generans n̄ intelligitur adhuc spirans sed in aliquo signo posteriori.

Respondetur

Respondetur q̄ q̄ sit an generare sit prius quam spi rari. maiorem evidenter falsam esse ꝙ animal potest intelli gi sine rationali, neqꝫ tamen ñ distinguitur a rationali. q̄ quin et in Divinis contingit, ut prędicata ñ distinguantur realiter quamvis unum sine alio possit ñ solum mente concipi, sed rea liter existere in aliqua persona. sic essentia Divina realiter existit identificata cum spiritu Sancto, quin existat ibi Pa ternitas, et adhuc Paternitas et essentia ñ distinguntur, sed potius identificantur realiter.

Arguit 3º: quamvis contingere possit, ut eadem persona sit producens, et producta respectu diversorum, tamen repugnat eandem relationem esse producentis, et producti. ergo eadem relatio filij nequit esse realiter generari, respectu Patris, et spi rare respectu Spiritus Sancti. patet qª sic eadem realiter relatio si mul esset producentis, et producti. respondetur negando ant. qª cum relatio filij pluribus relationibus equivaleat imo pluribus vir tualiter distinctis componatur, optime potest sub unum conceptum esse generari a Patre, sub alium vero spirare Spiritum Sanctum.

Arguit 4º. ab unica, et eadem actione neque unt inmediate provenire duę passiones: sed provenirent si spiratio activa realiter identificaretur cum Paternitate. ergo ñ identificatur. minor pr ꝙ ab unica entitate Patris proveniret generari filium, et spirari Spiritum Sanctum. respondetur negando maiorem, qª cum talis actio duabus equivaleat, ñ est mirum, q̄ ab illa pro veniant duę passiones.

Arguit 5º. duabus relationibus disparatis realiter, et quasi specie differentibus correspodere necesso debent alię duę relationes disparatę realiter, et quasi specie distinctę: sed generari, et spi rari, sunt duę relationes disparatę realiter, et quasi specie dis tinctę. ergo generare, et spirare, quę sunt relationes illis respon dentes, debent esse disparatę realiter, et quasi specie distinctę,

distinctę: respondetur negando maiorem. n in creatis etiam unica realiter relatio correspondere solet pluribus relationibus dis: paratis realiter, et specie distinctis: ut patet in anima rationali, vel in eius intu realiter superaddito, si forte potentia realiter super addita: n intus est unica realiter relatio, quę tamen respondet pluribus actibus realiter, et specie distintis, imo disparate se ha bentibus.

Arguit 6º. totum esse relationis est ad aliud. ergo quando termini relationum realiter distinguntur, debent etiam relationes rea liter distingui; sed terminus activę spirationis realiter distinguitur a termino Paternitatis, et filiationis. ergo relatio spirationis activę reali ter distinguitur a relationibus Paternitatis, et filiationis. res pondetur hoc argumentum cum precedenti coincidere. concesso igitur antecedente nego consequentiam. n in creatis etiam stat, terminos esse plures realiter distinctos, neque tamen relationes esse realiter, sed ad summum virtua liter, aut per intum distinctas. ut patet in intu respiciente per uni cam relationem realem plures actus realiter distinctos.

Arguit 7º. quando subiecta realiter distin guntur relationes realiter distinguntur. ergo quando termini realiter distinguntur etiam relationes realiter distinguntur, sed termini spi rationis, et paternitatis realiter distinguntur, siquidem terminus Spi rationis est perfectio propria Spiritus Sancti, terminus vero Paterni tatis est perfectio propria filij. ergo paternitas, et Spiratio rea liter distinguntur. respondetur negando antecedens, quia Pater, et fi lius realiter distinguntur, et adhuc sunt subiecta, vel quasi subiecta eiusdem spirationis activę, quam indivisibiliter esse in utraque Persona fatetur ipse Durandus, ergo nec ex distintio ne subiectorum, nec terminorum colligitur distintio relationum.

Arguit denique Durandus

sijs omnibus argumentis quę probant repugnantiam eiusdem indivisibilis rei cum pluribus realiter distinctis identificatę

identificatę. unde bené deducit eandem relationem spirationis non posse realiter identificari cum duabus paternitatis, et filiationis: verum hęc argüta pretereo, tum quia soluta manent in tract.u 1° cum esset sermo de possibilitate misterij trinitatis. tum quia pugnant in omnes chatolicos apud quos certo habetur eandem indivisibilem Deitatem identificari cum tribus personis realiter distinctis. 4° an duę relationes sint predicamentales, vel transcendentales questio 3a. deciditur questio caput illum.

Precedenti questione diximus in Deo reperiri triplex genus relationum, nam alia est relatio virtutis productivę, tum quo producibilis. alia vero productionis activę et passivę. 3a demum quę fundatur in activa, et passiva productione. iam igitur querimus in presenti. an istę relationes sint predicamentales, vel transcendentales?

Dico 1° relatio virtutis productivę tum quo producibilis est transcendentalis. patet, nam omne spirium, ut potens producere tum, et omnis tum ut producibilis a spirio referuntur ad invicem transcendentaliter, ut est communis Doctorum sententia, maxime cum ad invicem exiguntur, et necessario conectuntur, ut evenit inter Divinas Personas. deinde predicamentalis relatio respicit tum pure ut tum: sed spirium, ut potens producere tum

trum non respicit terminum illum, ut pure terminum, sed qua potest erga illum aliquid exercere. ergo non respicit trum predicamentaliter, sed transcendentaliter. idem dico de tro qua producibili a prio., non enim respicit principium, ut pure terminum, et consequenter non predicamentaliter, sed transcendentaliter.

Dico 2°. relatio productionis activę, et passivę non est prędicamentalis, sed transcendentalis. probatur eadem ratione, qa productio termini non est relatio prędicamentalis sed transcendentalis ad principium, et terminum, ut ex actione creata constat. Deinde productio non respicit principium aut terminum, ut pure terminum, quia respicit tanquam exercitium virtutis in principio residentis, et tanquam ratio fr̃alis vi cuius accipit filius suum esse a principio, non ergo prędicamentaliter sed transcendentaliter respicit principium et terminum.

Dico 3° relatio, quę fundatur in activa, seu passiva productione non est transcendentalis, sed prędicamentalis. hęc conclusio defensari nequit ab ijs qui negant omnem relationem prędicamentalem, eoq oppinentur nullam dari secundum esse, sed tantum secundum dici, neqz rursus potest ab eis commode defendi, qui sentient relationem prędicamentalem in utroqz extremo consistere. rationes hęc relationes, quę fundamentum habent in productionibus sunt quę ratione paternitatis, filiationis, spirationis, et processionis veniunt intelligende. quare si Paternitas vg quę relatio prędicamentalis est consisteret in utroqz extremo videlicet paternitate, et filiatione, sequeretur paternitatem absolute non esse per identitatem in patre, sed potius a patre realiter distingui: sequeretur item sicut Paternitas est in Patre, sic in filio.

Rursus

Rursus Pater exiua propria subs

tantia n̄ esset pater, quę omnia, licet, et alia, quę faci

le possint deduci, n̄ bene inter Chatolicos audiunt.

et sunt male sonantes, et discordes, et ideo n̄ sunt ad

mittenda, sed potius, et est magis congruum reijcien

da q.ª sic magis conformamur Doctrine tute et rationi

nis idoneum q. ex dicendis et dictis facile demonstra

tur, et intelligitur.

Nos vero facile iuxta pria quę statuimus in log.a rationem

damus huius conclusionis. ibi n̄ q.ꝫ diximus relationem prędicam

mentalem in accidenti superaddito consistere; fundamentum au

tem huius relationis inter alia dedimus actionem, et passionem.

hinc ergo deducitur aperte, relationes de quibus loquimur esse

prędicamentales, q.ª fundantur in productionibus activis, et

passivis. et licet n̄ sint accidentia phisica, sunt tamen logice

superaddita personis, ut producentibus, et productis. ergo habent

q.q exigitur ad relationem prędicamentalem.. et confirmo. n̄

quęlibet ex his relationibus respicit suum, et purum terminum, nihil effi

ciendo circa illum, sed precise respiciendo. quandoquidem actualem

productionem, et totam quasi effectionem supponunt. ergo quęlibet

est prędicamentalis relatio.

Sed obiicies. si dentur in Divinis personis relationes prę

dicamentales, quę fundentur in processionibus, necesse erit ad

mittere plures alias relationes, quę fundentur in alijs prędicatis

tam absolutis quam relativis: hoc est falsum ergo et.ª maior

p.r q.ª sicut actio, vel productio fundat relationem prędicamenta

lem, ita fundat similitudo, et dissimilitudo: sed inter Personas

Divinas quoad absoluta prędicata datur similitudo, quoad re

lativa vero dissimilitudo. necesse igitur erit in Divinis Per

sonis admittere prędicamentales relationes, quę proxime fun

dentur in prędicatis absolutis, et relativis. solutio huius argumenti est

est, ubi frequentia capite petenda. 4° Hęc obiectio diluitur caput. un.

Ut precedens argumentum diluatur oportet discutiamus, an sicut in Personis Divinis adstruimus relationes prędicamentales proximé fundatas in processionibus adstruendę sint alię relationes prędicamentales, quę proximé fundentur in aliis prędicatis absolutis, aut relativis?

Nonnulli R.R. quamvis admitant, Personas Divinas esse proprié similes in prędicatis absolutis, adhuc eis denegant relationem prędicamentalem proximé fundatam in hac similitudine. verum ignoro prorsus, quo fundamento, vel qua ratione statuatur hęc doctrina: nam sicut actio fundat relationem prędicamentalem, ita similitudo. ergo sicut admitunt in Deo relationes prędicamentales proximé fundatas in productionibus, ita necesse est admitant alias quę proximé fundentur in similitudine quam habere dicunt Personas Divinas quo ad absoluta prędicata. confirmo nam in creatis omnis similitudo est relatio prędicamentalis, aut saltem illam proximé fundat. ergo similiter in Divinis.

Ego tamen similitudinem Personarum quo ad absoluta prędicata non admitto proindeque facilius, et magis consenter nego quamlibet relationem prędicamentalem Personarum, quę fundetur in eius modi similitudine. ratio est nam similitudo in aliquo prędicato, si proprié loquamur divisionem importat in eo prędicato, quare si poneretur eadem albedo in Petro, et Paulo, non diceretur Petrus similis Paulo, sed idem in albedine cum Paulo. ergo Divinę Personę non dicuntur proprié similes, sed idem in essentia et quovis absoluto prędicato. ergo ratione similitudinis in absoluto

in absoluto predicato n̄ fundant predicamentalem relatio nem. et confirmo q.ᵃ Petrus n̄ ut utergß dicitur similis Paulo, sed similis in albedine. ergo albedo Petri similis est albedini Pauli. ergo est realiter distincta. quandoquidem res nequit esse similis sibi; n̄ ergo datur similitudo duorum in aliquo predicato, nisi predicatum unius realiter distinguatur ab alterius predicato.

Circa relationes autem predicamentales que proxime fundentur in dissimilitudine relationum, si forte datur hec dissimilitudo, quam plerigß iuniores supponunt, et infra nos discutiemus, sentio illas admittendas. ratio est q.ᵃ propria dissimilitudo fundat relationem predicamentalem dissimilitudinis: et si semel admittatur dissimilitudo inter relationes ea propriissima erit; ergo fundare debet predicamentalem relationem. cons.ᵃ patet. maior est certa. q.ᵃ sicut propria similitudo fundat, sic et propria dissimilitudo. minor pr. q.ᵃ formale predicatum huius dissimilitudinis habebit in se divisionem, et n̄ erit sicut predicatum absolutum, q.ᵈ idem formalissime reperitur in omnibus personis, sed erunt duo predicata realiter distincta, quorum unum existet in relatione Patris, alterum in relatione filij, differentia quidem, et inter se dissimilia, ergo dabitur ibi propria dissimilitudo.

Sed nota predictam relationem esse predicatum notionale, n̄ absolutum. ratio est, q.ᵃ fundatur in aliquo notionali: n̄ enim ex eo q.ᵈ relatio Patris sit dissimilis relationi filij, refertur Pater ut dissimilis ad filium, et econtra. ergo relatio Patris ut dissimilis ad filium, et filij, ut dissimilis ad Patrem, fundatur in relativa utriusgß disconvenientia. debet igitur esse predicatum relativum, q.ᵃ sequitur naturam sui fundamenti. confirmo. n̄ alia de causa relatio, que fundatur in productione notionali esset n̄ absoluta, nisi q.ᵃ fundatur in productione notionali. ergo similiter de.ᵃ Confirmo preterea. si daretur relatio proxime fundata in aliquo

in aliquo absoluto, ñ esset notionalis, sed absoluta: ergo, quae fundatur in notionali, ñ est absoluta sed notionalis.

Ad extremum in eam notes aliquorum Iuniorum, qui cum in loga docuerint relationem dissimilitudinis in utroque extremo consistere ñ posse sed praeter utrumque admittendum nescio quoddam superadditum accidens, modo propugnant relationem dissimilitudinis quae datur inter relationes sitam esse praecise in ipsismet relationibus, quin ulterius addere sit aliquam formalitatem superadditam extremis. hoc inquam nimis inconstanter dicitur, quia si semel licet relationem praedicamentalem in divinis consistere in utroque extremo praecise, ñ est cur idem ñ contingat in creatis, et e contra. 1° qua ratione distinguantur inter se praedicata cuiusque relationis q° 4.a. resoluitur difficultas capitulum.

Nomine relationis intelligo propriam illam, et specialem perfectionem, quam addit unaquaeque Persona supra communia praedicata, vi cuius realiter distinguitur ab alia Persona, quae quidem vocari solet, in Patre Paternitas, in Filio filiatio, et in Spiritu Sancto Spiratio passiva. de his ergo perfectionibus inquiro, num praedicata quibus unaquaeque constat inter se distinguantur, et

et quo genere distinctionis.

Supponit autem praesens difficultas, quamlibet ex praedictis relationibus includere plura praedicata. quod et apud omnes certissimum est, et ex huc usque dictis evidenter constat: nam Paternitas v.g. formalissime claudit ens, substantiam, Spiritum, aeternitatem, immensitatem, subsistentiam infinitae naturae, conceptum relationis ad Personam Divinam, quae Filius est, tum per modum virtutis generativae; tum etiam per modum actualis generationis activae, tum denique per modum relationis quasi praedicamentalis in actuali generatione fundatae. similiter in filiatione et spiratione passiva reperientur aliqua horum praedicatorum, et alia diversa quae non inveniuntur in Paternitate. et licet inter AA. dissensio sit erga nonnulla horum praedicatorum, tamen apud omnes convenit, plura ex his reperiri sub quavis relatione. de his ergo quaerimus, an, et quatenus inter se distinguantur.

Dico inter se quia modo non discutio genus distinctionis, quo relationes, et praedicata sub eis inclusa distinguuntur a perfectionibus absolutis. de hoc enim infra. neque rursus investigo distinctionem, quae reperitur inter unam relationem, et praedicata, quibus formalissime componitur et aliam relationem cum suis praedicatis, quia suppono hanc distinctionem esse realem siquidem ratione illius verum est dicere Personas inter se distingui realiter. solum ergo comparo praedicata uniusque relationis inter se, et de illis rogo, an et quo genere distinctionis invicem distinguantur.

Imprimis statuo, ea praedicata non distingui realiter inter se. quod apud omnes est indubitatum, quia inter illa non datur oppositio producentis et producti. deinde neque datur distinctio media, quam ex Praeceptore subtili Scotistae propugnant, et in eiusmodi praedicata conantur intrudere. ratio est, quia talis distinctio repugnat, ut in Logica docui, et mox iterum inculcabo. praeterea nec datur illa mirabilis distinctio, quae vocari solet

solet virtualis, n̄ ea solum adstruitur ad ea predicata contradic
toria salvanda, que sunt inter essentiam, et relationes: at nulla
contradictoria reperiuntur in predicatis componentibus eam
dem relationem. ergo etc. denique n̄ datur distinctio rationis presci
siva ex parte obti: nam hec ex dictis in loga repugnat, ubi n̄ datur
distinctio virtualis; sed inter eiusmodi predicata n̄ datur distinctio
virtualis, ut iam notatum. ergo etc.

Restat igitur, ut hec predicata distingu
antur per intum, n̄ quidem obiective prescindentem, sed rem con
parantem ad diversos terminos, quibus referri potest. sicut ens, et subs
tantia, ceteraque predicata, que reperiuntur in homine vel
Angelo, discernuntur inter se per hoc distinctionis genus, ut in loga
et alibi sepe docui. pr. n. in primis n̄ est dubium q̄ inter hec pre
dicata de quibus loquimur sit aliqua distinctio, sed ea n̄ est ante
operationem intus, q̄ n̄ est realis, virtualis, aut media, ut suppo
situm manet. ergo solum est distinctio rationis; sed n̄ distinctio
nis ratiocinantis, cum hec nomina ens, substantia, virtus gene
randi, et actualis generatio, n̄ sint tam sinonima, quam ista gla
dius, et ensis, igitur est distinctio rationis ratiocinate; sed n̄ prescin
dentis ex parte obti. igitur ex parte actus, vel in ordine ad con
notata diversa, cum aliud genus distinctionis n̄ restet.

Explicatur hoc amplius designan
do varios terminos, ad quos referibilis est ea perfectio propria Patris,
et sub quibus varia nomina sortitur. idem proportione servata
dicendum de illa perfectione, que propria est Filij, vel Spiritus
Sancti. nam illa quatenus est prescise subsistentia connotat natu
ram substantialem abstrahendo ab eo, q̄ rationalis, vel
irrationalis sit; qua personalitas est, determinate connotat ra
tionalem naturam. qua relatio est per modum virtutis in actu 1°,
connotat terminum producibilem. qua est origo, vel generatio activa
dicit esse viam ad terminum actu productum. qua relatio predica=

prędicamentalem imponit generationem, et tum generatum. mitto alia prędicata, quę continentur in ea perfectione, quo licet in substantia, spiritus etc. non prosequor facilius est tibi designari possunt igitur in ea relatione distinguere plures formalitates in ordine ad connotata diversa. Ad oppositi argumentum respondetur cap. ut dum

6

Dupliciter ex capite iacta doctrina potest impugnari. vel quia non sufficiat ea distinctio penes connotata, sed maior alia requiratur inter connotata, quę componunt eandem relationem, vel quia nulla distinctio sit in eis admitenda.

Ex 1° ergo capite sic arguitur. relatio Patris ęquivalet entitatibus realiter distinctis. ergo constat prędicatis virtualiter inter se distinctis, aut alio maiori genere distinctionis quam penes connotata. consequentia probatur quia maior distinctio quam penes connotata reperiri debet inter prędicata, quę rebus ęquivalent realiter distinctis ut patet in natura, et relatione, quę non aliunde habent distinctionem virtualem, nisi quia rebus equivalent realiter distinctis. antecedens videtur certum, nam in rebus creatis hęc omnia realiter distinguuntur, et separantur, substantia, Personalitas, virtus productiva, actualis productio, relatio prędicamentalis in actuali productione fundata: sed his omnibus ęquivalet relatio Patris, ergo etc. idem argumentum fieri potest in relatione filij vel spiritus Sancti.

Respondetur concedendo antecedens negando consequentiam. nam optime stat entitatem pluribus equivalere, et quin eius prędicata maiori distinctione, quam penes connotata secernantur, ut exemplis tam Divinis quam humanis potest comprobari, nam intellectio Divina pluribus actibus creatis

creati realiter distincti, et separati equivalet, quin eius predicata maiori distinctione, quam penes connotata decernantur. idem in omni ipsa contingit. Angelus etiam et homo equivalent subsistentie, spiritui, cognoscitivo etc quin tamen aliter quam penes connotata distinguantur sua predicata. iam ad eorum probationem respondeo, naturam Divinam, et relationes, ideo virtualiter distingui, non quia precisse rebus distinctis equivalent, sed distinctis, qua distinctis, ita ut predicata summe contradictoria de ipsis verificentur, ut infra demonstro.

Instas, etiam conveniunt predicata summe contradictoria his perfectionibus componentibus eandem relationem. ergo sicut natura Divina, et relationes virtualiter distinguntur, ita perfectiones ille. consequentia patet anti ostenditur; nam de personalitate Divina Patris verum est dicere quod rationalem naturam subsistentem reddat non autem quod sit relatio transcendentalis per modum virtutis generative, vel actualis generationis active. rursus verificatur de relatione quod sit virtus, aut generatio, non vero quod sit subsistentia complens naturam, ergo de perfectionibus componentibus eandem relationem verificantur predicata summe contradictoria

Respondetur negando ans, ad probationem dicimus, eandem perfectionem paternitatis indivisibiliter quoad intrinsecum acceptam esse subsistentiam, esse virtutem generativam, et esse generationem actualem, quanvis connotata penes que subit eas denominationes sint valde diversa sicut eadem indivisibilis perfectio hominis, quoad intrinsecum sensitivus est virtus ad censasionem, et virtus ad ratiocinium, quanvis diversa sint connotata penes que refertur, et explicatur homo qua potest ratiocinare, et qua sentire potest, unde sicut falsum est dicere quod virtus ad ratiocinium non sit intrinsece virtus ad sensasionem et e contra, sic est falsum dicere

dicere, q̃ subsistentia Patris n̄ sit intrinsece virtus generativa, vel ac
tualis generatio, et e contra. semper enim in hac materia falsae sunt
negativae propositiones quare de his perfectionibus n̄ verificantur
praedicata sumpte contradictoria, sicut de natura, et relationi
bus, ut infra latius dicam.

Sed an ex 2° cap.e sic obiicies ut probes, ea praedicata
de quibus loquimur, n̄ distingui per instum media distinctione
rationis ratiocinatae sed ratiocinantis; quae n̄ tam distinctio
vocari deberet, quam eiusdem omnino conceptus repetitio, et
geminatio, sicut est inter gladium, et ensem. etenim idem conno
tatum in quies q̃ respicit relatio Patris per modum virtutis
generativae filij, respicit ea relatio quatenus est origo, vel acti
va generatio filio, siquidem tale connotatum est solus filius.
igitur in ea relatione n̄ distinguuntur penes diversa connotata
virtus productiva, et actualis productio. proindeque solum dis
tinguentur penes diversa nomina quibus explicantur. quod
si perfectiones istae n̄ distinguuntur, communis erit, ut nec aliae dis
tinguantur.

Respondetur, q̃ licet filius sit connotatum utrique perfec
tioni communi tamen ad huc utrique assignabile est connotatum
speciale: n̄ per virtutem ad generandum convenit P. Divinus
cum creato similem virtutem habentem, n̄ autem cum eius ac
tuali generatione. per generationem autem increatam conve
nit cum creata, n̄ vero cum virtute potenti generari. cum igitur
in creatis realiter distinguantur vis ad generandum, et actua
lis ipsa generatio fit aperte, q̃ utrique perfectioni Divinae res
pondeat speciale connotatum. etiam e convenientiam istam
et differentiam esse fundamentum sufficiens ad distinctionem
rationis ratiocinatae, modo ex communi omnium sententia suppono.
videatur P. Montoya disp.e 85 de trinitate, et P. Arriaga disp.e
51 de trinitate sectione 3a subsectione 2a numero 19, et 20. 6° quae

Qualis distinctio sit int. divinas relationes?

Quaestio Quinta.

Spon.i Sera Ocaña.

Cap. I.

Nomine relationis hic etiam intelligo proprias illas, et personales perfectiones, quę reperiuntur in Divinis Personis, et inquiro genus distinctionis quo tales perfectiones distinguuntur inter se: cum autem hę relationes pluribus prędicatis formalissime componantur, ut ex precedenti quaestione constat, fit aperte, quod eadem difficultas sit de his prędicatis in relationibus inclusis, ac de ipsismet relationibus includentibus, qua scilicet ratione distinguantur prędicata inclusa in relatione Patris, ab inclusis in relatione Filij, et Spiritus Sancti.

Supponendum vero est tanquam certum, eas relationes, et prędicata, quibus constant inter se realiter distingui. ratio est quia Personę Divinę realiter distinguuntur, sed non ratione Deitatis, vel alterius absoluti prędicati. ergo ratione relationum. quę proinde necessarium est, ut inter se realiter distinguantur. quia tamen distinctio realis potest esse absoluta, et modalis, hoc est inter rem, et rem, vel inter rem, et modum, aut inter duos modos dubitatur in presenti, cuiusnam generis, et conditionis sit ea realis distinctio, qua relationes distinguuntur, an modalis, an absoluta: quod certe non est aliud quam inquirere, num relationes Divinę sint res vel modi.

Hinc ergo oritur erga presentem difficultatem duplex

duplex sententia. 1a defendit relationes inter se distingui distinctione reali modali, ñ absoluta. sic P. Basquez disp.e 121. et P. Montoya disp.e 12 sectione 5a cum aliis oppinantibus relationes esse modos. 2a sententia negat relationes inter se distingui distinctione modali, q.a negat relationes esse modos. ita cum aliis P. Martinus Peres disp.e 5a de trinitate sectione 3a, qui proinde sensit relationes esse res absolutas, et consequenter absoluta distinctione inter se distingui.

Mihi placet haec 2a sententia. quam ita probo. relationes ñ sunt modi, sed res absolutae; ergo distinctio realis quae datur inter ipsas ñ est modalis sed absoluta. cōa patet, ant. pr., q.a si relationes essent modi maxime, q.a naturam Divinam modificarent: sed ñ modificant; ergo ñ sunt modi. maior est indubitata q.a si relationes essent modi, maxime respectu naturae divinae quam proinde nesso modificarent. minor pr. q.a ñ distinguuntur realiter a natura Divina, ut in sequenti q.e probo, ergo ñ modificant naturam Divinam. ꝯ patet cōa n. inintelligibile est rem modificare aliam a qua ñ distinguitur realiter q.a iam modificaret se ipsam.

Confirmo n. ideo relationes essent modi naturae Divinae q.a sunt eiusdem naturae subsistentiae: sed haec ratio est nulla. ergo ñ est cur dicatur relationes esse modos, et consequenter ñ absolute, sed modaliter distingui. cōa patet maior est certa, q.a ñ aliam rationem offerunt adversarii. minor pr. q.a de ratione subsistentiae ñ est q. sit modus, ut patet in subsistentia Xpti, quae ñ est modus naturae humanae, secus absque illa natura ñ posset existere, cum modus absque re modificata neque Divinitus dari posit. deinde mihi probabilissimum est, creatam subsistentiam esse rem absolutam, et ñ modalem. et quidem si subsistentia verbi, quamvis realiter distinguatur, et per unionem distinctam humanitati copulatur, adhuc ñ est illius modus, a fortiori ñ erit respectu Divinitatis, cui realiter identificatur.

Dices

Dices his rationibus probari relationem esse modos reales, minime vero non esse modos per intellectum cum fundamento in re. contra non intellectus non potest facere modum id quod a parte rei non est modus. ergo si relationes a parte rei non sunt modi, nequeunt esse modi per intellectum. consequentia patet. antecedens probo: non intellectus praecise dat obiecto quod sit cognitum: sed esse modum non est esse cognitum. ergo nequit intellectus facere modum id quod in re, et a parte rei non est modus. Confirmo cum intellectus concipit relationem divinam ut modum, vel concipit eam relationem, quae datur a parte rei vel diversam. ergo fingit eam relationem. si concipit eandem quae datur a parte rei; igitur illa a parte rei est modus. quod si non est modus a parte rei fallitur intellectus dum eam concipit ut modum. 4o obiecta solvuntur caput 2um.

Obiicies 1o natura divina concipitur a nobis ut substratum relativae personalitatis, et personalitas ut forma naturae. ergo relativa personalitas est modus, et consequenter modaliter distinguitur ab alia personalitate. respondetur negando antecedens, quia talis concipiendi modus esset fictitius ex parte obiecti, siquidem cognosceret in natura, et personalitate, quod illi repugnat: neque enim potest aliquid habere rationem substrati vel formae sine compositione reali, quae non datur inter naturam, et personalitatem. sed adhuc omisso antecedenti negatur consequentia, quia non est necesse ut aliquid esse formam substrati quin sit modus illius, ut patet in omnibus formis absolutis tam substantialibus, quam accidentalibus. ergo quamvis relativa personalitas esset forma, non inferretur adhuc esse modum. denique

denique probat hoc argũtum ñ solum relativa, sed absoluta prædicata, quæ supponunt essentiam esse modos illius, q^a dici posset ea consistit tanquam fr̃ai naturæ.

Obiicies 2°. q^d nec divinitus potest ab alio separari est modus illius: relationes eo q^d realiter identificentur cum essentia, neque divinitus possunt ab illa separari: sunt igitur essentiæ modi: consequenter q^d distinguuntur inter se ñ tanquam res, sed ut modi.

Hoc argũtum probat essentiam, et quamlibet perfectionem divinam esse modum respectu cuiuslibet alterius, a qua libet nec divinus potest ab alia separari: tam enim repugnat ut essentia separetur a relationibus, quam relationes ab essentia. ergo si relationes, eo q^d ab essentia nequeunt separari, sunt essentiæ modi, etiam essentia erit modus relationum. neque dicas esse disparem rationem, q^a relationes identificantur per se ipsas cum essentia, essentia vero cum relationibus per interpositam identitatem. contra enim est q^a hoc discrimen pro libito fingis.

Deinde si proveniat inseparabilitas ex identitate ñ infertur rem inseparabilem esse modum, quin potius infertur ñ esse modum, at si proveniat inde, q^d res per se ipsam f̃aliter uniatur, et alligetur alteri. tunc infertur optime, q^d res inseparabilis sit modus. cum autem inseparabilitas relationum proveniat ex identitate cum essentia, fit aperte, relationes ñ esse modos essentiæ. unde iuxta hanc doctrinam distinguenda est maior argũti.

Obiicies 3° productio activa, vel passiva est modus relatio Patris est activa productio, qua Pater generat filium, et relatio filij est passiva productio, qua filius generatur a patre. ergo utraque relatio modus est. idem dicas de relatione

de relatione Spiritus Sancti, quae est passiva productio, qua spiratur a Patre, et Filio. sequitur ergo tres divinas relationes esse modos, et consequenter non absolute, sed modaliter distingui.

Respondetur distinguendo maiorem productio activa est modus quando realiter distinguitur a principio vel termino concedo maiorem, quando non distinguitur sed identificatur realiter nego maiorem. at activa productio, qua Pater generat non distinguitur a relatione Patris, neque passiva productio, qua Filius generatur distinguitur a relatione Filii, ergo etc. neque solum in Divinis, sed in creatis etiam habet locum haec doctrina. quia si detur principium se ipso producens actualiter terminum, ea productio non erit modus, quia non unietur se ipsa cum principio vel termino, non cum principio quia realiter cum illo identificatur non cum termino quia extra illum est. idem contingeret si terminus per se ipsum a principio procedat ut in Angelo cernitur, qui iuxta probabilem sententiam a Deo creatur per se ipsum tanquam per rationem formalem.

Obiicies denique plures Ecclesiae Patres videndo apud eruditum Montoya loco citato dicentes relationes Divinas esse modos efficientes, et modificantes naturam. respondetur eos P.P. non intendere relationes esse modos, in eo sensu sub quo modus accipitur apud philosophos, sed quatenus naturam Divinam ad esse personale determinant; nam relatio Patris v.g. naturam, quae de se potest hanc, aut illam personam constituere, determinat, ut potius constituat Patrem, quam Filium, vel Spiritum Sanctum.

Ex dictis infertur Personas Divinas inter se distingui realiter absolute, non realiter modaliter. ratio est, nam eo modo Personae distinguuntur inter se, quo distinguuntur earum relationes, cum non aliunde, quam a relationibus proveniat illis distinctio, sed relationes inter se distinguuntur realiter absolute, non realiter modaliter, ergo etiam Personae. infertur

infertur etiam relationes, et naturam inter se non distingui inten
tionaliter modaliter, sed intentionaliter absolute. ratio est quia dis
tinguuntur tanquam duae formalitates, quarum neutra est modus
alterius, etiam per intimum cum fundamento. 4° an relationes dis
tinguantur realiter ab essentia questio 6a. statuitur et pro
negativa sententia caput 1um.

Circa hanc difficultatem est duplex sententia,
1a defendit relationes absolute, et simpliciter distingui
realiter ab essentia. ita Gilbertus Porretanus, de qua
mente late dixerit Pater Montoya disputatione unde
cima de Trinitate sectione prima. duritiem huius
oppinionis emolire conatus est Durandus in primo dis
tinctione 5a questione 1a numero 5°, et sequentibus, et
distintione trigesima tertia questione prima et distintione

distinctione trigesima quarta, questione secunda, et
libro tertio sententiarum distinctione prima questio
ne secunda numero decimo quinto dum eam distinctionem
appellat non absolute realem, sed modalem, quia licet
omnem identitatem realem excludat, non tamen ver
satur inter extrema, quorum utrumque sit absolute res
sed unum saltem videlicet, relatio sit modus. huc etiam possunt
vocari aliqui DD. quos tacito nomine refert M. Alvis, indicantes
relationes eatenus identificari cum essentia, quatenus ab illa sunt indivise
quare non eis consedicant identitatem, sed indivisionem, que cum
distinctione reali stare potest, nam ipse persone sunt inseparabi
les et indivise, quamvis realiter distincte.

3a sententia, que iam inter DD. serbissi
ma habetur negat omnem realem, et distinctionem negat
inter essentiam et relationes, et bene, nam apparentissime con
vincitur ex auctoritate, et ratione quam iam pono. DD.
vero hanc sententiam propugnantes in particulari non ad
duco, quia sunt innumerabiles et apud Patrem Montoya
sectione 3a quibus adiungo.

Et dictam sententiam probo 1o ex Concilio Floren
tino sect. 18, et 19. in quibus communi consensu Greci, et Latini
frequenter docent identitatem realem cum omni distinctione
realis inter essentiam, et relationes. nam in eo Joanes
Latinorum nomine sectione 18 post medium sic ait: Divina
substantia, et Persona res sunt idem secundum rem, et modum
intellectionis nostre differre videntur. si ergo substantia, et
persona sunt idem, ita aperte, substantiam sive naturam di
vinam non distingui realiter a personalitate, seu quod idem est
a relatione, nam si distingueretur, iam persona non esset idem cum
substantia: quia tunc persona componeretur essentialiter ex na
tura et relatione distingueretur realiter a natura, hoc ipso

ipso q̄ natura distingueretur realiter a relatione, n̄ totum in cludens duas partes realiter distinctas distinguitur realiter a qualibet.

Prob. 2º, q.ª si tres Divinę relationes distinguerentur reali ter a b essentia, daretur in Deo n̄ solum trinitas, sed etiam quater nitas: hoc est falsum ergo etc.ª minor certissime constat ex Consilio Lateranensi cap.e damnamus de summa trinitate, ubi definitur q̄ in Deo solum modo trinitas est n̄ quaternitas. sequela vero p̄r n̄ ultra tres relationes daretur alia 4.a entitas realiter distincta videlicet essentia. ergo daretur quaternitas.

Probo 3º, q.ª Divinitas, essentia, vel natura Divina predicatur in abstracto de Divinis personis ergo reali ter identificatur cum Divinis personis. ergo Personę nihil rea liter distinctum habent supra Deitatem vel naturam: atqui relationes habent ergo relationes n̄ distinguntur realiter a Dei tate, vel natura. omnia hęc evidenter constant preter tum ant. q̄ p̄r ex Consilio Rieno libro 2º columna 8a; sic per Dni um loquente: Divinitas n̄ est una Persona, sed tres Personę vere subsistentes. item ex Lateranensi cap.e damnamus aiente: quę libet trium Personarum est illa, videlicet substantia, essen tia, seu natura Divina.

Probo 4º q.ª si relationes distinguerentur a b essentia, Pater esset realiter compositus ex essentia Divina, et relatione. idem dicendum de filio, et Spiritu Sancto: sed hoc est falsum ergo etc.ª major est certa, q.ª partes illę, n̄ essent in unitę. minor p̄r tum ex Lateranensi cap.e damnamus de summa trinitate, ubi sic dicitur: cum substantia Patris indivisibilis sit, et potens simplex omnino etc.ª tum etiam q.ª perfectior esset Pater et quę vis alia Persona Divina, si realiter indivisibilis sit. tum de nique q.ª unio, et compositio inter predicata Divina dicit imper fectionem indignam Deo. Probo

Probo denique quia in divinis omnia sunt unum ubi non obviat oppositio relationis producentis, et producti: sed inter essentiam, et relationes non datur hęc oppositio; ergo datur unitas, vel identitas. maior est communissimum, et santissimum theologorum efatum. minor probatur, quia neque essentia producit vel producere potest relationes, nec a relationibus produci confirmo, quia in Deo solum multiplicantur entitates ex processionibus in actu 1°, vel 2°: sed inter essentiam et relationes non est processio in actu 1°, et 2°, quia nulla ex his perfectionibus producit, aut producere potest aliam, ergo etc.

Ex his rationibus aperte convincitur omnem distinctionem excludendam, quę realiter identitatem formalem excludat inter essentiam et relationes, sive alia distinctio vocetur absoluta, sive modalis. unde non solum convincitur falsitatis Gilbertus, sed etiam Durandus. imo sententia Durandi periculosior mihi videtur, quia ex una parte concedit eandem prorsus exclusionem identitatis realis, quam statuit Gilbertus, et ex alia relationes asserit esse modos reales naturę Divinę qui forte est error peior priore. 7° obiecta dissipantur caput 2um.

Ante quam adversantium obiectiones diluamus supponenda hic est virtualis distinctio quam inferius efficacissime probabimus inter essentiam et relationes, quia vi huius distinctionis facillime dissipantur quę cumque possunt opponi contra realem identitatem essentię cum relationibus, quam precedenti capite stabilivimus. est autem huius distinctionis munus aptare extrema, ut de ipsis verificentur predicata

prædicata sunt contradictoria, quamvis ea extrema realiter formaliter ante sensum ñ distinguantur, sed identificentur.
Hoc posito

Obiicies 1°. hæc extrema sunt contradictoria distingui realiter, ñ distingui realiter. ergo verificari ñ possunt de unico subto: sed verificantur de essentia, et relatione Patris, quia verum est dicere Patris relationem a filiatione distingui, essentiam vero Patris ñ distingui. ergo relatio Patris, et eius essentia ñ est unicum subtum, sed duo valde distincta.

Respondetur concessa ante, distinguendo conseq. ergo verificari nequeunt de unico virtualiter subto concedo conseq. de unico realiter nego conseq. unde licet verificentur de essentia, et relatione Patris ad summum infertur eam essentiam, et relationem ñ esse unicum virtualiter subtum, sed multiplex quod fatemur.

Obiicies 2° entitas Patris quam ex essentia et relatione conflari supponimus, distinguitur realiter a filio: sed ñ adequate quia, Pater ñ distinguitur sum omne quod formaliter constituitur, a filio. igitur solum inadequate distinguitur a filio. componitur igitur Pater ex duabus partibus inter se realiter distinctis, ut ratione unius distinguatur realiter a filio, ratione alterius ñ distinguatur, sed potius identificetur illi, sicut in duobus compositis contingeret, quibus una pars esset communis, et alia peculiaris.

Respondetur ex distinctione, et identitate, quam Pater inadequate habet cum filio, solum inferri patrem essentialiter constitui duabus partibus, ñ quidem realiter, sed virtualiter distinctis, ñ eo ipso perinde se habent, ac si realiter formaliter distinguerentur.

Obiicies 3°. si ñ distingueretur essentia realiter a relationibus essentia realiter esset id quod in Patre distinguitur a filio: sed hoc est falsum. igitur. maior est certa. minor

minor patet, quia si esset essentia realiter id quod in Patre distinguitur a filio, ~~sed hoc est falsum~~ iam essentia distingueretur realiter a filio, quia intelligi nequit essentiam realiter, et formaliter esse quod distinguitur, et non distingui. similiter si relationes non distinguerentur realiter ab essentia, relatio Patris non distingueretur a filio: quia relatio Patris esset realiter, et formaliter id quod identificatur filio. ergo non distingueretur sed indentificaretur filio.

Respondetur concessa maiori negando minorem, ad cuius probationem dico non esse distinguendam essentiam realiter a filio, quamvis in Patre sit realiter, et formaliter id, quod distinguitur a filio quia alterum requirebatur, ut virtualiter esset idem. similiter dico de relatione Patris, quae licet realiter, et formaliter sit idem cum eo quod identificatur filio, tamen ipsa non identificatur quod sufficit virtualis distinctio reperta inter utramque perfectionem, ut licet una communicetur, et identificetur altera distinguatur, potest ergo beneficio distinctionis virtualis stare, quod ex duabus perfectionibus, quarum una realiter, et formaliter est alia distinguatur una, et identificetur alia.

Obicies demum. essentia realiter differt a relatione Patris, igitur realiter distinguitur ab illa. patet, quia realis differentia stare nequit absque distinctione reali. probatur antecedens quia independenter ab intellectu communicatur essentia, et non communicatur Patris relatio, ergo independenter ab intellectu differt utraque perfectio, et consequenter ea differentia realis est.

Respondetur distinguendo antecedens, essentia realiter formaliter differt a relatione Patris nego antecedens. realiter virtualiter concedo antecedens. similiter distinguendum est consequens. igitur realiter formaliter distinguitur ab illa nego consequentiam. realiter virtualiter concedo consequentiam. sed de hoc latius infra cum instituatur sermo de virtuali distinctione, ubi plura alia solventur, quibus

quibus probari ponet hęc realis distintio. recollantur etiam quę dicta manent Art.u 1o q.e 1a.

Hic autem obiter noto, q. licet hęc argūta facilime solvantur ad mīna distintione virtuali, sic ea negata mihi prorsus apparent insolubilia, q.a rationis distintiō sufficit, ad verificanda contradictoria, quę dantur a parte rei. distintio ex nã tura rei negatur, ut iam ostendo. ñ igitur alia restat via nisi virtualis distinctio. 4o an inter relationes, et essentiam detur distintio media q.o 1a. repugnat distintio media caput 1um.

Hanc difficultatem celebris reddidit perillustris Scotistarum schola cum eius subtilissimo magistro Schoto, qui frequenter in suis scriptis duplicem cognoscit distintionem duplici oppositam identitati: n alia est identitas, inquit subtilis Doctor, cuius est absoluta vera hęc ppo <u>hoc extremum est realiter illud</u>, alia est strictior identitas, cuius ñ solum est vera pre facta ppo, sed etiam ista <u>hoc extremum</u>; q.a <u>est hoc est illud</u>, 1a identitas reperiri potest absq 2a et ñ econtra, n pręiacens ppo potest esse vera sine causali, ñ tamen causalis sine pręiacente, ut apud Dialecticos notissimum est.

utramq

Utranque vero identitatem existimat Scotus reperiri de facto tam in Divinis, quam increatis, nam Divinę perfectiones v.g. personalitas Patris, et natura Divina habent inter se tam identitatem, quam realem vocat, quia verum est dicere naturam realiter esse personalitatem Patris. in creatis etiam animal, et rationale habent eandem identitatem inter se. 2a vero identitas, quam formalem, essentialem, aut ex natura rei vocant, reperitur inter Deitatem, et naturam divinam, inter hominem, et animal rationale, nam hęc extrema non solum realiter identificantur sed formaliter etiam, et ex natura rei. 1a identitas, quę præcise realis est reperitur in eis perfectionibus ubique 2a, sed in alijs non invenitur 2a sine 1a, quia hoc repugnat ut iam notabam.

Huic igitur duplici identitati duplicem opponit distinctionem, quę communiter definiri solet identitatis negatio, vel exclusio. 1a distinctio est, ea cuius verificatur hęc propositio <u>hoc extremum simpliciter non est illud</u>, eam que distintionem vocat absolute realem, quoniam excludit omnem prorsus identitatem realem. alia vero est ratione cuius afirmari possunt cum veritate, <u>hoc non quia est hoc est illud</u>, quę distinctio, ut pote destruens identitatem essentialem merito dicitur ab Scoto formalis, essentialis, aut ex natura rei, quia procedit ex perfectionibus quidditativis duorum extremorum, quę solam habent identitatem realem.

Utraque distintio reperitur iuxta mentem Scoti tam in Divinis quam increatis, nam Divinę relationes inter se distinguntur solum realiter. petrus etiam realiter distinguitur a Paulo. rursus inter perfectiones absolutas, et relativas Dei reperitur distintio formalis, et essentialis. inter animal et rationale. ubi notes hanc essentialem, aut formalem distintionem vocari absolute distinctionem mediam, eo quod neque ad gradum

ad gradum pertingat illius distintionis, que vocatur absolute realis quia non facit, ut hoc extremum simpliciter non sit aliud, nec sit adeo tenuis, et diminuta, sicut est distintio rationis, que non precedit operationem intus, sed est ipsamet formalissime operatio.

Hec est Doctoris subtilissimi mens ad vivum expressa, quidquid aliter sentiat P. Hurtado disp.e 6a methaphisice §o 61, que iam in Logica satis impugnavi. colligitur autem ex illa quae sit discrimen utriusque Schole scilicet thomiste, et Schotiste nam inter omnes convenit divisionem distinctionis in realem, et rationis adequatam esse, quia vel pendet ab intus, vel non pendet. si 1um est distinctio rationis. si 2um est realis, in hoc vero maxime diferant, nam Scotus cum suis iudicat realem distinctionem in communi contrahi per duas diferentias, quarum una facit, ut extrema simpliciter non sit idem et hanc utpote magis rigidam vocat absolute realem; alia vero solum facit, ut licet extrema simpliciter sint idem, adhuc unum, non quatenus tale est sit aliud, et hanc vocat formalem, aut essentialem, non quia rigorose loquendo non sit realis, sed quia non facit extrema simpliciter distingui, thomiste vero agnoscunt unam diferentiam distintionis realis.

Ex quo facile deprehendes quam inutiliter de fatigentur Authores dum obiiciunt Scoto, quod eius distintio realis esset, eo quod precederet intus operationem, igitur Scotus in hoc sensu non negat suam distinctionem esse realem cum expresse fateatur omnem intus operationem precedere; sed realem negat quatenus compatitur cum eo quod extrema circa que versatur absolute et simpliciter sint idem, quasi distintio absolute realis solum vocanda sit ea, vi cuius absolute, et simpliciter verum est dicere hoc extremum non est illud.

Hanc Scoti distintionem ad eius mentem expositam amplectuntur omnes Scotiste, reiiciunt vero thomiste et pauci exceptis fere omnes reliqui DD., et merito sane quia

qa mihi semper implicatoria visa fuit, ut in log.a monstravi, et nunc omissis aliorum rationibus, ita demonstro. nam vel essentia animalis vg est essentia rationalis ante opus intus, vel non est. 2m dictum, ergo animal, et rationale sunt essentialiter idem. 1m dictum, ergo non identificantur realiter. patet, nam implicat duo identificari, quin identificentur propriae essentiae, qa cum res sit idem formaliter cum essentia, si convenit rei q identificetur, convenit etiam essentiae, sed si non conveniat essentiae neque rei conveniet. ergo si animal identificatur realiter cum rationali, essentia animalis est essentia rationalis.

Dices essentiam animalis esse rationalis essentiam, et adhuc animal essentialiter non est rationale. contra, nam hoc est inintelligibile, quod enim est aliud hoc extremum essentialiter esse illud, quin unius essentiam esse alterius essentiam, vel dices quod sit alterius essentiam non solum realiter, sed etiam formaliter. contra, nam eo ipso quod sit realiter, est formaliter, nam esse formaliter, et essentialiter est idem omnino. ergo si stante identitate reali stat necessario identitas essentialis, stare debet formalis. haec ratio quam in log.a diversimode urgebamus est mihi demonstratio nihilominus alias proponam. 1o nobis aliis rationibus urgetur Scotus.

caput 2um.

Primo si ideo distingueretur animal a rationali formaliter, seu ex natura rei, qa diversis formaliter definitionibus explicaretur, et definiretur animal, et rationale; sed hoc est falsum. ergo. maior est vanis, et fundamentum Scoticae distinctionis, minor pr et loquor de illo animali, quod in homine identificatur cum rationali

rationali, non de illo quod realiter distinguitur est questio. probo igi
tur per hanc definitionem prius discursus, quando formaliter defini
tur rationale formaliter, etiam illud animal definiri. probo quia in
quam hoc syllogismo recte concludente, constante ex veris premi
ssis, hoc animal est realiter illud rationale, sed illud rationale
definitur formaliter per illam definitionem. ergo hoc animal de
finitur formaliter per eandem definitionem.

2a ratio quia nulla extrema creata quibus a parte rei
conveniunt predicata contradictoria distinguuntur realiter, ani
mal et rationale sunt extrema creata, quibus a parte rei conve
nirent predicata contradictoria, si distinguerentur distinctione me
dia, ergo distinguerentur realiter si distinguerentur distinctione
media, quod est impossibile, quia ipsa distinctio media supponit identita
tem realem, et excludit realem distinctionem. maior est certissima,
quia non aliunde distinguitur Petrus a Paulo realiter, nisi quia petro
convenit esse Petrum, et Paulo non convenit esse Petrum. dico lo
quor expresse de creatis extremis, quia aliter sentiendum de di
vinis, ubi ratione distinctionis virtualis potest eadem realiter
entitas subire contradictoria, ut infra dicetur. minor patet, et
in primis evidens est ea extrema creata esse, rursus animali conve
niret esse formaliter prius discursus, et rationali conveniret esse
formaliter prius discursus. hec sunt predicata contradictoria, ergo
convenirent extremis creatis predicata contradictoria.

3a ratio animal identificatum rationali,
formaliter, essentialiter, et quidditative est rationale. ergo non distingui
tur formaliter essentialiter aut quidditative a rationali. patet consequentia
quia ea ratione qua unum est aliud non distinguitur ab illo, cum
identificari, et distingui opponantur. antecedens patet quia animal
identificatum cum rationali, per se ipsum immediate est rationa
le, si videlicet identificetur realiter cum rationali. ergo formali
ter, essentialiter, et quidditative est rationale. patet consequentia

cōa n̄ idem omnino est identificari immediate, et per se ipsum ac identificari f̄raliter, essentialiter, aut quidditativé. q̄ tamen res per se ipsam immediate f̄raliter, et essentialiter prestare debet.

4a ratio rationale f̄raliter, et essentialiter est prium discursus ut concedit Scotus, qa prium discursus est f̄ralis deffinitio rationalis. igitur quando predicatur de animali, q̄ realiter sit rationale, predicatur etiam q̄ per identitatem realem sit f̄raliter, essentialiter prium discursus. patet cōa n quando predicatur de animali q̄ sit rationale, predicatur esse q̄q̄ est de constitutivo rationalis. de constitutivo rationalis est f̄raliter, et essentialiter esse prium discursus. igitur quando predicatur de animali, q̄ sit rationale, predicatur esse f̄raliter, et essentialiter prium discursus unde quando hanc ppem formo. animal per identitatem realem est rationale. sicut enuntiatur de animali, q̄ realiter sit rationale, sic enuntio, q̄ per identitatem realem sit essentialiter, et f̄raliter prium discursus, qa prium discursus, f̄raliter, et essentialiter est de constitutivo rationalis.

Dices: tunc enuncio realem identitatem animalis cum rationali, et cum essentiali identitate rationalis cum prio discursus; n̄ tamen enuntio f̄ralissimam, et essentialem identitatem animalis cum prio discursus. contra qa cum animal, et rationale sint ante intum eaden realiter entitas, implicat, ut enunciem identitatem essentialem rationalis cum prio discursus quin eodem modo enunciem identitatem essentialem animalis, cum prio discursus. 4o inter essentiam, et relationes n̄ datur distinctio media caput 3um.

Conclusio hęc ex praecedentibus capitibus aperte deducitur. n̄
si repugnat esse distinctio media, ubi q̃ repugnat, et consenter, neq̃
inter essentiam, et rellationem, nec inter ulla alia praedicata Divi
na, vel creata possunt reperiri, nihilominus eandem conclu
sionem argutiis theologicis iubet in particulari communire.

Primo quę distinguuntur ex natura
rei, licet absolute possint idem vocari, tamen dici n̄ possunt idem
omnino. sed natura Divina et rellationes sunt idem omnino, igitur
natura Divina, et rellationes n̄ distinguuntur ex natura rei. cõa
p̃r, maior est certa. n ea extrema sunt aliquomodo distincta; n̄
possunt ergo omnino idem vocari. minor p̃r ex Concilio Latera
nensi cap.e damnamus de summa trinitate, ubi dicitur, id q̃
est Pater scilicet essentia Divina est filius, et Spiritus Sanctus
idem omnino. hoc est natura Divina est idem omnino cum tri
bus Personis, sed eo ipso q̃ est omnino idem cum tribus Personis, est
idem omnino cum suis rellationibus. ergo. p̃r hęc minor, q̃ si di
stingueretur aliquomodo a rellationibus etiam distingueretur a
personis aliquomodo, ea scilicet distinctione, quę vocatur in
cludentis ad inclusum, cum Persona Divina componatur ex essen
tia et rellatione.

2.o stare nequit q̃ extrema distinguantur solum per intum
et q̃ ex natura rei distinguantur, sed rellationes, et essentia distin
guntur solum per intum, ergo n̄ ex natura rei. maior et cõa pa
tent. minor p̃r ex Concilio Florentino sessione 18 in qua Ioannes
Episcopus ex sententia latinę ecclesię dixit, Divinam substan
tiam, et Personam re quidem idem esse, tum autem modum inte
llectionis nostrę videri differre, et sessione 19 in qua reperiun
tur hęc verba. haud quinquam putare debetis, q̃ re differat
quandoquidem sola ratione, aut intellectione logica differre

differre creduntur. ac deniq. sessione 25 distinguunt, neiq. iam eandem substantiam esse, n autem sola ratione ab hypostasibus, et personis differre credere videamus.

3a. si rellationes, et essentia distinguerentur ex natura rei, Deus n esset ex parte obti summe simplex hoc autem est falsum. maior patet ex cap. firmiter de sum. ma trinitate, ubi dicitur Deus omnino simplex. minor est evidentissima, q.a Deus esset ex parte obti compositus ex rellationibus, et essentia composite saltem frali, et ex natura rei, n eo modo, quo partes distinguuntur componunt totum. si realiter distinguuntur, componunt realiter, si fraliter, et ex natura rei, fraliter componunt.

4o. n in Divinis, omnia sunt summe unum, ubi n obiat rellationis oppositio, qualis est, inter producens, et productum; inter essentiam, et rellationes n invenitur hec oppositio, q.a neq. essentia producit rellationes, neq. ab eis producitur. ergo rellationes, et essentia sunt summe unum, sed in sententia Scoti n sunt summe unum, q.a saltem fraliter sunt plura ergo e.da. solum ans in quo fundatur totus hic discursus patet ex communi theologorum, et patrum consensu, nec n et ex consilio florentino sessione 18, et ex Consilio Toletano sessione 11 in professione fidei.

5o. et ultimo in scotum conspirant innumeri P.P., qui vel affirmant Deum ita simplicem esse, ut nil simplicius cogitari possit, vel docent ita unum esse, ut in Deo ex parte obti dividi nequeat, vel illum ab omni compositione predicant alienum, sed cum his veritatibus nequit stare scotica distintio, ut ex se patet, et ex dictis constat ergo e.da. testimonia vero horum SS. D.um et patrum videas aput eruditum Montoya disp.e 11 de Trinitate. 1o. Scotica distintio n explicat, sed implicat trinitatem caput 4um

Ad hanc distinctionem ellaborandam precipue fuit motus Scotus, ut per eam nobis explanaret insuperabile trinitatis mysterium, qua scilicet ratione contingeret, ut paternitas identificetur essentiæ, quin identificaretur filiationi, cum qua identificatur eadem essentia, iudicavit hoc ñ difficulter intelligi beneficio distinctionis fr̃alis, visuris licet Paternitas, et filiatio realiter identificentur essentiæ, fr̃aliter, et ex natura rei distinguntur ab illa. sed vel ego fallor, vel nil per hanc distinctionem ellevatur difficultas trinitatis, ut ostendo.

1.° n̲ hæc distinctio fr̃alis reperitur etiam iuxta Scotum in rebus creatis, et tamen increatis dicat ñ esse possibile misterium trinitatis. ergo sola distinctio fr̃alis ñ sufficit ad mysterium trinitatis explanandum. alia igitur distinctio querenda est. discursus patet. maior est certissima, q̃a passim intrudit Scotus suam distinctionem increatis. minor etiam est certa; q̃a neq; Scotus, nec nullus alius ausus est affirmare, q̃ increatis sit possibile duo realiter identificari inter se, et q̃ unum realiter ñ identificetur cum eo, cui realiter alterum identificatur. ad mi[n]sa vero distinctione fr̃ali nescio cur hoc repugnet.

2.° n̲ animal q̃ est in homine distinguitur fr̃aliter ab illo rationali q̃ est in eodem homine, et illud rationale distinguitur fr̃aliter a suo risibili iuxta Scotum, et tamen loquendo de his extremis semper evidentissime concludere sequens syllogus, hoc rationale est hoc animal. hoc risibile est hoc rationale. ergo hoc risibile est hoc animal. ergo quamvis inter

inter essentiam, et relationes Paternitatis, et filiationis detur distintio formalis adhuc iste syllogismus evidenter concludet. hæc essentia est hæc Paternitas, hæc filiatio est hæc essentia. ergo hæc filiatio est hæc Paternitas aliter ergo quam expressiva distintione formali explananda est difficultas huius mysterij.

3° non distintio non sufficit ut quando Pater communicat essentiam filio non communicet etiam saltem realiter, et materialiter Paternitatem. ergo non sufficit explanare trinitatem: patet non tota dificultas trinitatis in eo stat quod Pater communicet filio per identitatem realem suam essentiam, quin per identitatem realem communicet illi suam Paternitatem; quæ realiter identificatur cum essentia: ant. ostendo, quia licet inter intellectionem, et vollitionem detur distintio formalis, ut expresse concedit Scotus, adhuc fieri non potest, ut quando Pater communicat filio suam intellectionem, non etiam communicet illi materialiter, realiter, et identice volitionem, eo quod vollitio realiter identificetur cum intellectione propterea quod Scotistæ cum cæteris D.D.ibus docent verbum Divinum licet ex vi formali suæ processionis non sit amor esse tamen identice, materialiter, et realiter eo quod intellectio, quæ formaliter illi communicatur sit realiter vollitio.

4° demum quia ~~partit~~ Paternitas, et activa spiratio distinguntur ab essentia Divina formaliter et ex natura rei iuxta Scotum et tamen inter se realiter non distinguntur sed potius realiter identificantur: ergo quod Paternitas, et filiatio distinguantur ab essentia formaliter, et ex natura rei, non sufficit ut realiter inter se distinguantur. aliunde igitur provenit ea realis distintio, quod adhuc non explicat Scotus. nec video cur sicut beneficio distintionis formalis. quam ab essentia habent Paternitas, et filiatio distinguntur realiter inter se, non possent etiam ob eandem distintionem inter se distingui realiter Paternitas, et

et spiratio. 4º n̄ probat Scotus suam distintionem caput Sum.

Sed videamus iam quibus fundamentis probare nobis conetur Scotus suam distintionem. 1º sic obiicit̄ possunt n̄ ante intum distinguis ea, quibus ante intum conveniunt prędicata contra dictoria, sed ante intum ea conveniunt rellationibus, et essentię. igitur n̄ possunt n̄ ante intum distingui rellationes et essentia. cum q̄ n̄ distinguantur realiter, oportet distingui f̄raliter. maior fundatur in eo p̄rio q̄ libet est, vel n̄ est, et in illo impossibile est idem esse, et n̄ esse simul. repugnat igitur ut idem omnino subtum sit, et n̄ sit tale. maior patet, q̄a de paternitate verificatur opponi filiationi, de essentia n̄ opponi, de filiatione q̄ n̄ identificetur Paternitati, de essentia q̄ identificetur. item filiatio fuit inmediate unita cum humanitate, sed essentia n̄ fuit inmediate unita. ergo etc.

Respondetur hoc argūtum ad summum convincere, q̄ inter essentiam, et rellationes detur aliqua distintio pręcedens intum, q̄ fatemur. an autem distintio sit f̄ralis, aut virtualis n̄ adhuc patet. asserimus ergo n̄ esse f̄ralem ob rationes contra Scotum aductas, esse tamen virtualis ut infra satis exponetur, et quidem si verificatio contradictoriorum arguit f̄ralem distintionem ante intum, ea debet esse omnino realis, et excludens omnem prorsus identitatem realem, ut supra dicebam. q̄a ex hoc pręcisse cap.e distinguitur Petrus a Paulo realiter.

Obiicit 2º possibilis est distintio f̄ralis; at nullibi potest melius constitui quam inter essentiam et rellationes. ergo datur ibi.

ibi. pr minor q inter essentiam, et rellationes datur identitas realis, ut mox dicemus supponimus, aliunde convenientiis perfectionibus contradictoria predicata ante intum. igitur, stante identitate reali datur in eis perfectionibus aliqua distintio, que n potest esse alia, quam fralis.

Aliqui respondent concessa maiori negando minorem, qa indicant beneficio distintionis virtualis posse verificari sufficienter ea contradictoria de rellationibus, et essentia; sed n placet qa licet negatio probet n repugnari distintionem fralem ad hunc finem verificandi contradictoria, n tamen probat absolute n dari. maxime cum in his perfectionibus concurrat, qd exigit Scotus pro sua distintione. neqz per hanc doctrinam satisfit presenti dificultati, qa in ea rogatur an inter essentias, et rellationes detur distintio fralis qd sit an detur ad salvanda contradictoria vel ex alio capte. perinde medium negatur argti maior, qa talis distintio ex se repugnat, ut ostensum est.

Obiicitur 3o potest intellectus obiective prescindere naturam a relationibus, et econtra ita ut ea cognitio, que terminatur ad naturam inmediate, n terminetur inmediate ad rellationes et econtra. quare si poneretur in re solum illud obtum q inmediate tangitur per cognitionem nature n ponerentur rellationes, et econtra. ergo ex parte obti natura, et rellatio est duplex perfectio; vna cui convenit attingi inmediate, et alia n attingi inmediate. sed n est duplex realiter, ergo fraliter, aut ex natura rei.

Respondent thomistę dari quidem vnum et aliud, n tamen anter ad cognitionem, sed per ipsam met cognitionem, que tangendo inmediate vnum, et n aliud, efficit ibi vnum, et aliud, et consequenter ita disponit obtum, ut reddat aptum ad contradictoria. contra q anter ad intus operationem est potens rellatio filij terminare cognitionem inmediatam sui, quam n est

est potens terminare naturam Divina: ergo ante ad operationem intus contradictoria conveniunt essentie, et rellationi. igitur ante ad operationem duo sunt essentia, et rellatio. sed n̄ duo realiter: ergo duo fr̄aliter, aut essentialiter.

Respondetur ergo solum argūto convinci, q̄ licet fatemur scilicet naturam, et rellationem ante intum esse duo n̄ tamen fr̄aliter, aut actualiter, sed virtualiter, ut infra dicetur. n̄ sicut hęc virtualis distintio sufficit, ut predicetur de natura q̄ sit communicabilis, et de rellatione, q̄ n̄ sit communicabilis; ita sufficit q̄ predicetur de natura q̄ habere potest immediatam sui cognitionem quam rellatio nequit et ē contra.

Instas hoc ipso q̄ admitatur precisiva distintio inter naturam, et rellationem, ea distintio erit circa fr̄alitates se adinvicem excludentes, hoc est, quarum nulla sit de fr̄alissimo conceptu alterius prout est in intū, sed talis exclusio nequit ab intu provenire, sed ex parte obti se habere debet, cum intus precisive possit dare obto denominationem extrinsecam cogniti, neq̄ʒ valeat eius fr̄alitates excludere, vel includere. iam igitur ea exclusio precedit ad intum. sed exclusio est aliqua distintio, q̄a fr̄alitates exclusę n̄ sunt idem fr̄aliter, et essentialiter. igitur datur ante intum hęc fr̄alis distintio.

Respondetur eam exclusionem in obto precedere virtualiter, n̄ fr̄aliter, sicut precedit virtualis distintio et n̄ fr̄alis; n̄ eo ipso modo quo est distintio est exclusio. q̄ si replices adhuc post intus operationem excluduntur fr̄aliter illę perfectiones igitur ante ad operationem intus supponuntur fr̄aliter exclusę n̄ intus nequit illis dare fr̄aliter excludi, cum precisive det fr̄aliter cognosci: respondetur consequo ant. negando conam: n̄ supposita exclusione virtuali quę precedit ad intum in ipsis perfectionibus nil aliud recitat ut fr̄aliter excludantur, nisi q̄ una immediate cognoscatur sine alia, quare licet intus nil eis det nisi cognosci

cognosci, dat excludi frâliter, qa frâliter excludi supponit a dicta exclusione virtuali, nil aliud est, quam per cognitionem praecisivam frâliter separari, et mente distingui. 2° ant; inter essentiam et rellationes detur distinctio virtualis, q° 8a. distinctio virtualis explicatur caput tum.

Non agitur in praesenti de illa distinctione virtuali, quae fundamentum est necessario praerequisitum, ut in obto distinguatur intus plures frâlitates, et vocari solet fundamentalis distinctio, vel virtualis intentionalis, qa certum est rellationes, et essentiam habere praedictam distinctionem, cum possit intus essentiam attingere sine rellationibus, et rellationes sine essentia dividendo intentionaliter illas, qq sit an haec intentionalis divisio praecisiva sit ex parte ôbti, vel n̄ sit, de quo postea, tam certum igitur est praedictas perfectiones habere distinctionem virtualem in hoc sensu, quam est certum posse ab intus distingui. Loquimur

Loquimur ergo de alia distintione virtuali, quam nuper D.D. excogitarunt, et mirabilem vocarunt, eo quia illa qua iden titate reali, et formali viam externat, ut essentia et rellationes subeant ex parte obti contradictoria predicata, indeque planum fiat mysterium trinitatis difficillimum, et creatis mentibus inimu perabile.

Hec autem virtualis distintio Scolasticis iunioribus definiri solet est equivalentia distintionis realis formalis inter extrema realiter identificata in ordine ad verificanda predicata sumise contradic toria. quia cum formaliter, et proprie non sit distintio, prestat in ordine ad verificanda predicata contradictoria, quod prestare solet formalis distintio, et hinc virtualis dicitur quasi virtute continens formalem distintionem. vocatur enim capacitas ad verificanda sine contra dictione predicata ~~sum~~ se contradictoria, sive ut alij loquuntur capacitas ad dirimendam contradictionem inter esse, et non esse dicta de eadem entitate reali.

Hinc extrema realiter identificata, que verifica re possunt contradictoria, dicuntur virtualiter distincta, quia per inde se habent in ordine ad verificanda contradictoria, ac si realiter distinguerentur, pro quo suppone distincta, ut distincta esse capacia duplicis contradictorij v.g. Petrus, ut a Paulo distintus, est Petrus, et non est Paulus. item Paulus, qua distintus a Petro est Paulus et non est Petrus, verificantur ergo contradictoria de Petro, et Paulo, qua distintis inter se. illa ergo entitas, que sine formali distinctione par tium verificat ~~inter se~~ predicata sum se contraditoria dicitur consi stare partibus virtualiter distintis, qua distinctis, sive in ordine ad verificanda predicata contradictoria.

Sed advertas, quod realis distintio duo prestat. Sum excludens identitatem realem inter extrema vicissim exclusionis unum de alio negatur. v.g. inter Petrum et Paulum non est identi tas realis, quoniam ibi datur distintio realis excludens eam identitatem

identitatem, et faciens ut Petrus negetur de Paulo, et Paulus negetur de Petro, propterea quod falsificatur hęc propositio Petrus est Paulus et opposita verificatur Petrus non est Paulus, vel Paulus non est Petrus. Sunt extrema reddere apta ut verificentur de illis contradictoria, iam ergo distinctio virtualis non equivalet formali quoad sum effectum, sed quoad sum, quia non facit ut unum extremum de alio negetur, secus non iam distinctio virtualis esset sed formalis, tantum ergo facit ut prędicata sumię contradictoria verificentur de ijs extremis, quamvis identificatis in se perinde ac si distinguerentur.

A quo colligitur virtualem distinctionem non equivalere reali, quoad formale, et essentiale illius, sed quoad effectum, quem infallibiliter causat, nam formalem distinctionis realis est, identitatem realem excludere, facereque ne possit unum extremum enuntiari de alio: effectus vero inde sequutus est aptare extrema ad prędicata contradictoria. iam igitur in hoc 2°, non in 1° ęquivalet virtualis distinctio distinctioni reali.

Huic virtuali distinctioni opponitur identitas virtualis, quę sic a Recentioribus definiri solet est reciproca ęquivalentia, sive mutuus consensus in extremis realiter identificatis in ordine ad munia realia. nam quando duo sunt virtualiter idem ita se habent, ut nil reale possit affirmari de uno, quod non affirmetur de alio, quia sibi omnino consonant, et ęquivalent in ordine ad prędicata realia, propterea clarius hoc idem ab alijs explicatur, virtualis identitas est illa, quę facit ut extrema actu identificata ęquivaleant distinctis, ut distinctis in ordine ad munia realia, et prędicata contradictoria verificanda. sed in idem recidit utraque definitio.

Si autem in quę denominetur sit immorandum breviter advertam, minus apte significari mutuum illum consensum nomine virtualis identitatis, etenim distinctio virtualis ideo congruentius nomen dicitur virtualis, quia cum proprie distinctio non sit, neque habeat constitutiva distinctionis, eis ęquivaleat in ordine

in ordine ad verificanda contradictoria. 2° virtualis identitas quæ opponitur virtuali distintioni debebat esse illa, quæ cum proprie non esset identitas adhuc præstaret id quod identitas præstat; unde necessum erat, quod formalis identitas non daretur ubi reperitur identitas virtualis, sicut opus est, ut non detur distintio formalis ubi reperitur virtualis distintio. male ergo asseritur identitatem virtualem reperiri inter extrema realiter identificata.

Confirmo, non quod est formaliter tale non est virtualiter illud, et econtra, unde quando homo formaliter est rationalis non dicitur virtualiter rationalis, et quia Deus formaliter non est perfectio creata dicitur eam virtualiter habere. ergo quando extremum formaliter identificatur alteri non congrue dicitur identificari virtualiter. Confirmo præterea non ideo Petrus non distinguitur virtualiter a Paulo, quia formaliter distinguitur; ergo quando extremum formaliter identificatur alteri non identificatur virtualiter. patet, quia licet virtualis distintio petit absentiam distintionis formalis, et proprie; sic identitas virtualis exigit absentiam identitatis formalis, et proprie. licet hæc ita stent in rigore vocis adhuc in loquendi modo non discedam a Recensioribus, dum de re ipsa constet. 4° inter essentiam et relationes datur distintio virtualis capit 2um.

Conclusio hæc est communis inter Recensiores propugnantes distintionem virtualem, qui pene innumeri sunt, et facile omissi obiam erunt, dicunt ergo præfati Doctores essentiam et relatio nem Patris, ergo distingui virtualiter, quia licet realiter identificentur

identificentur adhuc proinde se habent ac si realiter distinguerentur, eo quod licet unum extremum de altero non negetur, sed verissime potius affirmetur adhuc affirmatur de uno quod negatur de alio, non de essentia dicitur, quod tribus personis communicetur, et de Paternitate, quod opponatur filiationi, de essentia, quod non opponatur.

Dicunt praeterea, quod inter essentiam, et naturam, et forte inter alia praedicata absoluta tum se considerata reperitur identitas virtualis eo quod inter se realiter identificentur, et nihilominus nequeant praedicata contradictoria, sed quod affirmetur, vel negetur de uno debeat affirmari vel negari de altero, quamquam sit an inter haec absoluta praedicata dentur aliqua circa quae reperiatur distinctio virtualis de quo alibi, nil igitur curantes de identitate virtuali, solum de virtuali distinctione fatemur cum his Doctoribus eam distinctionem reperiri inter essentiam, et rellationes.

Ut autem haec conclusio, quae mihi verissima est facilius, et efficacius probetur ostendere prius oportet quod rellationibus, et essentiae conveniant a parte rei praedicata tum se contradictoria. non haec est ratio, et fundamentum distinctionis virtualis. id autem ostenditur 1°. nam ante istum Pater aeternus distinguitur realiter a filio, ut fides docet: vel igitur distinguitur adequate, vel inadequate, si adequate Pater, et filius erit duplex Deus, nam Pater est Deus, filius est Deus, ergo si non communicant in aliquo praedicato Deitas Patris, erit distincta a Deitate filij, consequenter ergo Pater et filius non erit unus, sed duplex Deus, sicut est duplex Persona, quia non communicant in Personalitate. si vero dicas tum, igitur aliquid Patris identificatur, et aliquid non identificatur filio, quod non potest esse aliud, quam essentia, et rellatio, cum tamen id quod identificatur sit realiter idem cum eo, quod non identificatur, quia Pater est unica realis entitas a parte rei. ostenditur

Ostendo 2° quod ante omnem intus operationem, datur in trinitate Persona generans, et non genitas, qualis est Pater, datur etiam persona genita, et non generans qualis est filius. modo sic vel utrumque contradictorium scilicet generat, et non generat generatur, et non generatur convenit Patri a parte rei, vel neutrum, vel aliquod illorum.

Si utrumque convenit, ergo iam duplex predicatum ex se contradictorium convenit Deitati a parte rei, facilius ergo poterit convenire Deitati et rellationi. si tum dicas intentum habeo, quia Deitas est Pater; et Pater generat, et Deitas per te non generat. ergo eidem realiter entitati Patris ratione rellationis, et essentiae convenit a parte rei generare, et non generare; preterea Deitas identificatur cum filio, sed de filio verificatur generari, quod per te non verificatur de Deitate, convenit ergo duplex contradictorium eidem entitati filij ratione filiationis, et essentiae, denique si tum afirmes habeo similiter intentum, quia si Deitati convenit generare, cum id non conveniat filio, qui realiter identificatur Deitas, iam eidem eidem entitati filij conveniet generare, et non generare. si vero Deitati conveniat non generari, cum oppositum Patri realiter identificato cum Deitate conveniat, iam similiter, iam similiter conveniet eidem realitati Patris, ratione Paternitatis et essentiae duplex contradictorium.

Ostenditur 3°. quod ante omnem intus operationem datur unus Deus singularis, qui realiter est tres Personae. rursus ante omnem operationem intus Pater non est tres Personae, quia neque cum filio neque cum Spiritu Sancto realiter identificatur. ergo ante omnem intus operationem convenit uni Deo esse tres Personas et convenit Patri non esse tres Personas, at unus Deus et Pater sunt eadem realiter entitas. ergo eidem realiter entitati Patris ratione Paternitatis, et essentiae conveniunt a parte rei predicata Sumie

sum se contradictoria.

Ex his aperte convincitur iacta resolutio, qua statuimus in ter essentiam, et rellationes versari distintionem virtualem; nam inter illa extrema datur virtualis distintio, quę cum realiter iden tificentur subeunt a parte rei prędicata sumse contradictoria sed rellationes, et essentia a parte rei identificantur realiter, et a parte rei subeunt prędicata sumse contradictoria. ergo inter rellationes et essentia datur virtualis distintio. consequentia patet, et vtra q3 premissa constat ex dictis, potest auten hęc virtualis distintio quam astruimus in Deo sic explicari vno vel altero exemplo, nam inmensitas Divina cum sit realiter indivisibilis, prestat id quam quod prestaret, si partibus realiter distintis constaret, nam Deum pręsentem facit omnibus partibus Spatij, quare ęquivalet ubica tioni creatę, quę partibus realiter distinctis constaret in ordi ne ad constituendum subiectum ubiq3 locatum, et cum omnes partes spatij Deo presentes faciat, non tamen facit eas presentes inter se. sic distintio virtualis prestat in extremis Divinis quod faceret actu alis formalis; et vera distintio, non ea reddit apta verificandi prę dicata contradictoria, cum q3 faciat omnes Personas esse pręsentes naturę Divinę per identitatem, non facit eas per identitatem esse presentes inter se, idem suo modo potest explicari exemplo ęternitatis.

4° solutiones confutantur caput 3um.

Potest 1° responderi quod ea prędicata contradictoria verifican tur de rellationibus, et essentia propter distintionem realem saltem modalem, quę reperitur in ipsis. sed contra, quia iam in pre sedentibus confutavimus talem distintionem realem etiam modalem inter essentiam et rellationes, unde necesium est ad

ad nostram distintionem virtualem confugere: fateor, q admissa illa distintione rãli, quamvis diceretur modalis nulla superesset difficultas in mysterio trinitatis, sed vel ex hoc cap^e reiici debet.

Potest 2° responderi sufficere distintionem fralem, a Scoto inventam ut verificentur ea contradictoria. contra q^a talis distintio ñ datur nec possibilis est, ut praecedenti q^e monstravi. praeterea cum extrema realiter identificantur, et subeant contradictoria necessum est ut saltem virtualiter realiter distinguantur. ergo ñ satis est ut distinguantur fraliter, et ex natura rei. patet cõa ñ an distintio fralis, et ex natura rei ñ est distintio virtualis ut certissimum est, alioqui distintio Scotica esset haec virtualis, quam Recentiores nuper excogitarunt. ans pr ñ ex eo q contradictoria conveniant extremis creatis optime colligitur fralis, et realis eorum distintio: ergo quando ñ datur haec fralis, et realis distintio, sed potius identitas opposita: necessum est, q detur saltem virtualis, et aequivalens distintio.

Potest responderi 3° cum thomistis ad ea contradictoria verificanda sufficere distintionem rationis, quam media sui cognitione causat intus inter essentiam, et rellationes. sed contra q^a tunc distingui debent extrema quando verificantur de ipsis contradictoria, sed verificantur contradictoria de rellationibus, et essentia ñ solum post, sed ante intus operationem. ergo ante operationem intus dari debet distintio inter essentiam, et rellationes. ergo ñ sufficit ea quae datur post operationem intus, ut de ipsis contradictoria verificentur. seq^a cõa patet, minor ex praecedenti cap^e constat, maior est primum lumine naturae notum, ñ de eodem omnino subiecto, tam fraliter, quam virtualiter, nequeunt verificari contradictoria.

Confirmo, ñ ea distintio rationis, quae datur inter essentiam, et rellationes ponitur a thomistis inter

inter formalitates creatas; et tamen in dictis verificari non possunt contradictoria realia, quae verificantur de rellationibus, et essentia. ergo ad ea contradictoria verificanda non sufficit rationis distintio. consequentia patet, maior est certa iuxta principia thomistarum. minor probatur quia non adsummum concedunt verificari de formalitatibus creatis intentionalia contradictoria, qualia sunt cognosci formaliter, et inmediate; non cognosci formaliter, et inmediate. nunquam tamen admitunt verificari contradictoria realia, qualia sunt communicari, et non communicari realiter. distingui, et non distingui realiter, quae necessarium est, ut inter essentiam, et rellationes concedantur.

Sed adhuc thomistae respondent, ante opus intus nunquam verificari contradictoria de rellationibus, et essentia. pro quo supponunt alia esse nomina, quae divinas perfectiones significant, ut ab intus praescisas, qualia sunt essentia Paternitas, rellatio etc.ª alia vero nomina esse, quae perfectiones easdem significant, ut sunt a parte rei v.g. entitas essentiae, realitas Paternitatis, entitas, quae est rellatio etc.ª

Tamen ergo dicunt verificari posse contradictorias de perfectionibus Divinis, quando significantur per nomina primi generis, unde cum veritate dicimus; essentia communicatur Paternitas non communicatur. neque sit in hoc nullum inconveniens esse, quia cum illae perfectiones iam per intus supponantur distinctae habent aptitudinem ad contradictoria verificanda. ceterum quia perfectiones Divinae significantur per nomina secundi generis, quae videlicet illas explicant ut sunt a parte rei nunquam verificant duas contradictorias. unde propositis his contradictoriis, entitas rellationis communicatur, entitas rellationis non communicatur; prima est vera, et secunda falsa; quia denotat entitatem rellationis nullo modo communicari, quod est a parte falsum quia communicatur aliquomodo, idem dicendum de aliis diversis contradictoriis.

Dices

Quin ipsius de trinitate loquentibus dicatur essentia, ut est aparte rei, vel relatio ut est ante intum, negandum est suppositum inquiunt thomistae, quod videlicet aparte rei detur essentia, vel detur relatio prout his nominibus importantur, non haec nomina significant eas perfectiones, ut abintu praecisas, et consequenter non ut sunt aparte rei, sed ut sunt in intu, communissimum est hoc thomistarum effugium quod in praesenti capite praecludo. 1º reiicitur haec thomistarum doctrina caput 4um.

1º reiicitur quia licet absolute nequeat affirmari, quod entitas Patris non communicetur, sed potius quod communicetur, eo quod negatio sit malignantis naturae, destruatque quidquid in potest invenit. et consequenter, ut vere dicatur communicari satis sit aliquid illius communicari, et ut absolute verum sit non communicari requiratur nullomodo communicari, adhuc stat aliquid Patris communicari et aliquid non communicari inter quae dari debet distinctio. sicut affirmari nequit de homine, quod sit capax discurrendi, et non sit capax discurrendi, bene tamen quod eius anima sit capax discurrendi corpus autem non, ita ergo de entitate per modum unius accepta non posse verificari contradictoria, quae tantum de partibus earum verificari possunt, recollantur quae diximus ... 1º q. 1a cap. 4º.

Confirmo, demus ad veritatem ipsius negativae sufficere, quod ratione alicuius partis non conveniat praedicatum subiecto, sicut ad veritatem affirmativae sufficit tum omnes, quod ratione alicuius partis conveniat, in eo casu verificaventur istae contradictoriae, Petrus est capax discurrendi, Petrus

Petrus n̄ est capax discurrendi, la q^a ratione animę capax est, 2a vero q^a ratione corporis n̄ est capax, modo sic in hac suppositione verificantur istę contradictorię realitas, vel entitas Patris communicatur, et eadem n̄ communicatur, q^a prior esset vera propter essentiam quę communicatur, et 2a falsa propter rellationem quę n̄ communicatur, ergo licet de facto n̄ verificetur utraq3 contradictoria scilicet entitas Patris communicatur, entitas Patris n̄ communicatur, q^a hęc 2a est falsa propterea q3 ad eius falsitatem sat est, ut ratione aliquius partis communicetur Pater, ad huc negari nequit in Patre realiter sumpto duo dari quorum unum communicatur, et aliud n̄ communicatur.

2° reiicitur n̄ istę sunt contradictorię, aliq^d communicabile Divinum est realiter incommunicabile, nil communicabile Divinum est realiter incommunicabile. ergo ante sensum una est vera, et altera falsa, si dicas hanc esse veram aliq^d communicabile Divinum est realiter incommunicabile, habeo intentum, q^a concedis aliq^d in deo, q^d ante sensum est communicabile simul, et incommunicabile, seu n̄ communicabile, q^d est idem. si vero dicas istam esse veram, nil communicabile Divinum est realiter communicabile. contra, q^a diceretenens nil communicabile Divinum esse Personam ante sensum, q^d est evidenter falsum, cum unus, et idem Deus, qui communicabilis est, sit ante sensum realiter Pater, qui n̄ est communicabilis. sic requella n̄ omnis Persona Divina realiter est aliq^d incommunicabile: sed nil communicabile perte est realiter incommunicabile. ergo nil communicabile est Persona Divina realiter, et ante sensum.

3° reiicitur. post operationem intus perte distinguitur in Patre communicabile, a n̄ communicabili. ergo ante operationem intus realiter identificantur communicabile, et incommunicabile

incommunicabile. probo consequentiam quia post operationem intellectus non distinguuntur quam nisi quae ante operationem intellectus realiter identificantur, cum intellectualis distinctio versetur erga formalitates quae supponuntur in obiecto realiter identificatae: datur ergo in Patre ante intellectum communicabile realiter identificatum in una entitate cum non communicabili; sed communicabile, et non communicabile sunt contradictoria. dantur ergo in Patre ante intellectum duo contradictoria.

4o reiicitur, quia falso supponitur. nostros essentia et relatio significare proprium obiectum, ut ab intellectu praecisum, quasi praecisionem intellectus supponant. hoc enim est aperte falsum quia licet unum obiectum ab alio praescindant, non tamen supponunt intellectualiter praecisum, alioquin forent termini 2ae intentionis, et non 1ae. sicut iste terminus homo praescindit naturam ab inferioribus non tamen supponit illam per intellectum praecisam, quia terminus est 1ae intentionis.

Ultimo reiicitur id quod addebatur de supposito negando, quia sequeretur inde negandum esse suppositum, vel tanquam absolute falsas esse negandas plures propositiones, quae censentur apud omnes verissimae, et Catholicissimae. patet in his Deus ante operationem intellectus Angelum creat. tantum redderetur unicus Deus et non plures, quae sane praescindunt a trinitate personarum, cum inde sic non appareat Deus ut trinus, et tamen inepte quis responderet audita ea propositione negando suppositum, quia Deus ut hoc nomine significatur ante operationem intellectus Angelum creat, vel quia a parte rei detur unicus Deus, ut hoc nomine Deus importatur. non importatur ut praecisus a relationibus, quin a parte rei sit praecisus. ergo similiter quando dicimus essentiam ut est a parte rei communicari, non bene respondetur negando suppositum quia a parte rei detur essentia qualiter hoc nomine essentia significatur.

Confirmo

Confirmatur in qualibet materia fere nulla esset propositio, cui non esset suppositum negandum, quia cum singularia non cognoscamus, fere nunquam utimur vocibus singularibus sed universalibus ut <u>ens</u>, <u>accidens</u>, <u>substantia</u>, <u>homo</u> <u>equus</u> etc. unde hac propositione audita <u>homo realiter differt ab equo</u> negandum erit suppositum quod detur realiter homo, et equus ut his nominibus importantur non importantur cum praecisione a singularitatibus, quam in re non habent, sed haec omnia sunt absurdissima ergo etc. 4º argumenta contra distinctionem virtualem caput 5um.

Fere innumera sunt haec argumenta, sed tamen difficiliora seligam et proponam. Ac 1º sic obiicitur, in unica realiter entitate, nequit dari capacitas ad verificanda haec contradictoria <u>realiter existere, non realiter existere</u>. ergo in unica realiter entitate Patris nequit dari capacitas ad haec verificanda, <u>realiter communicatur, non realiter communicatur</u>. patet non haec et illa habent aequalem oppositionem, et contradictionem, ergo sicut nequeunt illa verificari beneficio distinctionis virtualis, neque poterunt haec.

Respondetur concesso antecedenti negando consequentiam ad probationem dicas oppositionem aequalem esse, nihilominus idem suppositum non posse illa contradictoria bene tamen haec verificare. discrimen est quia veritas illorum communicatur non communicatur, non destruit existentiam neque identitatem realem actualem suppositorum, supra quae cadunt, at alia contradictoria important necessario existentiam unius suppositi, et non existentiam alterius. unde necessarium est, ut ea supposita non identificentur

identificentur realiter, sed potius distinguantur, quare distingui non possunt virtuali distinctione, nam haec ut talis petit, et involvit identitatem realem.

Etsi ante, vel in rebus, quae habent distinctionem realem formalem contingit, ut licet aliqua contradictoria verificari possint non tamen omnia. de Petro v.g. licet verificetur, quod sit albus; et de Paulo quod non sit albus, attamen verificari nequit quod unus sit homo, et alter non sit homo. non igitur valet ex eo quod subiecta verificent aliqua contradictoria, quod possint omnia; quod si hoc non valet in subiectis realiter formaliter distinctis, a fortiori quando solum realiter virtualiter distinguuntur.

2° obiicitur sicut de eadem realiter entitate verificari dicuntur haec contradictoria communicatur, non communicatur, poterunt ergo haec verificari capax est illius duplicis contradictorij, quod substinet, non est capax illius quod substinet ergo etc. sed eo ipso quod verificetur non esse capacem duplicis contradictorij, non habet virtualem distinctionem, quae consistit in ea capacitate. ergo sine distinctione virtuali potest aeternus Pater ea contradictoria subire.

Respondetur negando maiorem; quia lumen ipsum naturae dictat, quod si subiectum substinet duo contradictoria, verum est quod potest illa subire, et falsum quod non possit; item naturae lumine constat, quod subiectum quod nullam omnino distinctionem formalem aut virtualem in sui partibus habet non posse contradictoria verificare cum impossibile sit idem simul esse, et non esse. hoc autem sequeretur admissa veritate illorum contradictoriorum, quae supponit argumentum ergo etc. probo minorem, nam eo ipso quod verificarentur non daretur inter partes illius subiecti, de quo verificantur distinctio virtualis, quae consistit in capacitate ad contradictoria verificanda, et in exclusione incapacitatis ad illa verificanda, nam capacitas, et incapacitas daretur ut supponimus. ergo sine distinctione virtuali verificaretur unum subiectum duo contradictoria. 3°

3° obiicitur cum sola distintione rationis veri ficantur in sententia obiective præscindentium hæc contradictoria cognoscitur inmediate, non cognoscitur inmediate. quia dicunt per distintionem rationis ita præscindi animal a rationali, ut inmediate cognoscatur, animal et non rationale. præterea cum sola distintione formali, vel ex natura rei, quam Scotus invenit, inter animal, et rationale verificantur etiam hæc contradictoria, animal distinguitur essentialiter a prio discursus, rationale non distinguitur formaliter a prio discursus. ergo non requiritur distintio virtualis, ut unica realiter entitas patiatur duo contradictoria.

Respondetur utramque sententiam, vel ex eo mihi vehementer displicere, quod admitat ea contradictoria simul vera, quare non urget obiectio, quia procedit ex priis, et oppinionibus, quæ mihi non probant. deinde aliud est loqui de contradictoriis intentionalibus, aut essentialibus, et aliud loqui de contradictoriis realibus, aut essentialibus, et aliud loqui de contradictoriis realibus quamvis emitamus contradictoria essentialia, vel intentionalia posse verificari de eadem realiter entitate sive distintione virtuali, tamen id non est concedendum de contradictoriis realibus.

Ratio discriminis potest esse non licet in omnibus contradictoriis detur æqualis oppositio, quæ præcise consistit in eo quod unum sit alterius destructio, tamen aliqua sunt, in quibus extremum positivum ita materiale est, ut præscindere nequeat unam formalitatem ab alia, sed omnes æque et inmediate afficiat, quare eo cum non cedit, ut negativum extremum, simul verificetur, eius modi sunt produci, et non produci, communicari, et non communicari, pro quibus aliqua distintio realis exigitur ex parte subiectorum si non formalis, et actualis virtualis, alten. alia vero sunt contradictoria non ita materialia, quæ præscindere videntur, ita ut positivum conveniat huic formalitati, et negativum alteri

alteri eiusmodi censentur a suis Authoribus ea, quæ proponuntur in argũto, quare ut illa verificentur nulla distintio reali, sive fõa lis, sive virtualis requiretur ex parte subiectorum.

4° obiicitur hæc distintio virtualis est realis, ergo facit realiter diferre naturam a rellationibus. hoc ñ est dicendum. respondetur distinguendo anũs, est realis fõalis, et actualis nego, rea lis virtualis concedo. similiter distinguendum est coñs, ergo facit realiter fõaliter differre naturam a rellationibus nego, realiter virtualiter concedo, qa distintio virtualis ñ est propria distintio cum ñ excludat imo petat identitatem realem, tantum igitur est distin ctio in virtute, sive in efectu verificandi duo contradictoria. et sane nullus in Deo negat distintionem realem fundamentalis rationis. neq; propterea bene infferres, eam facere naturam a rellationibus realiter absolute differre dum additur realiter fundamentaliter. 4° obiectiones aliæ caput 6um.

Non suppetit fundamentum, ex quo constet in Deo reperiri hanc distintionem virtualem. ergo temere adstruitur. respondetur ne gando anũs tum qâ ea constat nobis a posteriori ex ipso misterio q sine distintione reali fõali verificat prædicata contradictoria, tum etiam a priori ex infinita Dei perfectione, quæ sicut per unicam et indivisibilem realiter entitatem æquivalet pluribus creaturis in aliis prædicatis vg in virtute producendi, intelligendi, et amandi, sic æquivallere potest, et debet in ordine ad extrema contradictoria verificanda, quare sic argũtor. ñ minus perfec ta videtur hæc 2a quam prior æquivalentia, sed prior est in Deo, igitur etiam hæc posterior.

2a obiectio ñ datur in creatis distintio virtualis; ergo

ergo neq; in Divinis: respondetur antecedens dubium q̄a ñ nulli docent in creatis reperiri: q̄q tamen de hoc sit omisso ant.i negatur cōa, q̄a sicut ñ bene infertur in creatis ñ reperitur indivisibilis entitas cum tribus realiter distinctis identificata. ergo neq; in divinis ita ñ valet in creatis ñ datur distinctio virtualis, ergo neq; in divinis, ratio discriminis est infinita perfectio Dei, et finita creaturae, q̄ Deus ob eminentiam eius perfectionem equivalere debet rebus distinctis quà distinctis, hoc autem ob eius limitationem repugnat creaturae.

2a obiectio: iam identificantur inter se realiter Paternitas et essentia, quam Paternitas et essentia secum ipsis, ergo sicut ñ obstante hac identitate reali verificatur de essentia, q̄ a parte rei communicetur, et de Paternitate, q̄ ñ communicetur, poterit etiam verificari, q̄ essentia communicetur simul et ñ communicetur, q̄ Paternitas ñ communicetur, et simul communicetur, ita ut extrema contradictoria cadant ñ solum supra Paternitatem, et essentiam simul, sed etiam divisivè.

Respondetur concesso ant.i negando cōam, q̄a stante illa identitate reali stat etiam virtualis distinctio inter Paternitatem et essentiam, quam tamen ñ habet Paternitas a se ipsa, neq; essentia a se ipsa, sicut ñ bene argui, q̄ eadem ratione, qua verificatur album, et ñ album de Petro vel de Paulo divisivè, eo q̄ possint de illis collectim, q̄ in illis collectis relucet virtualis distinctio, quae ñ est in singulis divisim.

Instas infra perfectio quae relucet in essentia et Paternitate simul est in creatura in causa, q̄ habeant virtualem distinctionem in ordine ad communicari, et ñ communicari. ergo infinita perfectio, quae relucet in essentia sola, vel in sola Paternitate, poterit causare similem distinctionem in ordine ad eadem contradictoria, vel alia.

Respondetur maiorem esse perfectionem totius quam partium divisivè, proinde q̄ posse partes simul aliq̄ plus habere

habere, q partes divisivè n habent, undelicet Paternitas, et essentia simul ob suam perfectionem causent eam distintionem virtualem in ordine ad contradictoria, n inde sequitur q perfectio partium divisivè debeat illam causare, et simul infinita Dei perfectio n facit ut quaeqz contradictoria verificentur de Deo, sic n efficit, ut de qua vis perfectione verificentur, ac demum in Deo tantum est admitenda haec distintio, dū necessaria fuerit ad illa contradictoria verificanda; quae ita constant ex fidè, sed constat de Paternitate verificari simul et essentia; n autem de Paternitate, et essentia divisivè: ergo etc.

Ad obiectio maior est oppositio contradictoria, quam rellativa, et oppositio rellativa, quae datur inter producens, et productum, exigit distintionem realem fràlem. ergo oppositio contradictoria quae reperitur inter communicari, et n communicari, petet distintionem realem fràlem, et conséquenter n sufficiet realis virtualis, quae datur inter essentiam, et Paternitatem, maior est cōa videntur aperte. minor est serta, qa Pater, et filius ideo realiter fràliter distinguntur, qa rellativam oppositionem habent, eo q Pater filium producat, et filius producatur a Patre.

Hoc argūtum n tantum inpugnat distintionem virtualem, quam ipsum mysterium; etenim maior oppositio reducet in eod. unica entitas ut tres entitates, quam in eo q unica sit entitas producens, et productam. ergo sicut ex fidè consedit ut admitendum est Pum. item ingentius retorquetur argūtum in obiicientes, n sine ea a prorius distintione virtuali fatentur essentiam communicari, rellationes n communicari. iam igitur argūtor. maior est oppositio contradictoria quam rellativa, sed oppositio contradictoria cadere potest per vos in eandem omnino entitatem, quae nec fràlem, nec virtualem distintionem habeat. ergo a fortiori cadere poterit oppositio rellativa pq si haec n potest a fortiori neqz illa:

Respondetur

Respondetur ergo aliqua nunc ex fide supponenda, et alia ratione naturali explicanda. supponitur ex fide 1º quod essentia communicetur, et Paternitas non communicetur, quamvis realiter identificentur. 2º supponitur Personam producentem realiter formaliter a producta distingui, quod sit an ea distinctio proveniat ex oppositione quae datur inter producentem, et productam, quasi non possint in unica entitate convenire ratio producentis, et productae. Tum igitur asero quod licet oppositio contradictoria sit maior quam relativa, non tamen est maior, sed minor in ordine ad subiectum cui convenit, nam subiectum oppositionis contradictoriae possunt esse formaliter realiter idem, quamvis realiter virtualiter debeant esse multiplex, at subiectum oppositionis relativae debet esse formaliter realiter multiplex, ut ex Divina fide docemur. 3º argumenti finis in ponitur caput tum.

Alia non levis difficultatis superiunt argumenta, quibus opus est satisfacere. Tum verificatio contradictoriorum non arguit virtualem distinctionem inter subiecta de quibus verificantur etiam supposita identitate reali, nullum igitur est fundamentum, quo nitimur. sequela patet. ant. probatur nam de rellatione Patris, qua virtualiter distinguitur ab essentia verificantur contradictoria, neque tamen in rellatione Patris, qua virtualiter distinguitur ab essentia requiritur distinctio virtualis, ergo etc. minor communiter docetur maior, probatur nam de illa rellatione verificatur, quod realiter communicetur essentiae, de oppositione vero, quam habet cum filiatione verificatur quod non communicetur realiter essentiae, quia secus essentia realiter esset opposita filiationi, consequenter quod non identificaretur illi. verificatur ergo de rellatione Patris quod per identitatem realem communicetur

communicetur essentiae, de oppositionibus vero quam habet cum filiatione verificatur, quod non communicetur per identitatem realem essentiae.

Respondetur negando antecedens, ad probationem illius potest minor negari, quia non desunt Authores constituentes distinctionem virtualem inter praedicata ipsius rellationis, qua virtualiter distinguitur ab essentia; sed hoc omisso respondetur tam rellationem, quam oppositionem illius communicari realiter essentiae, quin propterea deducatur essentiam opponi cum filiatione, quia solum infertur, essentiam esse realiter rellationem habentem oppositionem cum filiatione, illa igitur oppositio non est essentiae sed rellationis, unde non est vera haec propositio essentia realiter est oppositio sui cum filiatione, sed haec essentia realiter est oppositio paternitatis cum filiatione.

Secundum argumentum est praecedenti simile, paternitas communicat per identitatem realem omnia sua praedicata naturae Divinae, quin virtualis distinctio obsistat ergo sicut verificatur de Paternitate quod generet ita verificatur de essentia, et sicut praedicatur de filiatione, quod generetur a Patre, ita de essentia, et sicut de paternitate dicitur quod sit incommunicabilis filio, et Spiritui Sancto, sic eadem incommunicabilitas praedicabitur realiter de essentia, quod affirmari nequit hoc tamen argumentum patitur apertam instantiam, nam quidquid sit de distintione, vel identitate virtuali, non est dubium, quod Paternitas communicet essentiae per identitatem omnia sua praedicata, quia cum omnibus illis identificatur realiter essentia, iam ergo Paternitas communicabit essentiae, quod generet, quod sit incommunicabilis etc.

Respondetur ergo concesso antecedenti negando consequentiam quia Paternitas dum per identitatem realem se, suaque praedicata communicat essentiae, tantum facit

facit ut essentia dicatur esse realiter id, q generat filium, id a quo filius generatur, et id q cæteris Personis est incommunicabile. ratio est q.a n obstante identitate reali Paternitas distinguitur virtualiter ab essentia, proindeq3, perinde habet ac si realiter ab illa distingueretur in ordine ad prædicata contradictoria, quare licet generare conveniat Paternitati, n convenit etiam realiter essentiæ, neqz convenit essentiæ n communicari, sicut convenit Paternitati, n hæc prædicata sunt, ita propria Paternitatis, ut essentiæ repugnent. tantum igitur dicitur de essentia, q sit realiter Paternitas cuius proprium est generare n communicari etc.

Sed instas ergo similiter natura communicat realiter Paternitati omnia sua prædicata realia, videlicet filiationem, et Spirationem passivam. ex quo fiet ut inter essentiam et Paternitatem n detur distintio, sed potius identitas virtualis, et mutuus consensus in omnibus suis prædicatis quandoquiden omnia, quæ sunt in Paternitate communicantur realiter essentiæ, et econtra. p.r illatio, n ideo n communicaret essentia filiationem paternitati realiter, q.a iam Paternitas, esset realiter filiatio, sed hoc n sequitur ergo. p.r minor, q.a licet Paternitas communicat essentiæ oppositionem quam habet cum filio, quin propterea dicatur essentia opposita filio, sed tantum dicatur esse realiter id, q opponitur filio, sic licet essentia communicaret realiter filiationem Paternitati, n diceretur Paternitas filiatio, sed tantum diceretur esse realiter id q est filiatio in quo nullum est absurdum. sed ab omnibus potius admitendum.

Respondetur negando ccam ad eius probationem dico, nobis ex fide constare filiationem, et Spirationem passivam n communicari realiter Paternitati, et potius ab ea per distintionem realem separari, q.a constat dari tres Personas realiter

realiter distinctas, ñ in natura, sed in proprietatibus personalibus. at e contra scimus Paternitatem, filiationem, et Spirationem passivam omnia quae sunt praedicata in eis contenta per identitatem realem essentiae communicari. quod ergo sit de eo loquendi modo, quem omittimus an in eo casu possit sustineri, de facto ñ admittimus illum, eo quod aliunde de certo constet, essentiam ñ communicare realiter Paternitatem filiationi.

Ultimum arguitur. haec distinctio virtualis ñ est aliud quam ipsum mysterium, quod ex fide cognoscimus, ñ est capacitas eiusdem indivisibilis entitatis ad praedicata sumi se contradictoria. ergo nil addimus quod fide ñ cognoscatur. respondetur esse mysterium explicatum eo meliori modo, quo potest humana mens illud exponere, quod sicut virtualis distinctio ñ est aliud, quam ipsum mysterium. ergo nullus chatolicus potest negare distinctionem virtualem. sicut nec mysterium. 4° quod distinctio rationis detur inter essentiam, et rellationes q° 9a. datur distinctio ex parte obiecti praecisiva caput tum.

Conclusio haec licet a plerisque negetur, ab aliis admittitur

admittitur ij sunt P. Herice la parte 1a 1o disp. 4a numero 18 P. Alar con 1a de trinitate disp. 2a cap. 11, P. Martinus Peres disp. 6a de trinitate sectione 6a numero 3o, prius vero quam illam efficacissimis rationibus probem.

Adverto duo, 1um a nemine dubitari, quod inter essentiam, et relationes detur aliqua distinctio rationis, quin eam distinctionem esse rationis ratiocinatae, sive cum fundamento ex parte obiecti, quare solum id controvertitur, an ea distinctio sit ex parte obiecti precisiva, vel solum ex parte actus. pro quo 2um adverto quaenam diferentia detur inter distinctionem rationis precisivam ex parte obiecti, vel ex parte actus, de quo fuse tractavimus in logica. igitur distinctio ex parte obiecti precisiva tangit formaliter et inmediate unam formalitatem, quin alteram etiam quoad intrinsecum formaliter et inmediate tangat, sed solum mediate materialiter et identice; distinctio vero rationis ex parte solius actus precisiva tangit eadem omnino ratione singulas et omnes obiecti formalitates quoad intrinsecum licet non in ordine ad omnia sua connotata.

Tam igitur quod naturam divinam, et relationes precindibiles esse distinctione rationis ex parte obiecti precisiva, non quod precindi possint distinctione precisiva ex parte actus non est dubium, etenim Petrus, et Paulus, quae realiter formaliter distinguuntur, possunt ita per intuitum attingi, quod unus formaliter, et inmediate cognoscatur, quin ea ratione cognoscatur alter, sed Paternitas, et essentia quamvis realiter identificentur, adhuc beneficio distinctionis virtualis equivalent rebus distinctis, ut distinctis, sicut in precedenti quaestione propugnavimus. igitur quamvis realiter identificentur, poterit attingi formaliter una, quin formaliter et inmediate tangatur alia.

Confirmo, quia non est maior, sed forte minus difficultas in

in eo, quod essentia formaliter, et inmediate cognoscatur, quin eo modo cognoscatur Paternitas, quam in eo quod essentia Patris communicetur, quin Paternitas illius communicetur. hoc autem non admititur, ergo solum est admitendum. Dices tantum in Divinis admitendam solum virtualem distintionem in ordine ad ea contradictoria, quae Divina fide cognoscimus, qualia sunt communicari, non communicari, produci, non produci, non tamen ad haec cognosci formaliter, et inmediate, non cognosci formaliter, et inmediate, quae non constant ex Divina fide.

Contra, quia licet haec genera contradictoria non constent directe ex fide sicut alia, tamen indirecte constant, eo quod inferantur ex aliis, ut ita probo, nam cognitio qua quis affirmat essentiam Patris communicari filio non atingit formaliter, et inmediate Paternitatem, sed solam essentiam, quia si Paternitatem formaliter atingeret esset falsa, cum enuntiaret essentiam, et Paternitatem communicari. praeterea cognitio representans Paternitatem, ut non communicatam esset etiam falsa, si formaliter atingeret essentiam ex parte obiecti, quoniam enuntiaret, tam essentiam, quam Paternitatem non communicari. igitur prior cognitio solum atingit formaliter essentiam, et posterior solum Paternitatem, ut sic actus uterque verus evadat. ex eo igitur, quod essentia communicetur in re. Paternitas vero non communicetur, fit necessario per se, quin et ipsius debere cognosci naturam, ubi essentiam formaliter, quin formaliter atingatur Paternitas et e contra.

Huic instantiae forte respondebis aliud esse obiectum enuntiationis, et aliud obiectum verificationis. ut in hac propositione patet aliquis homo currit, ubi in obiectum praedicationis sunt omnes homines sub disiuntione. nam ita resolvitur, Petrus currit, vel Paulus currit etc. at obiectum verificationis est determinate Petrus v.g., nam ex eo quod ille solus currat, evadit

evadit vera tota illa ppo. iam ergo licet subtum huius ppis essentia communicatur, inmediate, et fraliter sit n solum essentia sed Paternitas adhuc evadit ppo vera, qa licet utraqz perfectio sit subtum enuntiationis, eoq predicatum enuntietur de utraqz, n tamen utraqz subtum est verificationis, sed essentia sola, ob cuius communicationem verificatur tota ppo.

Sed contra, qa licet hec doctrina locum habeat quando ppo fraliter aut equivalenter est disiuntiva, n tamen qdo est copullativa, qa tunc predicatum enuntiat de omnibus partibus subti, et ex eo q omnibus conveniat, sumitur eius veritas, quin sufficiat uni solum parti convenire, vg cum dico Petrus, et Paulus currunt, oportet ut conveniat cursus Petro, et Paulo, neqz sufficit, ut Paulo, vel Petro conveniat. iam ergo cum illa ppo essentia Patris communicatur, huic equivaleat in sententia horum Atum, essentia communicatur, et Paternitas communicatur, que n est disiuntiva sed copullativa, necessum est ad eius verificationem, ut communicatio conveniat utriqz parti, sed n convenit utriqz, sequitur ergo illam ppem esse falsam, q est hereticum.

Preterea sequeretur ex tacta solutione veras esse has ppes, que falsissime sunt a catholicis. essentia filij producitur, filiatio communicatur per identitatem realem spiritui Sancto. probo n perte, licet utraqz aferat equaliter ex parte subti tam essentiam quam filiationem de quibus predicatum enuntiat, adhuc ad utriusqz veritatem sufficit, ut predicatum reipsa conveniat alicui parti subti, neqz requiritur ut omnibus partibus conveniat, sed reipsa ita est qd predicatum alicui parti conveniat. igitur reipsa datur obtum utriusqz ppis, quantum sat est ad utriusqz veritatem. to alie rationes, et obta soluta. caput 2um.

Sed eandem distintionem rationis ex parte obti precisivam in
tervenientiam et rellationes ulterius ostendo. nam unio intentio
nalis qualis est cognitio, magis est precisiva ex natura sua
quam unio realis materialis, et phisica, sed unio hec realis ma
terialis, et phisica fuit ex parte obti precindens inter naturam
et rellationem. ergo poterit a fortiori inter naturam, et rellationem
precindere cognitio. maior patet nam unio qua verbum caro fac
tum est copulavit inmediate personalitatem, etenim naturam
Divinam cum natura creata, ut in materia de incarnatione
late ostendimus.

Deinde patet idem intentum ex doctrina valde com
muni inter AA., qui dicunt, creaturas petere Deum, ut
unum, et non ut trinum, ex quo sequitur aperte, quod exigentia
creaturarum ex parte obti precindat unitatem Divinam
a trinitate. ergo poterit a fortiori cognitio prestare hanc
precisionem.

Vltimo probatur nam cognitio formaliter, et inmediate filium
atingens, non atingit formaliter, et inmediate Patrem, ut pote rea
liter distinctum, sed ad summum tanquam terminum filij, iam
igitur, vel atingit formaliter, et inmediate Divinam essentiam
vel non atingit? si illum habeo intentum, quia iam atingendo
formaliter, et inmediate essentiam, non atingitur formaliter, et
inmediate Pater cum quo realiter identificatur. si 2um
habeo similiter intentum, quia filius atingitur inmediate,
quin atingatur, formaliter, et inmediate essentia, que cum

cum filio identificatur possunt ergo intrinsece duo realiter iden tificari, quin utrumque sit idem unum formaliter, et immediate tamen pater.

Sed opponitur 1° huic ipso, quod aliqua distinctio rationis est ~~extrinseca obiecto~~ extrinseca obiecto, sed repugnat esse extrinsecam obiecto et esse praecisivam ex parte obiecti, repugnat igitur, quod inter essen tiam, et relationes detur distinctio rationis praecisiva ex parte obiecti, consequentia patet minor est certa, nam eo ipso quod distinctio sit ex parte obiecti praecisiva talis est, ut virtute illius detur ex parte obiecti unum et aliud. sed hoc nequit ab extrinseca forma provenire, cum nequeat esse formalis effectus, ubi non est ipsa forma. ergo etc.

Respondetur concessa maiori, negando minorem, ad eius probationem distinguo maiorem. ut detur ex parte obiecti unum, et aliud specificative sumptum concedo maiorem, formaliter, et reduplicative, qua est unum, et aliud, ne go maiorem, sicut enim ex parte obiecti datur id, quod cognoscitur, sed non formaliter, qua cognoscitur, ita ex parte obiecti datur id, quod deno minatur unum, et aliud, quamvis non detur forma talis denomina tionis, quae forma haec est cognitio, quae, sicut est intrinseca intui sic est extrinseca obiecto, nec urget id de formali effectu. nam esse cogni tum est formalis effectus cognitionis, et tamen possunt dari cog nitum specificative, sine cognitione, quae sit intra cognitum. ergo licet effectus formalis distinctionis praecindentis in obiecto sit reddere unum et aliud, poterit dari hoc unum et aliud specificative, quamvis non detur ibi distinctio praecindens.

Opponitur 2°: distinctio rationis non est intrinseca, sed extrinseca obiecto: igitur cognitio distinguens non attingit duas forma litates in obiecto, ut obiectum distinguitur a cognitione. patet consequentia non inde sequeretur obiectum esse habere duas formalitates distinctas independenter, et antecedenter a distinctionem rationis. modo sic, ut rationis distinctio sit ex parte obiecti praecisiva necessum

necessum est, ut attingat ex parte obiecti duas formalitates: hoc est im
possibile. repugnat igitur distinctionem rationis esse praecisivam
ex parte obiecti, consequenter per illam distingui rellationes, et essentiam.

Respondetur concesso primo enthi
memate, negando maiorem syllogismi subsequentis, vel eam
claritatis gratia distinguendo, necessum est ut attingat ex par
te obiecti duas formalitates, quae supponantur duae nego maio
rem, quae per ipsam distinctionem, et cognitionem fiant duae
concedo maiorem, sicut enim, ut cognitio feratur in obiectum
cognitum, opus non est, ut illud cognitum praesupponat, sed fa
ciat, sicut distinctio feratur in formalitates distinctas, opus non
est, quod praesupponat, sed quod efficiat eas distinctas. idem cernitur
in reali distinctione, quae non supponit, sed facit extrema reali
ter distincta, quamvis capacitatem in ipsis supponat, ut fia
nt distincta. sic ergo distinctio rationis ex parte obiecti praecisiva
non praesupponit obiecta praecisa, sed ea praecindit, et distinguit
licet in ipsis praesupponat aptitudinem, ut ita distinguan
tur. 1º an inter essentiam, et rellationes detur inclusio quaestio 10
non datur inclusio mutua caput 1um.

Sub hac unica quaestione tria dubia moveri solent. 1um an inter
essentiam, et rellationes detur inclusio mutua? 2um an rellationes

rellationes claudantur in essentia, licet n̄ econtra essentia in rellationibus. Cum an essentia claudatur in rellationibus, et rellationes in essentia n̄ includantur, de singulis seorsim breviter agendum.

Supponimus autem, ut omnibus notum, talem esse inclusionem extremorum, qualis fuerit eorum intercedens distintio, quare cum statuerimus inter essentiam et rellationes n̄ dari distintionem realem, neqz ex natura rei, conveniens est, ut inclusio, si forte detur in his perfectionibus nequeat esse realis, aut ex natura rei, unde totum controversia po sunt an sicut virtualiter realiter, ex parte obiecti distinguuntur, ut precedentibus dictum manet, ita realiter virtualiter, aut intentionaliter ex parte obiecti includantur.

Pro resolutione igitur ~~resolutionis~~ dubitationis asserimus, inter essentiam et rellationes n̄ dari mutuam inclusionem. hec resolutio pr exprissi in loga iactis, ubi ostendimus quod in genere loquendo repugnat inclusio mutua. ratio mihi evidens est, quia tam eadem perfectio simul esset totum, et esset pars respectu alterius, quod extris repugnat. sequela pr quia totum est, quod claudit aliud, et pars que includitur in illo. ergo cum quelibet ex his perfectionibus includeret aliam et quelibet in alia clauderetur, quelibet simul esset totum, et esset pars respectu alterius. quod autem id repugnet, ostenditur, n̄ eo ipso quod aliquid sit totum respectu alterius, addit aliquid supra illud, et eo ipso quod sit pars, nil addit. igitur est impossibile, quod aliquid sit totum, et simul pars respectu alterius, sicut est impossibile quod supra illud nil addat, et aliquid addat.

Hinc aperte colligitur essentiam, et rellationes Patris vg, n̄ habere mutuam inclusionem, quia iam utraqz perfectio simul esset totum, et pars rei alterius. et confirmatur 1º ~~in~~ ex dicendis in hac ipsa questione ubi constabit

constadit eas perfectiones mutuo se excludere. igitur n. possunt includere se mutuo. Confirmatur 2° ex dictis ubi statutum manet, has perfectiones virtualiter, et per intellectum ex parte obiecti praescindentem distingui: sed si mutuo se includant, n. distinguentur. ergo. probatur minor quia si mutuo se includat, nil erit in una quod n. sit in alia, sed eo ipso n. distinguentur. ergo. probatur haec minor, quia repugnat duo distingui, quin saltem in uno sit praedicatum, quod n. est in alio.

Neque dicere valet hanc mutuam inclusionem n. esse quo ad explicitum, sed quoad implicitum solum. dicunt ergo praecitati D.D. eam inclusionem mutuam propugnantes essentiam ex duplici conceptu componi, alio explicito, et implicito alio. conceptus explicitus n. includit rellationem, implicitus autem rellationem, et caeteras Dei perfectiones includit. rellatio similiter habet conceptum implicitum, et explicitum, explicitus n. includit, sed potius excludit essentiam, implicitus autem includit essentiam, et caeteras omnes perfectiones a rellatione Patris distinctas.

Haec tamen evasio mihi prorsus ininteligibilis est, eam ita praecludo 1°, nam adhuc infertur quod inter essentiam, et rellationes n. daretur distintio virtualis neque distintio ex parte obiecti praecisiva, si quidem omnia rellationum praedicata clauderentur in essentia, et omnia praedicata essentiae in rellationibus, sive implicite, sive explicite dicantur includi, quod nil difficultati minuit, n. omne, quod includitur in alio sive includatur implicite, sive explicite constitutivum est includentis eo solum discrimine, quod quod clauditur implicité constitutivum implicitum est explicitum autem si clauditur explicité igitur omne praedicatum constitutive repertum in essentia reperitur etiam constitutivé in rellationibus, et e contra. ergo

ergo ñ distinguuntur rellationes, et essentia, patet q̃ implicat duo distingui, quin eo modo, quo distinguuntur habeat unum aliquod predicatum constitutivum, quod in alio ñ sit.

Precludo 2.º q̃ si conceptus implicitus essentiæ claudit rellationes, et cæteras Dei perfectiones ab essentia distintas. ergo preter omnes superaddit aliam. patet, quia repugnat totum aliquid includere, quin supra ~~totum~~ inclusum superaddat aliud: at nihil superaddere potest, cum supponantur omnes inclusæ. ergo etc. neque dicas superaddi conceptum explicitum essentiæ, quia loquor de conceptu implicito prout ab explicito distinguitur. et arguo sic. ille conceptus implicitus essentiæ, qua distintus ab explicito nequit includere rellationes, et cæteras Dei perfectiones con distintas ab essentia, quin supra omnes addat aliam condistintam ab essentia: sed nulla est, quam superaddat. ergo et cetera.

Ex dictis infertur ñ reperiri mutuam inclusionem inter essentiam et atributa, nec inter atributa inter se, q̃ ubi ipsa repugnat hoc inclusionis genus. 1.º opposite rationes caput 2um.

Animal q̃ est in homine claudit essentialiter rationale, sed ñ quo ad explicitum, cum animal explicite ñ dicat ñ e vivens sensibile. ergo quo ad implicitum includit, ñ ergo repugnat hæc inclusio quo ad implicitum, et consequenter inde negari ñ debet inter essentiam, et rellationes. probatur maior, quia si animal quod est in homine ñ includeret rationale præcise haberet identificari realiter cum rationali, ñ distingueretur

distingueretur ab illo ~~rationali~~ animali quod reperiretur in equo, sed idem prorsus animal esset utrique commune, sicut eadem prorsus essentia communissime omnibus tribus personis, et ratio est, quia realiter unam perfectionem identificari cum alia, non sufficit, ut una realiter distinguatur ab omni eo a quo realiter distingueretur alia, cum essentia Divina realiter identificetur cum Paternitate, neque tamen realiter distinguatur a filio, a quo realiter distinguitur Paternitas. ergo quod animal hominis realiter identificetur cum rationali, non satis est, ut animal hominis realiter distinguatur ab equo a quo realiter distinguitur rationale hominis.

In hoc argumento iam diu notabam non fore mutuam inclusionem sed ad summum inclusione differentiae in ratione communi, non vero rationis communis in differentia quia cum rationale hominis per se ipsum distinguatur sufficienter ab equo non opus habet aliquo alio conceptu sum implicitum in bibito, per quem distinguatur, at animal cum sit commune homini, et equo, necessum est ut saltem implicite claudat aliquid vi cuius diversum sit animal hominis, ab animali quod reperitur in equo, nam identitas realis cum rationali non sufficit, ut animal hominis, ab equo distinguatur, sicut rationale distinguitur, nam essentia Divina realiter etiam identificatur Paternitati, quae realiter distinguitur a filio, quin tamen propterea distinguatur essentia.

Noto deinde potius ex argumento iacto convinci Paternitatem in essentia neque implicite claudi, consequenter neque non dari mutuam inclusionem, etiam quoad implicitum inter essentiam, et rellationes: probo, nam ideo animal hominis diversum realiter est, ab eo quod reperitur in equo per se quoniam in homine claudit implicite differentiam rationalis, quae realiter ab equo distinguitur. ergo si Divina essentia, quae reperitur in Patre

in Patre claudit implicite Paternitatem realiter distinctam a filio, distinguetur etiam realiter a filio, consequentia negari nequit. consequens autem plus quam falsum est.

Ad argumentum ergo facile respondetur negando maiorem. ad eius probationem concessa maiori nego minorem. ad cuius probationem fateor in Divinis male deduci ex identitate reali duorum inter se, q unum realiter distinguatur ab omni eo, a quo realiter distinguitur aliud. in creatis autem est evidens hęc illatio propter imperfectionem creaturarum. sicut adversarius ipse tenetur concedere, q licet essentia Patris claudat implicite rellationem distinctam a filiatione, n ideo distinguatur a filiatione. cum tamen in creatis animal hominis distinguatur realiter a rissibili, quia claudit rationale quod ab eo distinguitur.

Obiicitur 2° inter deffinitionem, et deffinitum datur inclusio mutua, n omne q latet in definito proponitur, et explicatur in deffinitione, et qq exprimitur in deffinitione, convenit deffinito, n ergo repugnat, hęc inclusio mutua, neq propter eius repugnantiam negari debet inter essentiam, et rellationes.

Respondetur negando antecedens nam inter deffinitionem, et deffinitum datur identitas summa, n inclusio mutua nam inclusio repugnat ubi n datur distintio, neq enim Petrus dicitur includere seipsum sed identificari secum ipso. mitto rationes alias in subsequentibus diluendas. 4° rellationes n includuntur in essentia. caput 3um

Conclusio

31

Conclusio haec efficacissimis rationibus probatur contra nullos. 1° quia si Divina essentia clauderet in suo conceptu rellationes non esset communis omnibus personis, hoc est plus quam falsum. ergo etc. minor est certa, nam in eo consistit misterium trinitatis, quod eadem indivisibilis essentia per identitatem realem sit communis tribus personis. maior ergo patet, nam illud non est commune pluribus, quod aliquid includit non commune, sed si Divina essentia rellationes includeret, aliquid non commune tribus Personis includeret. igitur si Divina essentia rellationes includeret non esset communis omnibus personis. minor patet, quia nulla rellatio communis est omnibus Personis.

Probatur 2°: nam sequeretur hanc propositionem esse falsam Pater est Deus, quae tamen est indubitata, probatur sequela, quia nequit Pater esse Deus, quin sit omne id quo constituitur Deitas, sed Pater non esset omne id quo constituitur Deitas, si rellatio filij claudereetur in Deitate: ergo etc. probatur minor, quia Pater non est rellatio filij. ergo non est omne id, quo constituitur Deitas, si rellatio filij Deitatem constituit, et includitur in illa.

Probatur 3°, quia si rellatio filij clauderetur in essentia, iam essentia non esset improducta, sed producta; quod nullus Chatollicus admittet. probatur sequela, nam filij rellatio est producta. ergo si clauderetur in essentia denominaret illam productam, patet consequentia nam ut totum denominetur productum satis est, quod ratione alicuius partis producatur. sic in creatis homo dicitur genitus ob unionem genitam, et in Divinis filius denominatur productus, eo quod eius rellatio

rellatio producatur, quamvis ñ essentia.

Probatur 4°: nam fieret ex hac inclusione rellationum in essentia filium ñ esse Deum verum de Deo vero contra Symbolum fidei. probatur ñ ut filius sit Deus de Deo necessum est, ut prioritate originis supponatur Deus ante filium: at si Deitas includat rellationem filij, et Spiritus Sancti, Pater ñ supponetur ~~Deitas ante filium~~ prioritate originis Deus ante filiationem. ergo e^da^. minor probatur, quia ñ supponetur Deitas ante filium, cum ex filiatione, et spiratione passiva constituatur, et res ante sua constitutiva nequeat supponi. ergo Pater prioritate originis ñ supponetur Deus ante filium.

Probatur 5°, nam sequetur in essentia Divina quae formaliter est essentia reperiri numerum, hoc est plus quam falsum ergo e^da^. minor constat ex capite firmiter, et capite damnamus de summa trinitate maior patet, nam in essentia formaliter daretur trinitas personarum, et ternarius numerus rellationum. ergo numerus daretur.

Probatur 6° ex Concilio Toletano capite 6° in professione fidei, sic loquenti cum dicimus Deus ñ ad aliquid dicitur sicut Pater ad filium, vel filius ad Patrem, vel Spiritus Santus ad Patrem, et filium; sed ad se specialiter dicitur Deus: sed si omnia essentia clauderet rellationes, Deus diceretur ad aliquid, sicut Pater ad filium, et filius ad Patrem. ergo Divina essentia ñ claudit formalissime rellationes. minor patet, q^a^ diceret in suo conceptu rellationem Patris ad filium, et filij ad Patrem.

Probatur 7°: q^a^ iam Pater ñ solum, quâ Pater, sed quâ ~~Deus~~ Deus

Deus opponeretur, sed distingueretur a filio: sed hoc ñ est admitendum, quia certo constat oppositionem Personarum ex natura ñ provenire, nam eadem in omnibus est, sed ex personalitatibus, quæ diversæ sunt. Probatur sequela: nam Pater qua Deus includeret totam rationem oppositionis, et distintionis a filio, quæ ñ est alia nisi Paternitatis rellatio.

Probatur denique, ñ in Patre clauditur essentia Divina, sed ñ clauditur filiatio. ergo filiatio ñ clauditur in essentia Divina. patet consequentia, quia si filiatio clauderetur in essentia necessum erat ut clauderetur in Patre, nam ubicunque reperitur includens opus est ut reperiatur inclusum, ubi datur totum debet inveniri pars, et ubi est constitutum debet esse constituens. 1º obiecta soluta. caput 3um.

Dices primo Deus essentialiter dicit subsistentiam, sed ñ ~~essentiam~~ absoluta quia hæc ñ datur in Deo iuxta dicta Art. 1º. igitur rellativa, cum autem ñ sit maior ratio cur hanc potius, quam alteram dicat, opus est ut omnes admitat.

Respondetur distinguendo maiorem Deus in abstracto dicit essentialiter subsistentiam nego maiorem. Deus in concreto concedo maiorem, quia Deus in abstracto stat pro deitate, quæ iuxta dicta ñ involvit essentialiter substantiam. Deus autem in concreto ñ est aliud, quam Deus in Personis, in quibus sine dubio subsistentiæ

subsistentię clauduntur.

Dices 2° Deitas in abstracto ñ esset una ex genere unitatis, q modo habet nisi esset trina in Personis ergo trinitas in Personis est prędicatum essentiale Deitatis in abstracto. respondetur distinguendo antecedens nisi formaliter esset trina in Personis nego antecedens nisi radicaliter esset trina in personis concedo antecedens et similiter distinguendum est consequens. igitur trinitas radicalis in personis est prędicatum essentiale Deitatis in abstracto concedo consequentiam. trinitatis formalis nego consequentiam. explico trinitas ñ includitur, sed potius excluditur a conceptu Deitatis. at exigentia trinitatis est de conceptu formalissimo Deitatis, quia petit hęc per identitatem realem tribus personis: unde si defficeret a Deitate hęc exigentia defficeret ea specialis unitas, quam essentialiter minor habet, retineret autem hanc unitatem, si precisse defficerent rellationes, vel trinitas Personarum.

Dices 3° si daretur in Deo tantum unica subsistentia clauderetur in formalissimo Deitatis conceptu. ergo quam vis non resideantur debent includi, patet, n q includatur, vel excludatur ñ pendet a unitate, vel pluralitate personalitatum. aliqui respondent concesso ant.i negando coan inde vero discrimen assignant, q tunc Deitas ñ esset communis pluribus Personis, unde ñ esset incommodum admittere personalitatem, q tamen est de facto quando Deitas est communis.

Sed melius respondeas negando ant., q a licet tunc ñ surgeret ratio hęc de communicatione Deitatis, alię tamen ex nuper dictis superessent, et quidem sicut subsistentia Petri

Petri licet unica sit realiter distinguitur a Petro, si per intellectum distingueretur a Deitate subsistentia Divina, licet esset unica; et sicut cognitio licet non plurificetur; sed unica realiter in Deo sit, adhuc a Deitate distinguitur, ita distingueretur subsistentia licet esset unica.

Dices ultimo hec propositio Deus est Pater, est per se quia in Deo nihil datur per accidens. ergo predicatum est de essentia subiecti. patet quia propositio per se vocatur illa, cuius predicatum est de essentia subiecti. respondetur esse litem de pura voce, quid intelligendum veniat nomine propositionis per se, quia si intelligatur illa cuius predicatum formaliter est de essentia subiecti, fateor hanc propositionem non esse propositionem per se Deus est Pater, si Deus in abstracto sumatur pro Deitate, quia si sumatur in concreto, erit per se, quia ~~partim~~ predicatum erit de essentia subiecti, neque sub hoc sensu repugnat aliquid in Deo reperiri per accidens, quia iste propositiones etiam non erunt per se, sed per accidens Deitas est atributum, intellectio est vollitio, quod si propositio per se dicatur ut mihi videtur congruentius ea, cuius predicatum necesso convenit subiecto negandum est illam propositionem Deus est Pater non esse per se quia predicatum non est contingens, sed necesso conveniens subiecto. 7º essentia non includitur in rellationibus caput 5um.

Probatur hec resolutio 1º conceptus ille quo precise Pater opponitur filio rellativus est; ille ~~—~~ non claudit essentiam, ergo conceptus rellativus Patris non claudit essentiam. idem arguitur

argumentum proportione servata formo, de qualibet relatione, maior huius discursus est evidentissima, quia conceptus ille, quo precisive Pater opponitur filio non est absolutus, quia per nihil absolutum in Divinis una Persona opponitur alteri, debet igitur esse relativus. minor eiusdem discursus ostenditur, quia si conceptus ille, quo precisive Pater opponitur filio clauderet essentiam, iam ille conceptus esset, et non esset, quo precisive Pater opponitur filio quod implicat. esset tum, quia supponitur, esset 2um quia clauderet essentiam, in qua Pater non opponitur filio. ergo non esset ille conceptus, quo precisive Pater opponitur filio.

Probatur 2°: nam ubi datur totum includens duas partes nulla earum potest aliam includere, sed Pater est totum includens absolutum, et respectivum, nequit ergo absolutum in respectivo claudi. simile argumentum formari potest de qualibet alia Persona. minor iacti discursus est certa. maior ostenditur, nam si aliqua duarum partium constituentium totum includeret aliam non esset pars sed totum, non esset inclusa sed includens. et ideo materia physice loquendo non includitur in forma, neque forma in materia, quia pero utramque physice constituitur homo, nec animal includitur in rationali, vel rationale, in animali, quoniam utrumque predicatum includetur methaphisice in homine tanquam in toto methaphisico.

Probatur 3°, nam essentia Divina omnino distinguitur a conceptu respectivo qua tali, sed nequit in eo includi a quo distinguitur omnino, nequit igitur includi in conceptu respectivo qua tali. patet consequentia minor est certa, nam quod includitur non omnino distinguitur ab includenti, cum sit pars illius, maior patet, nam respectivum, qua tale nihil absolutum involvit, secus non consideraretur, ut respectivum, sed partim qua respectivum, et partim ut absolutum, igitur essentia, et quodvis predicatum

predicatum absolutum omnino distinguitur a respectivo, quo tali; taliter q̄ in eo n̄ includatur.

Probatur 4° q̄ est in rellatione Patris opponitur filiationi: sed essentia n̄ opponitur filiationi: igitur essentia n̄ est in rellatione Patris. minor, et coa n̄ egent probatione, maior ostenditur. n̄ id solum discriminis est inter Patrem, et eius Paternitatem, q̄ aliquid Patris opponitur filiationi, et aliquid n̄ opponitur, cum Paternitas opponatur, et essentia n̄ opponatur: at Paternitas, seu rellatio Patris opponitur omnino.

Probatur 5° n̄ includens, ut tale preter inclusum superaddit aliud, q̄ ulterius n̄ involvat inclusum, secus includens sibi afferret inclusum. ergo si rellatio claudit essentiam superaddere debet ultra illam conceptum alium, qui n̄ afferat essentiam, sed talis conceptus est rellatio, n̄ igitur rellatio claudit essentiam, totus discursus est mi hi certus.

Deniq. probari solet, nam essentia est inproducta; rellatio filij est producta, igitur rellatio filij n̄ claudit essentiam. hec tamen ratio n̄ valet, at si dicas essentia est inproducta, filius est productus. igitur filius n̄ claudit essentiam. ratio est nam optime stat includens produci, quin producatur omne q̄ sub illo clauditur, quia satis est, ut vel unica pars termin et productionem. Itq. difficultates enodantur caput 6um.

7° difficultates enodantur caput 6um.

Prima difficultas. Personalitas Patris, verbi gratia quantumvis ab essentia distinguatur virtualiter, vel per intellectum elicit in suo formalissimo conceptu esse reale, cui repugnat esse creatum, vel dependens. ergo dicit formaliter esse increatum, sive a se, sed esse a se est proprium naturae divinae. ergo dicit formaliter naturam divinam.

Respondetur 1° esse increatum et a se relativum, non esse proprium naturae divinae sed relationum, quamvis esse absolutum increatum et a se sit proprium naturae divinae. iam ergo relationi Patris convenit esse increatum et a se relativum, non absolutum, ideo quia non convenit quod est proprium naturae divinae. videantur quae diximus tractatu 1° quaestione 4a casus 4° ubi ostendi quod increabilitas multiplicatur in relationibus divinis. Respondetur 2° esse increatum, et a se primarium esse de conceptu propriissimo naturae divinae non autem esse increatum et a se secundarium, quod attributis et relationibus convenit. unde cum personalitati, vel relationi Patris conveniat esse increatum, et a se, non primario

primario, sed secundario, ñ convenit qd est proprium naturæ divinæ.

2a difficultas. hæc est vera pp° Pater est Deitas
et in quadam definitione Concilij Florentini quam approvavit Eugenius Papa continetur, sed ñ erit vera, nisi Deitas claudatur in Paternitate, ergo clauditur
minor pr qa nequit abstractum prædicari cum veritate de concreto quin abstractum includatur in altera
parte concreti vel econtra: sed Paternitas iuxta dicta
ñ includitur in Deitate ergo Deitatem includit.

Respondetur concessa maiori negando minorem ad eius probationem negatur maior, ut
enim ppo sit vera satis est ut eius obtum detur ea ratione, qua enuntiatur, sed per illam ppem Pater
est Deitas tantum enuntiatur identitas realis inter
Patrem, et Deitatem. ergo stante hac identitate reali
quamvis ñ detur inclusio unius partis in aliam, stabit
veritas illius ppis. minor pr qa vis illius particulæ est
tantum est identitatem realem exprimere. addeq.
plus aliud requiritur ad veritatem ppis præter identitatem realem solum est inclusio prædicati in subiecto:
sed hæc reperitur in ista ppe qa Deitas includitur ut
partiale et præcipuum constitutivum intra Patrem. ergo.

3a difficultas essentia divina comparatur ad relationes tanquam ratio communis ad
sua inferiora, sed ratio communis ñ solum identificatur realiter cum suis inferioribus, sed in eis fraliter includitur. ergo essentia divina ñ solum identificatur realiter cum relationibus, sed in eis fraliter includitur. minor pr ñ animal includitur in homine, et equo; homo in Petro, et Paulo. Respondetur

Respondetur aliud esse loqui de ratione communi communitate logica, et aliud de reali communitate, quare si daremus rationem logicé communem in suis inferioribus claudi, vel contineri, nihil argutum convinceret pro natura divina, quae non logicé sed realiter est communis, sed rationem logicé communem non includit semper in suis inferioribus, est mihi certum, quia animal non solum est ratio communis respectu hominis, et equi, sed etiam respectu rationalis, et hinnibilis, nec ipsi tamen includitur in rationali.

Ultima difficultas si relationes includeret essentiam faceret compositionem cum illa, sed nequit facere, ergo includit essentiam. minor probatur quia si relatio faceret compositionem cum essentia, se haberet per modum actus, vel potentiae respectu essentiae, cum compositio duorum stare nequeat, quin unum se habeat per modum actus, et aliud per modum potentiae, sed nequit ita se habere quia dicit imperfectionem. ergo etc.

Respondetur omissa maiori negando minorem ad probationem nego maiorem, quia compositio, quae realis formalis non est sed virtualis aut per intum qualis reperitur inter essentiam, et relationes, non petit, quod unum extremum se habeat, ut potentia, et aliud tanquam eius actus quia sufficit, ut dentur duae perfectiones quarum una non includat nec includatur in alia, et quarum una denominetur per aliam, ita se habent relationes, et essentia, faciunt ergo compositionem. etiam e, vel in compositione phisica, quae reperitur in creatis, opus non est quod unum extremum se habeat ut potentia, et alterum, ut actus, quod patet et in continuo extenso cuius partes phisice componunt

conponunt neqz tamen una recipit neqz recipitur mito q aliquis forte dicerit nullam sufficit, in perfectionem esse q extremum ratione nostra se habeat ut pōa vel actus. 3° an relationes sint notiones q° 11. respondetur affirmative casu ut lum.

Notion est aliud quam id ratione cuius una persona divina discernitur et discriminatur ab alia, unde fit notionem esse duplicem aliam fr̄alem, et obiectivam aliam. fr̄alis est actus intus quo cognoscitur una persona ut fr̄aliter ab alia distincta. obiectiva est predicatum illud existens in una persona ratione cuius intus discernit illam ab alia. ~~hin~~ Hinc infertur utramqz notionem in Deo reperiri, patet q^a notio fr̄alis est cognitio discernens unam personam ab alia: sed in Deo reperitur eius modi cognitio, ergo reperitur notio fr̄alis. deinde obiectiva notion est aliud quam predicatum existens in una persona, ratione cuius in re discernitur ab alia: sed eius modi

eiusmodi predicatum reipsa datur in Deo. ergo notio ob
iectiva datur in Deo.

Sed advertas 1° theologos in presenti non disputare
de notione formali, sed obiectiva. 2° notionem hanc obiecti
vam frequenter vocari notam, characterem, et speciale
sigillum vnius personę. 3° notionem obiectivam ex
primi solere nominibus abstractis non concretis. ita dicimus
paternitatem esse notionem patris et filiationem filij.
nam aliud est loqui de Patre, qui notificatur per notionem
et aliud de paternitate, qua cuius Pater notificatur, et qua
distinctus cognoscitur a ceteris personis. 4° notionem ob
iectivam semper esse in ordine ad formalem, quoniam est
illud predicatum existens in vna Persona, cuius potes intui
illam ab alia discriminare. 5° demum plures conditiones
hic a DD. prescribi pro notione. sed illę sunt prorsus ad
libitum.

His positis queritur an divine relationes sint notiones
affirmative respondendum est. ratio patet ex dictis nam omne
illud predicatum, quod in re discriminat vnam personam
ab alia est notio divine relationes discriminat vnam per
sonam ab alia, ergo divinę relationes sunt notiones obiec
tivę, de quibus loquimur. cons. patet minor pr. quia Pater
per paternitatem differt a filio, et spiritu Santo. filius
per filiationem a Patre, et Spiritu Sancto. Spiritus vero
Sanctus per spirationem passivam a Patre, et filio.
Pater demum et filius per activam spirationem ab Spi
ritu Santo. omnes ergo quatuor relationes, quas supra
concessimus divinis personis, videlicet Paternitas, fili
atio, et vtraque spiratio sunt notiones.

Dices: quod est commune nequit esse
notionale, seu notio: spiratio activa communis est Patri

Patri et filio, nequit igitur esse notio. respondetur di
stinguendo maiorem. quod est commune omnibus Personis
concedo, quod est aliquibus tantum commune nego. spiratio
ergo activa non est omnibus communis sed Patri solum et filio,
quare potest esse notio non quidem Patris respectu filij, vel filij
respectu Patris, sed Patris et filij respectu Spiritus Sancti
non utramque Personam in se discriminat a Spiritu Sancto
non autem discriminat Patrem a filio, vel e contra. 4º num
aliqua preter relationes sit notio caput 2um

Communissima sententia theologorum cum S. Thoma quinque
tantum notiones assignat, non preter 4or relationes de quibus exi
mus in cap.º precedenti, ponit ex parte Patris innascibilitatem,
et quamlibet aliam notionem excludit. in hac ergo senten
tia continentur duo, seorsim discutienda; 1um; an in
nascibilitas se tenens ex parte Patris sit quinta notio.
2um; an preter has quinque notiones detur alia.

Circa 1um assero, quod innascibilitas Pa
tris est eius notio. probo, quia notio non est aliud, quam pre
dicatum se tenens ex parte Personae, quo cuius discriminatur
ab alia: sed per innascibilitatem (que sine dubio se tenet
ex parte Patris) discriminatur Pater a filio, et Spi
ritu Sancto: ergo innascibilitas est notio Patris a cete
ris Personis, minor probatur non innascibilitas in com
muni theologorum sensu stat in presenti, pro exclu
sione cuiuslibet passive productionis, vel pro in prima

in pòa ad passivam productionem terminandam; sed per hoc discriminatur Pater a filio, et Spiritu Sancto ergo etc. minor probatur, quia filius, et Spiritus Sanctus terminant productionem passivam, et consequenter possunt illam terminare.

Dices innascibilitas est negatio, notio debet esse quid positivum: ergo Patris innascibilitas nequit esse notio. cons.a patet ~~quia oblongitudinem superavit magnitudinem papiri quod in illo et in illo nihil habe eiusdem generis in quibus stat vespere festivitas ... non posset tam ... in quo mortui fuerunt et quia non potest stare sine illa ...~~ cons.a patet maior videtur certa, quia innascibilitas est exclusio cuiuscumque productionis passivae, seu pòe ad illam terminandam, unde cum passiva productio, et pòa ad illam terminandam sint aliquid positivum, consequens est, ut exclusio formalis illorum debeat esse quid negativum. probatur minor quia notio est dignitas personae.

Respondetur omissa maiori distinguendo minorem notio pro formali debet esse quid positivum nego minorem, pro materiali concedo minorem; innascibilitas autem licet formaliter sit negatio fundatur in entitate positiva Patris. ad probationem, ut notio sit dignitas sufficit, satis est ut pro materiali dicat positivam perfectionem, et sane mihi certum est, nullam esse notionem, quae non involvat in ratione formali aliquid negativum. nam ideo Paternitas v.g. est notio Patris a filio, quia reperitur in Patre, et non reperitur in filio: sed quod in filio non reperiatur, est aliquid negativum, ergo etc.

Circa 2um vero praesenti dubitationis punctum sentio contra communem sententiam, plures alias notiones assignabiles esse praeter has quinque. probo

probo 1° quia sicut innascibilitas, quae stat pro exclusione cuiusque passivae productionis, est notio Patris, ita pro notione filii potest assignari inspirabilitas, id est, exclusio cuiusque passivae inspirationis. Et pro notione spiritus sancti ingenerabilitas, id est exclusio cuiusque passivae generationis.

Neque valet dicere quod innascibilitas est dignitas, et excelentia Patris. contra, non excelentia est, quia pertinet ad peculiarem, et individualem perfectionem illius, sed eodem modo pertinet inspirabilitas in filio, et ingenerabilitas in spiritu sancto ergo etc. praeterea quidquid sit de dignitate, et excelentia, notio non est aliud, quam praedicatum in re discriminans unam personam ab alia: sed in re filius discriminatur per inspirabilitatem, et Spiritus Sanctus per ingenerabilitatem; ergo haec duo praedicata sunt notiones.

Probo 2° quia filium posse produci, est eius notio per quam discriminatur a Patre. sed dices, hanc notionem non augere numerum quia non distinguitur a filiatione, contra non filius per posse produci convenit cum Spiritu Sancto, sed non convenit per filiationem. ergo filium posse produci non consistit formaliter in filiatione. alia igitur notio est in filio filiatio, et alia producibilitas, ut abstrahit a generativa, et spirativa.

Probo 3° non in 2a persona praeter esse filium, et spiratorem, datur alia notio, videlicet esse ~~dictum~~ verbum et quod dantur ibi tres notiones, aliunde Paternitas innascibilitas et spiratio passiva sunt etiam notiones dantur igitur in Deo sex saltem notiones. dices rationem ~~dictionis~~ verbi non esse realiter distinctam a ratione filii, proinde que non facere novam notionem. contra non hoc ad summum probat ibi non dari quod as notiones realiter distinctas quod fateor. ad multiplicandas

ad multiplicandas vero notiones minime requiritur distin
ctio realis, sed sufficit virtualis, aut rationis ut patet in activa
spiratione, et paternitate, quæ licet realiter non distinguantur
censentur ab omnibus duæ notiones. 4o de constitutivo
Divinarum Personarum tractatus 4us. quid sit Persona Divina quo
ad 1a. deciditur quæstio caput 1um.

In præsenti tractatu de constitutivo Divinarum Personarum operæ pretium est præmittere Personæ explicationem, quæ a definitione ut sic prout abstrahit a Divina, et creata maxime petenda est, igitur omissa definitione Boetii, quæ licet communiter admittatur, mihi tamen ob solam eius obscuritatem non placet, et ita persona ex communi acceptione definio: est coniunctum sive concretum resultans ex intellectuali natura et subsistentia. non est in materia de

de incarnatione latius ex methaphisica docebam, in quali
bet substantia datur quaedam substantiale complementum
quod subsistentiam appellamus illud igitur concretum resultans
ex tali subsistentia, et substantia, si vero natura, quando ratio
nalis, vel intellectualis est, vocatur Persona.

Ex hoc infertur in Deo propriissime
reperiri rationem Personae, quia datur coniunctum ex intellec
tuali natura, et subsistentia, sicut in homine datur. imo quia
subsistentia triplex est datur triplex persona iuxta fidem
in Atanasii symbolum contentam ubi dicitur: alia est Persona
Patris, alia filij, et alia Spiritus Santi. nomen in Persona
concretum est, quod cum de trinitate loquimur affert in recto ex
acceptione communi subsistentiam, unde cum in Deo sit triplex
subsistentia necesse debet esse triplex persona iuxta regulam
logicorum, quod concretum multiplicatur ex multiplicatione
recti.

Ad maiorem explicationem sunt aliqua notanda. tum Per
sonam ex positivis partibus adequate constitui, quia tam na
tura rationalis, quam eius subsistentia, quod positivum est
ut contra Schotum in materia de incarnatione late proba
vi. hinc est quod Persona Divina constituatur ex perfectio
nibus positivis, absque ulla prorsus negatione; quod ita bre
viter confirmo nam Pater, filius, et Spiritus Santus sunt
tres Personae positive realiterque distinctae. nam in ratio
ne Personae distinguuntur realiter, et positive. igitur
constituuntur in ratione Personae per aliquod positivum
realiter distinctum: sed constituuntur per subsistentias
ergo non solum natura, et subsistentiae sunt aliquod positivum
et realiter distinctum. alia mitto.

Ulterius notandum, quod in Deo reperitur
proprie suppositum ratio est, quia suppositum non est aliud quam

quam natura substantialis, et subsistentia: hoc utrumque re-
peritur in Deo, igitur datur in Deo proprie suppositum.
item omnis Persona est suppositum. in Deo reperitur proprie
Persona igitur suppositum. maior est certa, quia licet non omne
suppositum sit Persona tamen omnis Persona suppositum est
quia se habent, ut superius, et inferius. nam suppositum pre-
cise dicit naturam substantialem, et subsistentiam, Perso-
na vero ulterius addit, quod ea natura sit rationalis imo
quia dantur in Deo tres suppositalitates, vel subsistentiæ
dantur tria supposita, quia nomen suppositum quando
applicatur Deo solet in recto subsistentiam vel supposita-
litatem afferre.

Denique notandum in Deo reperiri tres hypostases.
ratio est nam hypostasis est idem quod suppositum vel Persona,
dantur in Deo tria supposita, et tres personæ, dantur ergo tres
hypostases. maior est certa quia licet fuerit olim inter Patres
magna dissensio circa significatum vocis hypostasis eo quod aliqui-
bus placeret, illud esse Personam, vel suppositum alijs vero
naturam, usus tamen iam obtinuit, ut non stet pro natura sed
pro supposito, vel Persona. notatum hoc manet in tertia [illegible]
quæstione 6a capite 4o.

Dicendum aliter de voce usia, quæ solum stat pro natura
substantia, vel essentia. quare non est dicendum in Deo repe-
riri tres usias, quia tantum ibi datur natura unica, substan-
tia, vel essentia, 4o an a Divinis Personis abstrahi possit
ratio communis. caput 2um

Hæc

Haec difficultas est breviter diluenda quia potius ad metaphisicum quam theologum spectat. inquirimus an ratio communis Personae sit abstrahibilis a divinis Personis; ubi statim noto sermonem esse de Personis divinis formaliter acceptis, ut Personalitates, vel subsistentias includunt, quia cum Persona componatur ex natura, et subsistentia, naturaque sit unica phisice in divinis Personis nequit ab eis 2um naturam abstrahi ratio logice communis, quia haec exigit pluralitatem in re. quare dubitari solum potest, an ea ratio sit abstrahibilis 2um personalitates, quae plurificantur. unde reducitur ad hoc difficultas an a personalitatibus divinis possit abstrahi ratio communis personalitatis. vel quod idem est, an a personis ut formaliter includentibus personalitates abstrahibilis sit ratio communis Personae formaliter sumptae.

Duplex est sententia 1a negat esse praescindibilem hanc rationem. ita Henricus, Aureolus et alij penes Patrem Montoyam disputatione 35 de trinitate, P. Molina 1a parte quaestione 29 quibus annumerari solet Schotus cum Schotistis. quatenus defendunt, rationem formalem Personae consistere in negativo ex quo infertur a divinis Personis non esse praescindibilem rationem communem positivam Personae. 2a vero sententia concedit eiusmodi rationem communem inter divinas Personas. ita P. Suares libro 1o de trinitate capite 3o. P. Montoya citatus P. Arriaga disputatione 46 de trinitate sectione 4a cum alijs.

Placet haec 2a sententia, quam probo 1o. quandocunque plura conveniunt, in aliquo praedicato, potest illud abstrahi per intum Personae divinae conveniunt in ratione Personae formaliter sumptae. potest igitur a Personis divinis abstrahi ratio communis Personae formaliter sumptae. consequentia patet maior est certa quia fundamentum

fundamentum abstractionis est convenientia, vel similitudo plurium, ut in logica docui. nec alia de causa potest abstrahi ratio substantiae ab omnibus substantiis, vel accidentis ab omnibus accidentibus, nisi propter hanc convenientiam. minor probatur quia tunc in aliquo praedicato conveniunt plura, quando in illis proprie reperitur eiusmodi praedicatum: at ratio Personae formaliter sumptae reperitur proprie in omnibus Divinis Personis ergo etc.

Probo 2° quia a Divinis, et creatis Personis abstrahi potest ratio communis Personae ergo a fortiori a Personis Divinis inter se. consequentia patet quia plus conveniunt personae Divinae inter se, quam cum creatis Personis. ergo si a Divinis et creatis potest abstrahi ratio communis Personae, a fortiori poterit ob maiorem convenientiam a Divinis inter se. probatur ergo antecedens quia ab ente Divino, et creato potest abstrahi ratio communis entis, ut in logica docui. ergo potest etiam abstrahi ratio communis Personae a Divina, et creata persona. consequentia patet, quia nullum erit assignabile discrimen.

Probo 3° quia a Divinis relationibus abstrahi possunt plures rationes communes. ergo potest etiam abstrahi ratio communis personalitatis vel subsistentiae. consequentia patet, quia nulla proponitur discriminis ratio. probatur antecedens quia a Divinis relationibus potest abstrahi ratio communis entis, substantiae, spiritus, relationis, productionis ut praescindit ab activa, et passiva. sicut ab entibus creatis possunt abstrahi praedictae rationes.

Probo demum quia a creatis Personis est abstrahibilis ratio communis Personae ergo etiam a Divinis. antecedens est certum. et consequentia probatur, quia ideo possumus a creatis Personis abstrahere rationem communem Personae, quia possumus explicare convenientiam, quam habent in esse

esse personae quin explicemus differentiam. hoc idem contingere potest in Divinis Personis ergo etc. minor probatur Divinae Personae conveniunt, et nullo modo differunt in esse Personae. ergo possumus in eis explicare convenientiam quam habent in esse Personae, quin explicemus differentiam.

Confirmo non aliud est Persona Divina, et aliud Persona Patris, ut evidentissimum est quia Persona Patris ultra conceptum Personae Divinae superaddit aliud, sicut talis Persona creata v.g. Petrus ultra conceptum Personae creatae superaddit aliud. ergo sicut potest intus in Petro cognoscere conceptum Personae creatae non cognoscendo quod superadditur, et sic abstrahere a Petro, et Paulo rationem communem Personae creatae, sic in Patre cognoscere poterit conceptum Personae Divinae quin attingat id quod in Patre superadditur ad istum conceptum, et sic efformare rationem Personae Divinae Patri filioque communem.

Confirmo praeterea non Divinae Personae conveniunt in omnibus praedicatis, quae dicuntur essentialiter de Persona ut sic. aliunde superaddunt rationes speciales, quia Pater non solum est Persona, sed talis Persona. ergo Divinae Personae conveniunt in ratione communi Personae. probatur consequentia, quia non est aliud in ea convenire, quam habere quod essentialiter involvit ea ratio communis, et ulterius addere peculiares differentias. Ad argutis respondetur caput 3um.

Dices 1° cum Recencioribus quibus maxime displicuit haec ratio communis, ut a tribus Personis Divinis ratio

ratio communis Personæ abstraheretur, opus erat, ut in eis darentur tres personalitatis conceptus ita similes ut nullo modo differrent: sed non dantur ergo etc. minor probatur quia in Divinis Personis reperiuntur tres peculiares personalitates inter se dissimiles. ergo frustra ponentur alij tres conceptus personalitatis omnino similes.

Respondetur concessa maiori negando minorem. ad probationem concesso antecedenti nego consequentiam. imo quia dantur illæ tres peculiares, et dissimiles personalitates, opus est, ut dentur tres personalitatis conceptus, ita similes, ut inter se nullo modo differant. sicut quia dantur duæ species animalis inter se valde diversæ necesse est ut ibi dentur duo conceptus animalis omnino convenientes, et nullo modo dissimiles. et quia dantur in creatis plures Personæ dissimiles opus est ut dentur plures conceptus personalitatis similes. ratio a priori est quia in hoc ipso quod dentur peculiares personalitates diversimode naturam terminantes, potest intellectus eas ut terminantes concipere, quin exprimat illarum diversitatem.

Sed instant quamvis intellectus præscindat ab eis peculiaribus Personalitatibus rationem terminandi, non præscindit rationem conveniendi. non igitur inde format aliquem conceptum obiective communem, consequentia patet antecedens ostenditur. quia illa præscissione facta demus per impossibile manere divinas Personalitates cum illa prædicata, penes quæ differunt, et dissimiles sunt inter se. quo posito sic arguitur. in eis peculiaribus personalitatibus potest intellectus præscindere rationem terminandi, quin præscindat rationem conveniendi. patet quia personalitates cum quibus inter se differunt naturam terminant. ergo potest intellectus in illis cognoscere vim terminandi: sed adhuc non cognoscit rationem conveniendi, quia personalitates præcisse cognoscit cum

utrumque inter se differunt, non utrumque conveniunt, non ratio conve
niendi iam supponitur ante cognita, et abstracta ergo &c.

Respondetur ~~concedendo ant.~~ negando
~~ant.~~ ad probationem dic rationem terminandi separabi
lem esse a peculiaribus subsistentijs, et personalitatibus, non
autem econtra peculiares personalitates a ratione commu
ni terminandi. sicut animal a differentijs hominis et equi
potest separari, non autem differentiae ab animali. quare per
sistente omnino eo quod incernit, postquam intus agnovit ratio
nem terminandi persistit adhuc ratio conveniendi, quae per
severat adhuc in ipsismet personalitatum differentijs ra
tio terminandi. sicut postquam intus animal abstraxit
ab speciebus hominis, et equi, persistit adhuc in eis ratio
conveniendi, quia perseverat animal, a quo separari non
possunt species. unde nunquam contingere potest, ut per
sonalitates dentur in re, vel in intus sine convenientia ter
minandi, sicut nec species dictae sine convenientia in animali.

Dices 2° voces istae Persona Divina
saltem in confuso afferunt differentias Divinarum persona
litatum. ergo non explicant aliquam rationem omnibus per
sonis communem. respondetur omisso ant. negando conseq.
nam etiam vox animal affert in confuso differentias hominis et
equi, neque tamen ideo explicat aliquam rationem commu
nem homini, et equo. ratio est quia intus praescindens non attin
git aliquam rationem ex parte obiecti sine differentijs, sed quod
est in obiecto realiter identificatum, eodem modo attingit, li
cet non per se connotata differendi, sed conveniendi, sicut in
logicis docui. quare voces illae Persona Divina non solum
confuse, sed clare significant differentias personali
tatum, quoad intrinsecum licet non in ordine ad connotata
differendi, sed conveniendi, propterea quod dicitur intus

intus eas confundere.

Lubet autem ex ipsiusmet obiectionis doctrina sic ad hominem arguere contra R.R. istae voces Persona Divina per vos afferunt in confuso differentias Divinarum personalitatum igitur ex parte obti datur aliq. q. per illas voces confusé significetur, et aliq. q. claré. iam ergo loquor de illo, q. se tenet ex parte obti, clareqz significatur ab intu, prout adeo distinguitur q. significatur obscuré. sic arguo. q. significatur clare, n. est realissime ratio differendi, n. ratio differendi significatur per vos confusé. igitur est ratio conveniendi, propterea qz iam in obto datur aliq. q. sit ratio conveniendi: sed ratio conveniendi est ratio communis. ergo in personis divinis qua talibus datur ratio communis.

Dices 3º. sequitur ex nostra sententia concedendas in Deo praeter tres personas dissimiles, ex peculiaribus differentijs personalitatum conflatas alias tres omnino similes, sed inter se realiter distinctas, licet cum alijs identificatas, quae componantur ex personalitatibus similibus, unde componitur ratio communis Personae: sed hoc videtur absurdum ergo etc.a. minor pr. ex eo q. communiter negetur subsistentia absoluta, q.a sequeretur inde 4a persona ratione distincta, licet realiter identificata cum tribus. q. censetur absurdum. in nostra vero sententia n. iam 4a, sed quinta, et sexta Persona debet admitti. ergo plus absona est.

Respondetur omissa maiori negando minorem. ubi notetur illas tres Personas similes n. adequate, sed inadequate distingui a dissimilibus, n. ea ratio communis Personae, sive tres illae personalitates similes includuntur in dissimilibus, licet n. econtra, sicut animal n. adequate, sed inadequate distinguitur a differentijs hominis, et equi, q.a licet n. inviват differentias

differentias invenitur in illis. notes ulterius eas tres Personas ii militer, ut a sicsimilibus distinguntur, nec dicere ratione sui pre cisse esse tres, nec una, sed id a differentijs participare, non ut simi les presciné dicunt terminare naturam, in quo conceptu nil aliud affertur. q̄ additur de subsistentia absoluta, diversissi mum est q̄ sane ex illa consecutione, opus est admittere 4am personam non iam logicé, sed phisicé communem: sicut Deitas est phisicé communis. q̄ minime sequitur ex nostra sententia.

Rogas. an hęc ratio communis sit univoca equivoca, vel analoga? respondetur univocam esse, non ea ra tio communis est univoca, in qua sua inferiora conveniunt, ut in ea nullo modo differant: ita se habet ratio communis Personę respectu Divinarum Personarum ergo etc. et quidem in logica me ta phisica q̄ docui esse implicare rationem proprié commu nem, quę non sit univoca.

Rogas ulterius. an hęc ratio communis sit generica, vel specifica? respondetur genericam esse, q̄a predicatur de pluribus differentibus specie, non quidem predicabili, sed subsi cibili: non Personę Divinę differunt specie, q̄a licet non conti neant sub se plura inferiora solo numero distincta, q̄a non sunt possibiles plures patres, plures filij, plures spiritus sancti, tamen non sed ad summum probat, Patrem, filium, et Spiritum Sanctum non esse species predicabiles. cum quo stat esse subsicibiles quatenus una Persona plus quam numeró differt ab alia, nec solum distinguitur, sed non est sicut illa, q̄ evidenter patet in sententia thomistarum ubi ratio intellectivi generica est respectu Angelorum, q̄a licet Angeli nequeant solo numero differre, propterea q̄ non sit possibilis in eis species predicabilis at tamen specie subsicibili differunt, et communiter intellectivum predicatur de pluribus speciebus non quidem predicabilibus sed subsicibilibus. 1° an Divinę Personę habeant constitutivum q.° 2a. affirmative respondetur caput 2um.

Constitutivum aliud est adequatum, et aliud partiale. constitutivum adequatum rei est ipsa res. constitutivum partiale est pars ipsius rei. iam igitur est mihi certum, Personas Divinas habere constitutivum adequatum sui. probo, n̲ omnis res habet constitutivum adequatum sui, quoniam habet omnia prędicata quibus constituitur sufficienter in ratione talis ergo quęvis Persona Divina habet constitutivum adequatum sui.

Preterea mihi n̄ est dubium Personas Divinas habere constitutivum partiale, vel inadequatum sui. probo, qª partiale constitutivum est pars phisica, vel methaphisica rei quęlibet Persona Divina habet sui methaphisicas partes ergo habet sui partialia constitutiva. minor pr n̲ quęlibet Persona Divina conflatur ex natura divina, et subsistentia, cum eo ipso, qº Persona sit includere debeat naturam rationalem

rationalem, et subsistentia, sed natura Divina et subsistentia sunt metaphisice partes, quoniam realiter identificantur, et nulla datur in alia. ergo quælibet Persona Divina habet suas methaphisicas partes. unde prædictam resolutionem a nullo posse negari video, quin admittat inclusionem Divinitatis in personalitatem, vel econtra. sed hanc inclusionem iam supra confutavimus.

Hinc ad mittendum est coerter aliquod genus compositionis in Divinis Personis. patet quia ubi datur constitutum ex pluribus partialibus constituentibus dari necesse est compositum ex pluribus componentibus, maxime si constituentia se ad invicem excludant: quælibet Persona Divina constituitur ex pluribus partialibus constituentibus, quæ se ad invicem excludunt. ergo componitur ex pluribus partialibus componentibus cons. patet maior est certa. quia constitutivum partiale hoc ipso quod excludat, et excludatur ab altero constitutivo partiali est pars componens.

Sed contra hanc doctrinam opponest 1.º non dantur in Divinis Personis proprietates Personales. ergo neque constitutiva partialia. pr. cons. quia ea constitutiva essent natura Divina communis, et proprietates personales. ant. ab aliquibus docetur quos referunt magister in 1.º distinctione 26. S. Thomas 1.a parte q.e 32, articulo 2.º scotus in 1.º dist.e 26, et P. Suarez hic.

Respondetur negando ant., quia proprietas non est aliud quam prædicatum ita proprium unius personæ, quod alteri non conveniat: sed hoc negari nequit in Divinis Personis. ergo necesse est in illis proprietates admittere. minor pr. quia ita proprium est Patris esse Patrem, et Filij esse filium, et Spiritus Sancti esse Spiritum Sanctum, ut nec alteri Personæ convenire nequeat. unde cum natura

naturā ñ sit propria sed communis, sequitur, Paternitatem, filiationem, Spirationem passivam esse propriam, seu proprietatem vnius tantum Personę. confirmatur ex Concilio Lateranensi in cap.º firmiter vbi sic dicitur: Hec sancta trinitas secundum communem essentiam vna secundum personalem proprietatem discreta. quare ius pi.cor antiquos ñ aliud intendisse quam proprietates realiter distinctas a personis negare, vel proprietates ñ includentes predicata communia.

Oppones 2º. licet Persona Divina possit esse consti-tui ex pluribus partialibus constitutivis, nequit ad huc ex pluribus partibus componi, propter specialem imperfectionem, quam affert esse compositio; ñ ea petit, vnam partem componentem esse poām, et alteram actum, seu frām. q ñ exigit constitutio. ergo nomen compositio relegandum est a Divinis Personis.

Respondetur negando assumptum argumenti q.ª compositio presertim methaphisica de qua loquimur, tantum exigit duas fr̄alitates realiter identificatas, quarum nulla sit de conceptu alterius. q sane convenit Deitati, et Personalitati, ex quibus Persona Divina componitur. et propter hanc rationem admitunt plures iuniores in Deo compositionem resultantem ex attributis, et essentia, quin tamen istę perfectiones se habeant, vt actus, et poā, quin, vel in ipsamet compositione phisica, ñ opus est, vt supra notabam q vna pars sit poā, et altera sit actus, vt patet in continuo extenso cuius neutra pars est poā, vel actus alterius. 1º qualis sit constitutivum personarum cap. sit 2um.

Vidimus Personas Divinas constitui, modo videndum an ista constitutio sit realis, vel rationis. datur duplex sententia 1a defendit esse realem, ita Arrubal disp.e 11 in questionem 31 art.o 3o cap.e 3o numero 12 P. Tannerus tomo 1o disp.e 4a q.e 3a dubio 6o numero 32. P. Prepositus q.e 29 dubio 1o. qui D.D. licet ante opus intus non agnoscant ullam distinctionem formalem inter constitutiva Personarum, adhuc aserunt constitutionem esse realem, eoque constitutiva 2um se sint realia. subscribunt eidem sententie, qui distinctionem realem inter essentiam, et proprietates agnoscunt. item Schotiste propugnantes distinctionem essentialem, aut ex natura rei inter essentiam, et proprietates dicent eam constitutionem esse realem essentialem, aut ex natura rei. demum R.R. adstruentes distintionem realem virtualem inter essentiam et relationes a se operare tenentur, eam constitutionem esse realem, quia sequitur naturam distintionis.

2a vero sententia propugnat, eam constitutionem esse tantum rationis, sive preiacentis ex parte obiti, sive solum ex parte actus, quod in presenti nihil refert. ita Caietanus Ferrara, Capreolus, et alij quos refert, et sequitur Ariaga 1a parte q.e 4a dubio 2o, non hi D.D. solam distintionem rationis deprehendunt inter essentiam, et relationes, sive personalitates constituentes Divinas Personas. ante decisionem adverto, multum in presenti de nomine contendi, sicut ex dicendis constabit. item adverto aliud esse loqui de constitutivo adequato aliud vero de inadequato. his positis.

Asero 1o: si loquamur de constitutivo adequato, et adequata constitutione persone, dicendum est illam esse prorsus realem, et nihil rationis includere. 1o quia constitutivum adequatum rei nullam importat distinctionem partium, sed presicise dicit omnimodam identitatem

identitatem constitutivi, cum constituto: sed hec omnimoda identitas ñ est laborintus nostri, sed a parte rei datur, ergo constitutivum adequatum Divine persone, nec ñ et eius constitutio realis est, et nihil habet rationis.

Assero 3° partiale constitutivum, et constitutio Divinarum Personarum, ñ est realis ex natura rei. similiter de compositione. ratio patet ex alibi extatutis. ꝗ inter predicata Divina nec datur, nec possibilis est distintio ex natura rei ergo inter constitutiva divinarum personarum ñ datur ante ~~inter~~ istum distintio realis ex natura rei. ergo neqꝫ datur constitutio, vel compositio realis ex natura rei. patet hec ultima coñ. ꝗ ad istam constitutionem vel compositionem requiritur ea distinctio constitutivorum, tam inter se, quam respectu persone constitute.

Assero 4°, et ultimo. partiale constitutivum et constitutio Divinarum personarum est realis virtualis, est etiam per istum ex parte obti precisindentem. idem de compositione probatur, constitutivum, et constitutio talis est qualis fuerit distinctio constitutivi partialis a constituto: sed distintio, quam habet constitutivum Divine persone a persona constituta ñ est realis virtualis, est etiam per istum ex parte obti precisindentem. ergo coña. pr minor distinctio quam habet constitutivum Divine persone ab ipsa persona constituta, ñ est alia nisi quam habet ab alio constitutivo, ꝗ ut in loga, et methaphisica docui ñ est alia distintio partis quam a toto, quam partis a parte, sed quam habet ab alio constitutivo partiali est realis virtualis, et etiam est per istum obiective precisindentem ergo coña. pr minor, ꝗ ut supra diximus inter essentiam, et relationes reperitur distinctio realis virtualis, et distinctio ex parte obti precisiva. 4° de Deitate qua constituitur Persona questio 3a. Persona Divina constituitur ex deitate caput tam

Communis est prefacta conclusio. probatur primo
quia Persona communissime loquendo n̄ est aliud nisi coniunctum
ex rationali natura, et subsistentia. ergo Persona Di
vina est coniunctum ex rationali natura Dei, et eius subsis
tentia; sed rationalis natura Dei est eius Deitas, vel Di
vinitas. ergo persona Divina constituitur saltem partiali
ter ex Deitate.

Probatur

Probatur secundo nam id constituit essentialiter Personam Divinam, quo precise ablato non datur ~~essentia~~ Divina Persona; sed ablata precise Deitate non datur Persona Divina. ergo Deitas constituit essentialiter Personam Divinam. maior est evidentissima probatur minor. nam ablata precise Deitate non datur rationalis natura, consequenter quod non datur sed subsistentia, non persona, sed personalitas, non concretum sed abstractum.

Probatur 3°: nam in triduo mortis Xpti, licet maneret subsistentia verbi unita cum corpore, et anima Xpti non mansit Persona, quia non permansit natura rationalis, eo quod unio inter animam, et corpus fuerit destructa. igitur ex sola destructione rationalis naturę destruitur Persona. ergo quia Persona constituitur ex rationali natura. patet quia si non constitueretur maneret adhuc pereunte rationali natura, quia nullum adhuc periret essentiale prędicatum illius ergo Divina Persona debet etiam constitui per naturam rationalem Dei quę non est aliud quam eius Divinitas.

Probatur 4° nam hęc propositio Persona Patris est Deus est vera non solum in sensu identico, sicut hęc Personalitas Patris est Deus, sed etiam in sensu formalis, seu formalis inclusionis. ergo quia persona Patris includit formalissime Deitatem. ergo constituitur essentialiter per Deitatem. patet hęc ultima consequentia. nam per id constituitur essentialiter, quod includit formalissime.

Ex his infertur quod essentialiter includitur in formalissimo conceptu Deitatis constituere Personam Divinam. ratio est n. ex his infertur

nihil deest

Ex his infertur quidquid essentialiter includitur in formalissimo conceptu Deitatis constituere personam Divinam. ratio est, quia quando pars constituit totum, quidquid includitur in ea parte constituit idem totum. ergo cum Deitas constituat Personam, debet eam similiter constituere, quidquid includitur in Deitate. consequentia patet a simili ostendo, quia quidquid includitur in animali vel rationali constituit hominem, eo quod animal et rationale sint partes methaphisice componentes hominem. et ratio est aperta, quia secus non iam pars sed aliquid partis constitueret totum.

Infertur deinde, plures perfectiones Dei non constituere personas, in suo esse methaphisico. patet quia persona divina precisse componitur ex rationali natura, et subsistentia: plures perfectiones Dei neque sunt rationalis natura neque subsistentia. plures ergo

ergo sunt ex quibus non componitur Persona Divina. minor patet, nam activa spiratio, quae communiter excluditur a conceptu Deitatis, nec est rationalis natura, nec subsistentia similiter omnipotentia etc.

At quamvis non nulli sentiant spirationem activam et alias perfectiones extra Deitatem, ut pote conceptus substantiales habere proprias subsistentias, adhuc exinde non resultat Persona. ratio est, quia persona non constituitur ex conceptu substantiali utcunque, nisi rationalis sit, nec ex qualibet subsistentia, nisi rationalem naturam afficiat. 4o Deitas in obliquo constituit. caput 2um.

Suppono rem posse constituere essentialiter quamvis in obliquo significetur nam album constituitur essentialiter ex albedine, quae tamen affertur in obliquo: sublata enim praecise albedine non datur album, sed subiectum indifferens ad album, et nigrum. igitur album absolute tale constituitur essentialiter ex albedine. sed adhuc albedo non in recto sed in obliquo significatur per concretum album, quia non dicimus album esse subiectum, et albedinem, sed album esse subiectum albedinis. optime igitur stat, rem in obliquo significatam essentialiter constituere. quare licet Deitas constituat personam, ut iam in praecedenti cap.e dictum manet, inde non obstabit, quominus afferatur in obliquo per concretum illud persona.

Deinde suppono quod latissime probari in

in materia de incarnatione tt.u 3o q.e 1a st.m q.e 2a et 3a, et tt.u 4o q.e 2a nomen persona ex communi loquentium usu quamvis determinatum sit ad significandam realem naturam, et eius subsistentiam adhuc in significandi modo habere indiferentiam, quia iam significat in recto naturam, et oblique subsistentiam, iam oblique naturam, et in recto subsistentiam quod in medium adduxi pluribus patribus efficaciter ostendi, nam earum veritas de quo nullus dubitat ~~nam~~ subsistere nequit, nisi nomen persona stet indiferenter iam pro natura iam pro subsistentia in recto. videatur P. Granado tt.u 4o de trinitate disp.e 3a ubi refert ex S. Thoma, et aliis, qui indiferenter accipiunt nomen Persona, cum hoc tamen stat, ut ibi notabam, quod loquendo de trinitatis mysterio semper nomen persona sumatur pro subsistentia Divina in recto, et natura in obliquo, quod modo sic breviter ostendo.

1o authoritate D. thomae 1a parte q.e 34 art.o 3o ubi ait dicendum quod in nomine personae includitur essentiam natura oblique. loquitur autem de nomine persona cum applicatur mysterio trinitatis. 2o nam ideo scimus tres personas in Deo reperiri, quia videlicet dantur tres subsistentiae, vel personalitates in recto significantes. nam ut tt.u 1o q.e 5a diximus nequit multiplicari concretum nisi multiplicetur quod affertur in recto, sed in Deo multiplicatur concretum persona, ergo quia multiplicatur ~~p~~ quod per illud affertur in recto, sed sola subsistentia, vel personalitas multiplicatur, quia natura singularis et unica est, igitur subsistentia vel personalitas in recto significatur in concreto persona cum applicatur Deo.

Sed rogas an personalitas Divina sit talis formalissime per se ipsam, an vero per naturam Divinam quam afficit? respondeo non per se ipsam sed per naturam habere denominationem personalitatis, ratio est quia personalitas

personalitas deffinitur subsistentia naturę rationalis, sed subsistentia naturę rationalis, qua formalissime talis includit essentialiter naturam rationalem, igitur personalitas qua talis constituitur essentialiter per naturam quam afficit. confirmo, nam ablata per essentiae divinitate, seu natura rationali Dei non manet personalitas in ratione talis, esto maneat id quod personalitas denominatur. igitur personalitas in ratione talis constituitur per naturam rationalem. conseq. patet. ant. ostendo quia non manet subsistentia rationalis naturę, quandoquidem non manet rationalis natura. probat autem nec ratio personalitatem creatam et increatam eque constitui per naturam in ratione talis.

Contendes vero discrimen aliquod assignare propterea quod subsistentia creata sit indifferens ad rationalem, et irrationalem naturam afficiat, at subsistentia Divina sit ex intrinseco suo conceptu fixa et determinata rationali naturę quae nequit aliam preter Divinam afficere, quare licet subsistentia creata nequeat esse personalitas ex intrinseca sua entitate precisione tamen divina potentie quae sicut per se ipsam exigit rationalem naturam per quam ipsam erit personalitas.

Sed non placet quia personalitas non est quae petit afficere naturam rationalem, sed quae illam actualiter afficit unde ipsa per impossibile stante illa exigentia, non afficeret rationalem, sed irationalem naturam non esset personalitas, sicut actus intus quamvis petat obiectum esse sicut representatur non adhuc est verus ex se ipso; sed ex obiectu ita se habente sicut representatur, nam quod actus sit verus non est quod petat obiectum, sed quod obiectum ita sit, et ideo melior sententia propugnata etiam fidei supernaturalis in ratione veri constitui per aliquid ab ipso distinctum, videlicet obiectum, esto petat ipse quod obiectum detur, non

n̄ inde solum infertur [illegible] universit[illegible] [illegible].

Quod vero discrimini sit tantum [illegible] inter creatam et increatam subsistentiam, quod creata potest non esse personalitas, quoniam afficere potest irrationalem naturam; at Divina nequit non esse personalitas, quia petit essentialiter afficere naturam Divinam rationalem. inde tamen ad summum infertur, quod per se ipsam petat conceptum personalitatis, non autem quod per se ipsam sit personalitas. 4to de constitutivo differentiali personarum quaestio. Personae non constituuntur per absolutas proprietates caput 6um.

Postquam egimus de constitutivo communi personarum quod est natura Divina restat agere de constitutivo differentiali, nam ut saepius inculcavimus, persona dicit essentialiter non solum rationalem naturam, sed etiam personalitatem, aut subsistentiam. igitur in praesenti quaestione discutimus, quaenam sint istae subsistentiae, vel personalitates quibus Divinae

Divinę personę constituuntur, et ad invicem distinguuntur.

Quidam Ioannes de Ripa vetustus theologus existimavit Personas Divinas ultimo constitui per subsistentias, vel personalitates absolutas, non relativas, eius sententiam refert Scotus in 1° dist.e 26 q.e 1a, quin et ita se herit subtilis Doctor in ea sententia tuenda, et protehenda, quod aliquibus videatur ei suffragium dedisse. melius autem oppinantur alij sentientes, utramque sententiam utpote probabilem amplecti Scotum, nec unam alteri preferre. quare Scotistę solent indiferenter propugnare constitutivum personarum, iam per absolutas, iam per relativas proprietates. opposita vero sententia, quę docet, proprietates constitutivas personarum esse relativas, et non absolutas, est communis theologorum cum Sancto Thoma 1a parte q.e 40 art.o 2°, et magistro in 1° dist.e 26, quin et aliam sententiam huic oppositam censuris theologicis acriter ferire solent.

Placet hęc 2a sententia, prior quod displicet ob urgentissima fundamenta rationis, et authoritatis postmodum aducenda. prius tamen oportet eam Ripę sententiam, quę pluribus Scotistis placuit explicare, et in quo ab alia diferat exponere. fortasis quam pluribus rationibus et censuris impetu multi non capiunt.

Igitur sicut Petrus v.g. constituitur in ratione personę per naturam humanam, et subsistentiam absolutam, quę modus est incommunicabiliter existendi, sic et Pater Divinus (idem de cęteris Personis) constituitur in ratione Personę iuxta hanc sententiam per naturam Divinam, et subsistentiam Paternam, non quidem relativam, sed absolutam. et sicut ex Persona Petri dimanat actio generativa circa Paulum, et predicamentalis relatio, quę fundatur in illa actione, quin tamen actio, vel relatio constituant, sed

sed supponant constitutam Personam Petri, sic ex Persona Patris iam constituta dimanat activa generatio Filij, necnon et relatio predicamentalis in illa actione fundata, quin tamen generatio hec vel relatio constituant Personam Patris.

Deinde. sicut Petrus licet in ratione status Persone nihil relativum includat, adhuc distinguitur ab omni alia Persona, que non est Petrus, ita Pater eternus quamvis in ratione ly Persone nihil relativum includat adhuc a ceteris duabus Personis distinguitur, quia non opus est ut distinctivum sit relativum sed potest esse absolutum, ut vel in Divinis etiam patet ubi Paternitas distinguitur a spiratione passiva. Paterque ratione Paternitatis est distinctus realiter ab Spiritu Sancto, quin tamen Paternitas sit relatio, sed potius aliquid absolutum respectu Spiritus Sancti, cum Pater solum ratione spirationis active respiciat eam Personam, ut est communis oppinio.

Preterea notari debet discrimen, quod est inter nostram, et alteram sententiam. nam Ripa cum Scoto, et eius discipulis constituunt in eterno Patre formalitatem, et perfectionem notionalem, que realiter sit absoluta, quin aliquid respectivum ex parte obiecti claudat; ceteri vero D.D. licet admitant, posse notionem Patris inadequate cognosci sine respectu, tamen eam notionem realiter, et ex parte obiecti dicunt esse relativam. ita quod dupliciter potest aliqua Dei perfectio dici absoluta, vel quia realiter in se nihil relativum habeat, vel quia licet in se realiter sit relativa tamen includit plura predicata que formalissime non dicunt relationem, et iuxta hec potest inadequate cognosci. quando ergo ita cognoscitur, dicitur absoluta saltem negative secundum nostros conceptus, quia tunc non atingitur ab intellectu qua relativa, sed qua sortitur alias denominationes, esto sit ex parte obiecti relativa. sicut homo licet ex parte obiecti sit rationalis

rationalis, adhuc poterat attingi per intum inadequate sine rationali, sed cum solo animali. et sane thomistę, plures que iuniores, qui sententiam Ripę reiicere sentiuntur, propugnant, personas non constitui relationibus sub expresso formaliquę conceptu relationis, sed sub conceptu hypostasis personalitatis, aut proprietatis personalis. immo dicunt, quod conceptus relativus ad est posterior persona constituta. quin, et addunt relationes inter conceptus nostre mentis in adequate dividi distinctos. 1us hypostasis est, 2us originis, 3us relationis. et per 1um concipi rem ad se quia subsistere dicitur ad se non ad aliud, unde cum Personę Divinę iuxta hos Doctores constituantur ex 1o solum conceptu, sequitur aperte, non constitui per aliquid relativum, qua relativum. alij pręterea Iuniores in relatione Patris distinguunt triplicem conceptum, alium virtutis generativę alium generationis actualis, et 3um prędicamentalis relationis. per 1um vero solum constitui dicunt personam Patris, qui tamen non est proprie relativus, quia solum est transcendentaliter relativus, et transcendentalis relatio non est proprie relatio, sed tantum 2um dici iuxta plurium oppinionem.

Omnes ergo pręfacti D.D. licet antiquam Ripę sententiam non sequantur, sed abhorreant et acriter impugnent adhuc propugnant Personas non constitui relationibus sub conceptu relationum. ergo sententia illius Authoris non fuit Personas utcunque non constitui per relationes, sed aliquid aliud intendebat. id ergo fuit in Divinis Personis reperiri quasdam perfectiones notionales, virtualiter distinctas a relationibus, et in se realiter absolutas, quibus Personę constituerentur. in quo non leviter discedunt R.R. ab eius sententia, quia nunquam admittunt perfectionem notionalem, quę realiter, et virtualiter non sit in se relativa, quamvis plures contendant non constitui Personas ea perfectione

perfectione quâ relativâ, sed quâ mente nostra praescinditur a relatione.

Restat iam, ut efficaciter probemus statutam resolutionem, quod videlicet Personae non constituantur proprietatibus absolutis, quod in subsequenti capite praesto. 4° iacta resolutio probatur capitum.

Probatur 1° quia proprietas constitutiva Patris v.g. debet habere conexionem realem cum filio, ergo debet esse respectiva ad filium, et consequenter nequit esse tam absoluta quod absolvatur ab omni respectu et relatione. consequentia patet nam omnis conexio cum tro dicit essentialiter relationem ad illum. antecedens ostendo nam persona Patris dicit realem conexionem cum filio, quia realiter existere nequit sine filio: sed ea realis conexio nequit esse ratione Divinae naturae. debet igitur esse ratione proprietatis personalis cum aliud non sit in Persona Patris ultra naturam, et proprietatem personalem. minor probatur quia Pater ratione Divinae naturae non est realiter conexus, sed realiter identificatur cum filio.

Probatur 2° quia si daretur in Patre proprietas realiter absoluta, distinguetur virtualiter a relatione Patris: hoc non est admittendum. ergo neque quod in Patre detur proprietas absoluta neque quod per illam constituatur in esse Personae, consequentia quoad utramque partem est evidens. maior certissima, nam de illa proprietate absoluta verificabitur non esse respectivam realiter, de relatione vero respectivam esse realiter, quae sunt praedicata sumine contradictoria, neque verificari possunt de perfectionibus realiter identificatis quin virtualiter distinguantur, ut tractatu praecedenti late probavimus. minor

minor etiam constat ex q.e 4a eiusdem Ultus ubi statuimus inter prędicata, quę component proprietatem Patris, qua distingui tur a cęteris Personis ñ reperiri distinctionem virtualem, sed so lam distinctionem rationis, et sane virtualis distinctio solum excogitata fuit ad ea contradictoria salvanda, quę de rela tionibus et essentia fides prędicat, videlicet communicari, ñ commu nicari: sed nulla contradictoria prędicat fides de prędicatis componentibus eam perfectionem propriissimam Patris ergo etc.

Probatur 3.o quia in divinis ea prę dicata sunt unum, quę ñ habent oppositionem relativam, et ea solum distinguntur in quibus est oppositio relativa: sed illa proprietas absoluta ñ habet oppositionem relativam cum filio. ñ ergo habet distinctionem, sed potius identitatem cum filio, pro indeq3 nequit esse constitutivum, et distintivum Patris a filio. neq3 valet respondere, proprietatem illam, quanvis ab solutam in se tamen identificari realiter cum relatione Patris ad filium. etenim hoc ñ sufficit ut proprietas opponatur et dis tinguatur a filio: quia essentia divina realiter identificatur cum illa eadem relatione Patris neq3 tamen ideo habet oppositio nem cum filio. necessum igitur est, ut perfectio, quę opponitur ultioratione sui realiter, et virtualiter sit relatio ad filium.

Probatur 4.o quia per id Personę divinę debent ultimo, et in particulari constitui, per q. mul tiplicantur: sed per solas relationes, et ñ per absolutas pro prietates multiplicantur. ergo per solas relationes, et ñ per absolutas proprietates debent ultimo, et in particulari constitui. maior est certa, quia ultimum constitutivum Perso narum eas distinguit, et q. idem est multiplicat. minor p.r ex Concilio Florentino sessione 18: sola relatio ait, ut omnes Gre cos, et Latinos D.D. divina processione personas multiplicat et paulo post. siquidem igitur relationes huiusmodi personas

personas multiplicant ita ut non alia ratione quam vi relationis Pater a filio, ac una Persona ab alia differant etc. ex his rationibus aperte deducitur quam immerito dixerit unus aut alter Recentior Personam Patris constitui per absolutam proprietatem, reliquas vero Personas per relativas. 1° n. rationes adductæ militant æqualiter in Patre, ac filio vel Spiritu Sancto. 2° quia non facile dabitur discrimen. dices, Patrem intelligi constitutum antequam operetur et referatur ut operans, quia prius est esse quam operari; non tamen filium, aut Spiritum Sanctum intelligi prius esse quam produci, n. in rebus quæ sine productione nequeunt existere, non est prius existere quam produci. potest ergo Pater intelligi sine relatione, non vero ceteræ Personæ.

Sed non placet discrimen quia licet Pater intelligi possit constitutus antequam operetur non tamen antequam referatur n. in eo priori quo Pater antecedit productionem intelligitur fecundus ad operandum, et producendum filium ergo intelligitur relatus ad filium, patet n. omnis fecunditas ad producendum realiter, et physice trum est relatio realis ad illum. urgeo. Pater qua potest producere filium distinguitur realiter ab illo. ergo qua potest producere filium, independenter ab actuali productione habet oppositionem relativam cum filio: sed prius quam actu producat, et generet filium intelligitur potens ad producendum, et generandum. ergo intelligitur cum oppositione relativa in filium. et quiden si fecunditatem ad producendum dicas non involvere conceptum relativum in Patre, dicam similiter, passivam productionem in filio, vel Spiritu Sancto non ~~inco~~ esse conceptum relativum. posset etiam etc.

Posset etiam contra quis opinari Patrem constitui per proprietatem relativam, filium auten et Spiritum

spiritum Sanctum per absolutas, quia Pater constituitur per actualem generationem activam, filius vero per intellectionem, et Spiritus Sanctus per amorem. illa tamen esset reiiciendus 1° rationibus adductis. 2° quia supponit, Patrem in esse suae Personae constitui per actualem generationem quod plures negant. 3° quia si Pater constituitur per actualiter generare, filius etiam constitueretur per actualiter generari consequenter quoque per aliquid relativum. 4° demum quia vel sermo est de intellectione, et amore essentiali, vel notionali? tum nequit esse, quia talis intellectio; et amor est communis omnibus personis, et consequenter ex illis nequeunt constitui in suo esse differentiali filius, et Spiritus Sanctus. Sed neque 2um potest esse; nam ut constat ex 3° 2° quaestione 12 non datur in filio notionalis intellectio nec in spiritu Sancto notionalis amor. 4° obiectioni respondetur caput 3um.

Dices 1° his argumentis ad summum probari proprietates personales in re non esse absolutas sed relativas, minime vero convincere, saltem per intuitum absolutas non esse. respondetur huius sententiae D.D. ut ab aliis discriminentur debent asserere proprietates constitutivas personarum esse realiter absolutas, ut in capite 1° notatum. item si proprietates personales in re non sunt absolutae sed relativae neque per intuitum esse poterunt absolutae. patet nam intuitus non dat obiecto esse relativum, vel absolutum sed praecise dat cognosci. quod si percipere intuitus eas proprietates ut absolutas, fingeret, quia cognosceret in eis praedicatum, quod neque habent neque habere possunt.

Instas. Licet ipsa quod proprietas personalis in re sit personalitas relativa, poterit intuitus in ea praescindere

prescindere conceptum Personalitatis a conceptu relationis, eo simili modo, quo potest in homine prescindere animal a rationali. tunc autem ea personalitas precisiva erit absoluta per intum, quia relativa non erit, cum a conceptu relationis prescindi supponatur.

Respondetur, quod personalitas in eo casu nec erit absoluta, nec relativa per intum, sed abstrahet ad utrumque. sicut quando prescindit intus animal a rationali non est animal in intellectu rationale, nec irrationale, sed abstrahens ad utramque differentiam. ad summum ergo poterit affirmari, personalitatem tunc absolutam esse negative, quatenus non attingitur ut relativa. sicut animal precisum a rationali potest dici irrationale negative.

Dices 2º. relationes create, non qua create, sed precise qua relationes, adveniunt, et supponunt substantiam quam referunt, cum sufficienti constitutivo, et distintivo absoluto: sed relationes Divine sunt vere relationes personarum quas referunt, igitur adveniunt et supponunt Personas cum sufficienti constitutivo, et distintivo absoluto.

Respondetur creatas relationes aliquando esse accidentales, aliquando substantiales, et identificatas cum subiecto rellato. quamvis ergo rellationes accidentales adveniant et supponant substantiam, cum sufficienti constitutivo, et distintivo absoluto, non tamen ita supponunt rellationes substantiales. ut patet in rellatione transcendentali, qua creatura refertur ad Deum, que sane non advenit creature, nec illam supponit, sed constituit, nec invenit cum sufficienti constitutivo et distintivo, sed utrumque per suam exhibitionem ei confert. iam ergo cum rellationes Divine sint substantiales, mirum non est quod Personas sub esse absolutum constitutas non supponant, sed potius illas sub esse rellativum constituant. Dices

Dices 3°. proprietas constitutiva Divinæ Personæ, debet esse exse incommunicabilis alteri: sed rellatio Divina ñ est exse incommunicabilis alteri. ergo ñ est constitutiva Divinæ Personæ. minor pr qa si per impossibile prius esset processio per voluntatem, quam processio per intellectum, seu q idem est, si prius produceretur Spiritus Sanctus, quam filius communicaretur rellatio Patris Spiritui Sancto. ergo rellatio Patris ñ est incommunicabilis exse. sic obiicitur ex Scoto. sed Scotum duo rogare lubet. tum. unde illi constitet, q in eo impossibili casu communicaretur Spiritui Sancto rellatio Patris? tum cur ñ etiam dicere licebit, q illi tunc communicaretur proprietas absoluta Patris?

Respondetur igitur omissa maiori negando minorem. ad probationem 1° respondetur negando, q tunc paternæ rellatio communicaretur Spiritui Sancto. 2° respondetur q tunc Pater haberet aliam Paternitatem exse communicabilem, et actu communicatam. ex quo minime fit, hanc relationem, et paternitatem, quam defacto habet esse communicabilem exse. 3° respondetur omittendo, q eadem relatio, quæ defacto datur tunc communicaretur. inde nq qz ñ infertur, illam exse communicabilem esse, etiam in hypotesi impossibili: qa nullum est inconveniens, q per impossibile communicetur actualiter, id q exse proprius est incommunicabile, sicut ñ est inconveniens, q per impossibile communicetur id q ñ communicatur.

Dices 4° nulla est rellatio per quam possit Pater constitui, nisi vel activa generatio, vel prædicamentalis rellatio super adveniens, at nulla ex his potest constitui, necesse igitur est ut per aliqd absolutum constituatur. respondetur negando maiorem qa præter eas duas rellationes datur alia virtutis generativæ, sicut in præcedenti ttu diximus. per hanc

Hanc autem potest constitui Pater in esse personæ, ac cæteris con distinctæ, sicut infra dicetur. 4º Personæ constituuntur per relativas proprietates caput 4um.

Cum ex præcedentibus constet, personas non constitui per absoluta prædicata sequitur aperte constitui per rellativa. quam conclusionem mihi verissimam edocent omnes A.A. qui constitutionem Personarum ex proprietatibus absolutis negavunt. quia tamen inter divinas Personas reperitur multiplex genus rellationis, et ipsa rellatio potest diversimode considerari; videlicet, qua subiectum afficit, vel qua refert illud ad alterum. oritur inde non levis inter A.A. dissensio circa prædicatum rellativum quod Personas constituit, et circa modum, quo constituit.

Docet ergo 1a sententia Personas constitui per transcendentales rellationes productivi, et producibilis. Patrem videlicet per esse generativum, Filium vero per esse generabilem, et Spiritum Sanctum per esse spirabilem. ita docti R.R. cum P. Franco de Lugo libro 2º de Deo trino disputatione 21 capitulo 7º.

Considerant hic D.D. in Paternitate videlicet vi generativam actualem generationem, et relationem prædicamentalem in ea fundatam ratione cuius Pater, ut actu generans refertur ad Filium. per vim ergo generativam, quam vocant rellationem transcendentalem Patrem constituunt, eo quod antecedat hæc rellatio virtutis generativæ generationem actualem, et prædicamentalem rellationem in ea fundatam

fundatam. in filio similiter agnoscunt posse generari, actu generari, et ut genitum referri. tum predicatum antecedit alia duo propterea quod filium constituit. in spiritu Sancto datur etiam posse spirari, actu spirari, et ut spiratum referri. constituitur ergo Spiritus Sanctus per posse spirari, non posse spirari sicut et posse generari, quod rellativum transcendentaliter est, et reliqua rellativa precedit.

2a sententia defendit Personas constitui per origines, et non per rellationes predicamentales, eo quod origines ad eius modi rellationes precedant, ut vel in creatis cernitur, ubi prius est Patrem generare filium, et ex inde resultat predicamentalis rellatio, qua refertur, ut actu generans ad filium. Item prius est filium generari, quam ut genitum referri predicamentaliter ad Patrem. Pater ergo constituitur per ipsum active generare, filius vero per passive generari, et Spiritus Sanctus per passive spirari. sunt autem istae processiones, et origines rellationes transcendentales, non predicamentales. ita D. Bonaventura in 1o dist. 26 q. 2a. nec multum distat Aureolus in eadem distinctione, cum alijs antiquioribus, qui referri solent, quorum mentem eruere longissimum et inutilissimum esset. 3

3a sententia tuetur Divinas Personas constitui per rellationes personales Paternitatis, filiationis, et passivae spirationis. ita P. Suares libro 1o de trinitate ~~cap.~~ sectione 7a, P. Basques disp. 156 cap. 3o. pater Montoya disp. 32 sectione 2a cum Angelico preceptore 1a parte q. 40. art. 2o cui thomistae subscribunt.

Dissident vero non leviter huius sententiae D.D. in assignando illo formalissimo conceptu sub quo rellationes personales constituunt Personas. Sanctus thomas considerat eas rellationes ut afficientes, informantes, et subsistere facientes naturam Divinam, et ut terminum respicientes. asserit quod sub quarto

quarto conceptu dumtaxat constituere Personas. idem fere licet alijs terminis docet Caietanus dum ait relationem ut conceptam, non ut exercitam constituere, non ut concepta prior est origine, posterior autem ut exercita. alij cum Magistro Bañes docent Personas constitui per rellationes Personales tum conceptum in, non ad, ali demum afirmant per nostrum intellectum abstrahi quoddam prędicatum abstitis rellationibus ut precisum nec rellativum, nec absolutum est, et eo Personas constitui ut docent Scotistę.

4a distinguit constitutionem virtualem, quę precedit opus intellectus, a constitutione methaphisica, quę fit a constitutione methaphisica, quę fit per nostros inadequatos conceptus, ac erit quod Personas realiter virtualiter constitui eque 1° et principaliter per rellationes, et origines, eo quod inter hęc predicata non detur distintio virtualis. unde coenter afirmare tenetur, constitui prędicto constitutionis virtualis genere per omnia illa prędicata, quę virtualiter non distinguntur a personalitatibus divinis. loquendo tamen de constitutione rationis ait hęc sententia Personas non constitui per origines, sed per subsistentias, et Personalitates, quę licet ex parte obiecti sint rellativę concipiuntur a nobis inadequate, non ut rellative, sed in itar subsistentię create, quę absoluta est. ita P. Arriaga dis. 1° s. 2 sectione 3a subsectione 2a. P. Zuñiga de trinitate q° 40 dubio 5° menbro 2° et 4° cum alijs. 1° adversam sententiam notantur aliqua caput sum.

Hęc sunt placita V.D.um quam maiori possunt brebitate, et claritate recenseri. prius vero quam proprium animum et

et sententiam asseriam, et q̄ in pręfatis autoribus placeat, displiceatve, duo tanquam mihi certissima pręnoto. 1um, unamquamque Personam constitui realiter per omnia prędicata, quibus constituitur eius personalis rellatio, quin, et per omnes absolutas perfectiones, quę communes sunt trinitati. de hoc nullus dubitare poterit. ratio est q̄ inter prędicata cuiusque Personę n̄ datur ulla realis distintio. ergo realiter loquendo constituitur quęvis persona per omnia sua prędicata.

Confirmatur. q̄ ob illam rationem dicimus essentiam Divinam constitui realiter ex omnibus Divinis prędicatis, eo q̄ inter illa n̄ detur distintio, sed potius identitas realis. Confirmo pręterea, q̄ illud est realis essentia rei, quod realiter est ipsa res: quęlibet Persona Divina realiter est id omne quod habet per identitatem realem. igitur omne quod habet per identitatem realem, est essentia realis cuiuslibet Personę Divinę.

2um pręnoto quamlibet Personam constitui virtualiter ex omnibus iis prędicatis, quę componunt eius notionalem, et personalem rellationem. hoc ab omnibus illis est admitendum, qui distintionem virtualem inter eiusmodi prędicata negant, ut ego negavi q.e 4a pręcedenti [illegible]. ratio est, quia sicut Persona constituitur realiter ex omnibus prędicatis componentibus eius rellationem, eo q̄ inter eiusmodi prędicata n̄ detur distintio realis, ita virtualiter ex omnibus componi debet, eo q̄ inter illa n̄ detur distintio virtualis.

Confirmo, q̄ constitutio virtualis personarum est ante opus intus, ergo si Personę constituerentur virtualiter ex uno, et n̄ alio prędicato rellationis personalis, verificaretur ante opus intus de uno, quod constitueret, de alio vero quod n̄ constitueret: sed id stare n̄ potest absque distintione virtuali, sine qua verificari nequeunt prędicata 2um contradictoria de rebus realiter identificatis. [illegible]

exclusa distintione virtuali ab his extremis, nevesum, et omnia vir tualiter constituant. unde virtualiter constituuntur Personæ per rellationes, et origines. imo propter eandem rationem consti tuuntur virtualiter ex omnibus prædicatis absolutis, quæ n distin guntur, sed identificantur, realiter virtualiter cum natura Divina.

Proinde tota disputatio reducitur ad constitutionem methaphisicam, quæ fit per nostros conceptus cum fundamento in re. n aliter ac de constitutivo Divinæ naturæ disep tari solet in materia de atributis, ubi queritur q. n ex divinis præ dicatis sit admitendum, et q. relegandum ab eius formalissimo, et me thaphisico conceptu.

Vt autem sensum explicem, in quo mihi placet hæc sen tentia communis de constitutione Personarum ex rellativis pro prietatibus adverto, posse nos loqui de Persona Divina, qua præcise dicit esse perfectionem Divinam, et a creatis distinguitur quin tamen explicemus diferentiam vnius Personæ ab alia, vel posse loqui de Persona divina in esse talis personæ ac ceteris con distinctæ, n Persona Patris vg considerari potest, qua præ cise est Persona Divina, vel qua talis Persona, sicut Petrus considerari potest qua homo præcise, vel qua talis homo. iam duplici conclutione decidam, per q. constituatur Persona Divina, sub esse Personæ, et sub esse talis Personæ. 1º statuitur 1a conclusio caput 6um.

Prima sit Persona divina, qua præcise Persona Divina præter naturam Dei solum addit formalitatem Personalitatis, vel subsisten tiæ, quæ licet ex parte obti sit rellativa realiter virtualiter adhuc Personam Divinam constituit, n consisiter formaliter ut

ut rellativa. vg Pater constituitur in ratione Personę Divinę: per naturam, et subsistentiam, qua præcisse conplet naturam exclusso quolibet rellativo.

Doctrina hęc est expressa S. Thomę dicentis Personam constitui rellatione, non ut rellativo est, sed ut naturam afficit subsistentem: ita loquitur in hac q.ᵉ articulo 4°, et articulo 2° corpore ait, rellationes constituere Personas in quantum sunt ipsę personę constituentes; idem intendit Caietanus dum ait rellationem constituere Personas, non tamen ut exercitam, sed ut conceptam id est non ut rellatam ad terminum, sed ut naturam afficientem. hoc etiam tenent alij thomistę, cum Bañes quando docent rellationes sum in, et non sum conceptum ad constituere Personas, et quod magis est videtur stare pro hac resolutione, S. Augustinus libro 7° de trinitate cap.ᵉ 6° cum inquit, Personam dici ad se, et non ad aliam, ubi loquitur de Divina Persona non determinando hanc vel illam in particulari.

Ratione vero probatur: quia in rellatione Patris vg. præscinden do conceptum subsistentię a conceptu rellationis, quandoquidem subsistentia non dicit in suo formalissimo conceptu rellationem: sed ex illo conceptu subsistentię simul cum natura Divina resultat Persona Divina, licet non in particulari: igitur Pater constituitur in ratione Personę Divinę licet non peculiaris a cęteris distinctę per subsistentiam, aut personalitatem, intellectu nostro præcissam a rellatione, quamvis rellativam ex parte obiecti. consequentia patet, maior probatur quia Persona communis non est aliud, quam realis natura, simul cum subsistentia, igitur Persona Divina est realis Dei natura simul cum subsistentia terminante illam. igitur ex conceptu subsistentię, qui præscindatur in Patre simul cum natura Dei resultat Persona Divina non quidem particularis, sed communis eo quod adhuc in ea subsistentia non intelligatur peculiaris differentia vi cuius distinguitur a subsistentia

a subsistentia filij, vel Spiritus Sancti. igitur etc. item argutum confirmo in filio, et Spiritu Santo.

Confirmo. Personam Divinam concipimus per speciem creaturę: sed Persona creata præcisive constituitur ex natura rationali, et subsistentia. ergo Persona Divina, qua talis præcisive constituitur ex natura rationali, et subsistentia. Cum hoc tamen discrimine, quod Persona creata constituitur ex natura, et subsistentia creata, Persona vero Divina ex natura, et subsistentia Divina. Confirmo præterea. Da per impossibile, quod in Persona Divina maneat solus personalitatis conceptus afficiens naturam Dei circumscripto quolibet rellativo: manebit utique Persona Divina in eo conceptu talis: igitur in eo conceptu non includitur formaliter rellatio.

Dices igitur iam Persona Divina constituitur ex essentia absoluta proprietate. probatur sequelam, quia constituitur ex conceptu subsistentię condistincto a rellatione, igitur ex conceptu absoluto subsistentię. patet, nam conceptus a rellatione distinctus, non est rellativus, et consequenter est absolutus. respondetur distinguendo consequens constituitur ex proprietate realiter, et in re absoluta nego, ex proprietate quoad nostrum concipiendi modum absoluta omitto, nam in hoc nullum est inconveniens. esset autem si proprietas, realiter et ex parte objecti ~~esset absoluta~~ constitutiva Personę esset absoluta. notes vero conceptum illum subsistentię præcisum a rellatione, neque rellativum esse, neque absolutum, sed ab utroque præscindere, quia subsistentia nullam ex his differentijs explicite dicit. et ad summum poterit affirmari conceptum illum esse negative absolutum, quatenus non est positive rellativus. ergo etc.

Dices

Dici preterea conceptum subsistentię, qui reperitur in rellatione Patris di dicit formalissimè rellationem virtutis generativę. igitur nequit Pater in ratione Personę constitui per illum conceptum quin formalissimè constituatur aliquo rellativo.

Respondetur antecedens esse falsum, nam in Deo per intellectum distinguntur, quę realiter distinguntur in creatis: at in creatis distinguntur subsistentia, et virtus generativa igitur per intellectum distinguntur in rellatione P.ris. Confirmo 2º ob hanc rationem distinguntur in rellatione Patris virtus generativa actualis generatio, et predicamentalis rellatio, quia videlicet in creatis hęc omnia reperiuntur distincta. Confirmo preterea in rellatio Patris, qua est subsistentia convenit cum subsistentia Petri, non cum Petro, qua tamen est virtus generativa convenit cum Petro, non cum eius subsistentia. igitur in ea rellatione formaliter non est idem ratio subsistentię, et virtus generativa.

Instas ille conceptus aliquid ultra dicit preter rationem communem subsistentię, quoniam est subsistentia Divina ergo dicit conceptum rellativum. respondetur concesso anteceden. negando consequentiam. nam id quod addit ultra rationem communem subsistentię tantum est afficere consistere per naturam Divinam per quod sufficientissime distinguitur a subsistentia creata, neque tamen adhuc ibi concipimus rellationem ad aliam Personam. etiam dato per impossibile subsistentiam afficientem naturam Dei, quin ulterius apprehendat eam esse virtutem productricem, et actualem productionem alicuius Personę, posset dari utique subsistentiam Divinam sine rellatione ad aliam Personam: ergo subsistentia Divina qua talis non expetit suo formalissimo conceptu rellationem.

Ratio ergo communissima subsistentię

subsistentiæ, quæ quasi generica est contrahitur ad Deum et creaturas per hoc ut in Deo compleat naturam divinam, in creatis vero naturam creatam. Et postquam intelligitur ad Divina contracta, dividitur ulterius, et contrahitur ad tres speciales, et inferiores subsistentias Patris, Filij, et Spiritus Sancti, per illa prædicata de quibus in casu sequenti. Sicut aliter se ratio generica animalis contrahitur ad hominem, et equum per rationale, et irrationale, postea vero dividitur, et contrahitur ulterius in homine per alias inferiores differentias, Petreitatis, et Pauleitatis.

Instas ultimo incommunicabilitas est de conceptu Personæ; sed relatione seclusa non intelligitur Pater incommunicabilis, ergo non intelligitur Persona. minor probatur quia solum prædicatum relativum est incommunicabile in divinis, et eo sublato fit incommunicabilis Persona divina.

Respondetur Personam, ex suo formalissimo, et universalissimo conceptu præscindere a communicabilitate, et incommunicabilitate, quia solum dicit naturam rationalem subsistentem. unde Pater sufficienter intelligitur Persona per hoc quod habeat rationalem naturam terminatam per subsistentiam, secluso quovis relativo conceptu. videantur quæ dicta manent Mtu. 1o q.e 6a: 4o proponitur 2a conclusio caput 7um.

Vidimus constitutivum Divinarum Personarum in communi. restat agere de constitutivo specialiori, quo Personæ distinguuntur inter se. pro quo sequentem conclusionem statuo. Personæ Divinæ, quæ distinctæ inter se, præter conceptum subsistentiæ superaddunt, et constituuntur per transcendentales relationes productivi, et productibilis. Hæc conclusio defenditur ab aliquibus

Complementum sub hypost. respectivum in relatione non est sufficiens ad distinguendas personas a alia personalitate filii: ergo non potest illas constituere. probatur antecedens: complementum talis non est sufficiens ad oppositionem relativam inter Patrem et filium: ergo non est sufficiens ad distinguendam unam personam ab alia; probatur antecedens complementum talis formaliter ut tale solum habet ultimo complere naturam; sed ultimo complementum ultimo terminare naturam non est sufficiens ad oppositionem inter Patrem et filium ponendam actu: ergo: probatur minor eatenus esset sufficiens ultimo complementum quatenus aliquo modo respiceret terminum realiter distinctum: sed ultimo complementum nullo modo respicit terminum ut filium: ergo ultimo complementum ultimo complere, seu terminare naturam non est sufficiens ad oppositionem constituendam inter Patrem et filium: respondeo distinguendo ultimam maiorem talis complementum est nullo modo est sufficiens formaliter. concedo, conditionaliter implicative nego. sed contra. est sufficiens hunc complementum conditionaliter implicative. scilicet est quod esse habeat hoc quod est referre. scilicet quod hoc participet a complemento expresso referente. si sic ergo esse est formaliter respectivum ex realiter distincti, quod est falsum. si non: ergo ab alio participat hoc quod est referre: ergo ab illo participat constituere: ergo non habet suum. sed habet alienum constituit personam. respondeo distinguendo hanc consequentiam: non habet suum, connexive, nego: non habet suum formaliter, concedo. Sed contra. quod habeat suum conditionaliter implicative complementum relativum connexive non est sufficiens ut relativum dicatur. ergo nulla est solutio. probatur antecedens. quia generatur natura divina complementum ... et complementum libertatis connotant, non dicitur natura libere operari conditionaliter complementum ... ergo relatio conditionaliter implicative ... connotat cum complementi referentis expresso. non dicetur habere suum relativum. patet consequentia quia eodem penitus modo connexive complementum ... et complementum libertatis. ac complementum subsistens in relatione et complementum referentis:

aliud argumentum: complementum sub hypost. respectivum in relatione solum est complementum constituendi suppositum subsistens: sed constituere suppositum subsistens nec implicative, nec explicative involvit relationem: ergo non potest distinguere personam in esse relativo, probatur minor. verbum divinum ultimo habet et complet naturam humanam, sed verbum divinum nec implicative, nec explicative constituit relationem naturam humanam ad Patrem: ergo constituere naturam formaliter subsistentem nullo modo involvit aliquid de linea relationis

si relatio sub conceptu suae hypost. constitueret personam Patris in esse personae etiam constitueret sub expresso conceptu referendi. sed per vos non constituit relatio sub conceptu conceptu referendi: ergo nec constituere potest sub conceptu suae hypost. probatur maior: quia causa constituit sua hypost. personam divinam quia ut formalis et expresse non sit relativa est relativa implicite: sed conceptus expressus referendi ut formalis et expresse non sit sua hypostatica est enim talis rem implicitam: ergo si conceptus suae hypost. constituit personam divinam. etiam constituet illam conceptus expressus referendi: confirmatur quia rem expressam divinam. Vero doctrina adversariorum. quia quod constituit naturaliter debet esse definitio relativa sua autem hypost. non est ut constituit, nisi implicite relativa. minor probatur quia conceptus inadequatus suae hypost. et conceptus expressus referendi dat ... in ... ratio, et quaestio: ergo si conceptus suae hypost. conveniunt ... conceptus non potest ... ut implicite non relativum. conceptus expressus referendi ... non potest non ... nisi ut implicite sua hypost.: probatur loco: conceptus suae hypost. non potest constituere personam nisi sit implicite talem relativum, sed non potest esse implicite relativum absque expresso et formali conceptu relationis: ergo non potest conceptus suae hypost. constituere personam divinam absque expresso conceptu relationis. minor immediata probatur: esse implicite relativum suae hypost., nihil aliud est quam connecti et exhibere causam cum expresso relationis, a quo accipit esse definitionem relationis implicite: sed quod extrinsecum ~~...~~ ~~quaeque~~ ut constituat rem exigit essentialiter aliud, non potest ~~...~~ aliud non constituere. ideo per quod unumquodque ...: ergo non potest conceptus suae hypost. constituere personam divinam absque expresso et formali conceptu relationis: ergo constitutio methaphysica adequata personae divinae importat essentialiter conceptum expressum relationis

potest tamen quod quamvis sua hypos-
tatica dicat implicite relationem non constituit per relationem, sed ... adaequat
supple constituta persona Patris, per illud esse hypostaticum
... ... per conceptum methaphysicum a quo petitur, et ...
quod ... est constitutio methaphysica, sed haec absolutio impug-
natur supra folio 208 § ... ergo

aliquibus R.R. etiam quod Personae divinae quà distinctae constituantur per subsistentias Divinas est omnino certum, quia Persona, quocumque modo consideretur includit essentialiter subsistentiam.

quod autem Personae Divinae quà distinctae constituantur aliquo rellativo facile patet. nam in Divinis omnia sunt idem ubi non obviat oppositio rellativa. ergo non intelligitur una Persona distingui realiter ab alia nisi dum intelligatur unam habere aliquod oppositionis genus in aliam. ergo ut Pater intelligatur Persona distincta a filio necessarium est quod intelligatur in Patre aliqua rellatio in filium. et confirmo. nam Personae, quà distinctae non constituuntur proprietatibus absolutis ut ostensum est supra. ergo quà distinctae constitui debent proprietatibus rellativis. non quod eiusmodi proprietates in re tantum, et ex parte obtineant rellativae, sed quod ut rellativae cognoscantur, eo ipso quod per illas intelligamus constitui Personas quà distinctas, quia nihil est in Deo, quod ut distinctum intelligatur ab alio, quin ut rellativum cognoscatur.

Denique quod eiusmodi rellatio sit transcendentalis per modum productivi, et producibilis ostendam notando prius rellationem activae spirationis ab omnibus relegari a constitutivo tam communi, quam diferentiali Personarum. ratio est, quia activa spiratio non est subsistentia, vel personalitas. ergo nequit simul cum Deitate constituere Personam Divinam in communi, sufficienter, et necessario resultat ex Deitate, et subsistentia. sed neque constituere potest Personas ut inter se distinctas. tum quia non est in 3a Persona. tum quia communis est Patri et filio. ergo nequit esse constitutivum omnium personarum, neque Patrem a filio discriminare.

Hinc est, ut conceptus ille, rellativus per quem Personae constituantur sumi debeat a rellationibus personalibus Paternitatis, filiationis, et spirationis passivae.

passive. sed cum in qualibet ex his relationibus inveniatur triplex conceptus relativus alter per modum prij, vel tri, alter per modum originis activæ seu passivæ, alter denique per modum relationis prædicamentalis in origine fundatæ, ita stetit nostra conclusio, et resolutio, Personas, qua distinctas inter se constitui solum ex 1° conceptu relativo.

Probatur inprimis ex Bessarione in oratione pro unione ad finem concilij Florentini cap. 6° cuius auctoritas est magni momenti, eo quod illa oratio quodammodo approbetur a Concilio. sic igitur ait: non enim generare, et genitum esse quod originis est constituit principaliter Personam, sed Paternitas et filiatio, sive Patrem, et filium esse quod relationis est. unde sic arguitur. persona Divina non constituitur principaliter ex origine, et a fortiori nec ex relatione quasi prædicamentali in origine fundata. ergo constituitur solum ex relatione principij productivi, sive producibilis. patet, quia non superest alia relatio. deinde. Patrem esse constituit tam Personam: sed non Patrem esse in actu 2°. ergo in actu 1°, seu qua potest generare filium. rursus. filium esse, constituit tam Personam: sed non filium esse in actu 2° qua genitum. ergo in actu 1° qua potest generari.

Probatur deinde ratione. ille conceptus relativus constituit Personam, qui præcedit ad ceteros; sed conceptus virtutis productivæ, vel producibilis est conceptus relativus, qui præcedit ad ceteros. ergo ille constituit Personas. consequentia patet. maior est certa. nam conceptus relativus, qui præcedit ad ceteros est illud, quo Personas inter se distinguit. quod autem 1° Personas inter se distinguit, eas et inter se distinctas constituit. minor probatur, nam prius est Personam divinam posse producere, vel produci, quam actu producere, vel produci, et a fortiori quam ut producens.

producens, vel producta refertur ut patet, tum ex creatis, tum ex ipsa terminorum apprehensione, quia semper suppositum prius apprehendimus ut potens producere, vel produci, quam, ut actu producens, vel produci.

Dices in creatis actio est prior termino ergo in Divinis passiva productio prior est termino producto, ergo per relationem passivae productionis constitui debet terminus productus. Respondetur terminum productum est tale constitui per passivam productionem sicut principium producens est producens per activam. at terminum in se non constitui per passivam productionem, sicut principium in se non constituitur per activam. ad id quod dicitur de prioritate actionis respectu termini respondeo, patet de dubiam esse, et asterisque negatam eam prioritatem. sed illa omissa distinguo ant. in creatis actio est prior termino via causalitatis omitto. via constitutionis nego. sicut causa prior est effectu via causalitatis non constitutionis, et ideo effectus in se, neque constituitur per causam, neque per actionem. hinc est ut persona quae producitur in Divinis, non constituatur per passivam productionem, quia haec ad summum est prior via causalitatis respectu personae productae in se sumptae.

Dices praeterea conceptus iste relativus non contrahit, sed extrahit rationem communem subsistentiae Divinae. ergo antecedenter ad illum est assignabilis differentia contrahens rationem communem subsistentiae Divinae, per quam constituatur Persona in particulari. respondetur istum conceptum relativum non esse contrahentem praecise, sed extrahentem etiam ad lineam relationis; non repugnat in Divinis, ut ratio communis Personae contrahatur ad peculiarem Personam distinctam ab aliis, quin ulterius extrahatur ad relationem, eo quod repugnet ibi realis distinctio sine relatione. Nota

Nota vero, q̃ in hac conclusione loquimur de constitutivo Personarum, tum positivum, et reale, q̃ affert, n̄ ultra illud superaddenda est negatio, vel exclusio identitatis realis, in qua iuxta probabiliorem, et mihi veram sententiam consistit formaliter distinctio realis: q̃a nequit intelligi, Personas inter se distingui, sine formâ distinctionis, illud ergo positivum excludens identitatem, et fundans realem distinctionem, est rellatio de qua loquti sumus. 2° q̃ circa nostram sententiam oppinentur aliqui Iuniores cap. ut 8um.

Hec 2a conclusio, quam in precedenti cap.e iecimus, valde displicuit, n̄ nullis Recentioribus Magistris, et eam dupli ci ex cap.e reiiciunt. 1° q̃a n̄ datur ea prioritas, quam dicimus, inter illos conceptus rellativos. 2° q̃a licet daretur, adhuc omnes essent admitendi pro constitutivo Personarum. circa 1um in hoc cap.e diceremus, circa 2um autem in subsequenti.

Sic igitur obiiciunt, ut probent nullam dari prioritatem et posterioritatem, etiam rationis cum fundamento in re, inter virtutem generativam, actualem generationem activam, et rellationem predicamentalem generantis, in activa generatione fundatam. idem proportione servata dicendum de ijs conceptibus rellativis, qui se tenent ex parte filij, vel Spiritus Sancti. n̄ unicum fundamentum q̃ esse poterat, ut altera ex his formalitatibus esset perintum prior aliâ, est dependentia realis unius ab aliâ: sed hec

Haec dependentia ñ datur. ergo nullum adest fundamentum. minor prob. q̃ ad realem dependentiam requiritur distinctio realis, et forte requiritur etiam ratio prius vere productivi; quorum neutrum reperitur inter eas formalitates. unde colligunt, q̃ si prioritas aliqua cognoscatur inter illas fictitia et chimerica erit.

Debile fundamentum q̃ nullo dubitante reperiuntur inter extrema, tam creata, quam Divina, reperitur prioritas, et posterioritas perinsum cum fundamento in re, quamvis inter illa ñ detur ex parte obti realis distinctio, realis productio, vel dependentia realis. ita contingit inter animal et rationale et risibile. inter rationes superiores, et inferiores. inter absoluta, et relativa Dei predicata. inter essentiam, attributa, et relationes. inter cognitionem, et amorem Divinum. inter finis intentionem, et electionem mediorum etiam in Divina voluntate; inter intellectivum, et intellectionem, ut in materia de scientia probavi. inter plura decreta Dei tam necessaria, quam libera; de quibus in materia de incarnatione, et predestinatione, et alibi saepe.

Sed magis ad rem nostram accedendo sic arguo. relatio predicamentalis, qua Pater post activam generationem refertur ad filium presupponit eam generationem, q̃ fundatur in illa. neq̃ satis est dicere, relationem illam ut pote substantialem, et identificatam cum Patre, nullum habere fundamentum in ipso. Contra enim est. q̃ omnis relatio predicamentalis fundamentum prerequirit, vel reale, vel rationis, iuxta genus distinctionis q̃d a fundamento habet; unde q̃d illa relatio sit substantialis, et identificata Patri solum probat in illo ñ habere fundamentum reale. q̃d fatemur; ñ tamen probat carere fundamento rationis. et urgeo. q̃ ea relatio diversimode se habet respectu

respectu naturæ Divinæ, et respectu generationis actualis, quæ non resultat in Patre, ex eo quod Pater sit Deus, sed ex eo quod generet actualiter filium. ergo quæ petit proxime fundari in generatione, in Deitate vero ad summum remote. quin et cetera predicata quasi per accidens illi sunt.

Arguo preterea, non Pater est prior origine filio: sed rellatio predicamentalis, qua Pater refertur ad filium, est prior filio, ergo Pater est prior rellatione predicamentali, qua refertur ad filium. patet consequentia non quod est prius priori est prius posteriori ut evidentissimum est. maior exinde constat, quia Pater est phisicum prius filij, cui proinde preire debet, qua generat, vel aliter qua potest illum generare. minor ostenditur, nulla rellatio resultat, ex eo quod filius existat genitus a patre. ergo posterior est filio. patet consequentia, non quod realiter distinctum resultat ex filio, posterius est filio: sed ea rellatio Patris distinguitur realiter a filio, et ex filio resultat. ergo posterior est filio.

Iam ad argumentum respondetur, phisicam prioritatem exigere distinctionem, dependentiam vel productionem, non autem methaphisicam, quæ petit potius inter extrema realiter indistincta versari, ubi proprie non habet locum dependentia vel productio. quod si bene perpendatur argumentum probat utique chimericam esse qualibet prioritatem methaphisicam, non solum inter conceptus rellativos Personarum, sed in quavis alia materia tam Divina, quam creata.

Si vero petas ex parte Dei fundamentum, cui nititur, ea prioritas per intrinsecum? respondetur, illud a creaturis subministrari, non increatis prius est Patrem posse generare deinde generare postmodum autem referri tanquam generantem ad filium. ergo cum hæc omnia dentur in æterno Patre, sub ea ratione methaphisica considerari debent, et apprehendi. preterquam quod independenter a creaturis ex apprehensione sola

islationum constat ea prędicata non debere considerari.

Sed instas 1° non debemus ex crea- tis ascendere in Divina, quia sic arguimus a posteriori ex effec- tu ad causam, sed potius ex Divinis ad creata procedendum, qui perfectior est: respondetur nos assuefactos rebus creatis quas melius deprehendimus ascendere securius ad Divina, quam e contra, quia si liceret ex Divinis arguere ad creata, plura satis absurda deduceremus. Ergo quia inter illa prędicata Patris creati non da- retur ea prioritas, quam tu negas in ęterno Patre. Quod argutum est ad hominem.

Instas 2°. Theologus optime novit Divina non esse sicut cre- ata. ergo nequit ex creatis sumere fundamentum ad Divina. Respondetur quod licet theologus bene deprehendat differentiam et distantiam infinitam, quę datur inter Divina, et creata, ni- hilominus ex creatis ducitur ad plura Deo concedenda, quę ne- que veritatibus fide revelatis, neque lumine naturę deprehensis contrariantur, et talis est hęc prioritas de qua loquimur. Et quidem nisi plura nobis constarent ex creaturis, ea non agnoscere- mus in Deo.

Instas 3°. fundamentum quod est in creatis ad prioritatem con- cipiendam inter hęc tria virtus generativa. generatio actualis relatio generantis est distinctio realis dependentia vel productio, sed hoc fundamentum non est in Divinis, ergo non est cur ex creatis arguamus prioritatem illorum prędicatorum in Divinis. sicuti licet Petrum habere albedinem sit mihi fundamentum ut cog- noscat illum album esse, non tamen est fundamentum, ut Paulum albedine carentem inferam esse album.

Respondetur distinctionem realem dependenti- am, aut productionem in creatis esse fundamentum adstruen- di prioritatem phisicam, et realem, qualem Deo non concedimus eo quod ibi deficiat fundamentum hoc inter illa prędicata. perquam

q patet ad exemplum hominis albi, nihilominus ad simili
tudinem huius phisicę prioritatis adstruimus aliam metha
phisicam, et penes nostros conceptus cum fundamento, sicut ad si
militudinem distintionis realis, adstruit intus aliam rationis
cum fundamento. non ergo fundamentum createę prioritatis
inservit ad increatam omnino similem, sed cum proportione
ponendam.

Instas demum. inter creata non cognoscimus prioritatem
nisi quando datur distintio: ergo licet ex creatis arguere liceat
ad Divina, non est adstruenda prioritas inter illos conceptus rea
liter identificatos, sed potius ex creaturis est positive dene
ganda. facile respondetur in creatis agnosci metaphisicam
prioritatem inter non distincta, sicut in hoc capite pluribus exemplis
ostendimus. quibus hoc unicum magis ad rem addere lubet.
si daretur causa creata, quod possibile iudico, per se ipsam pro
ducens effectum, in illa prior esset per sistum virtus produc
tiva, quam actualis productio, licet inter virtutem, et pro
ductionem, ut supponimus non intercederet realis distintio. Et 2a
pars resentis doctrinę caput 9um.

Sed omissa prioritate illorum conceptuum rellativorum de quibus
loquimur adhuc intendunt prefacti RR. per omnes deberi consti
tui Personas Divinas, quoniam in ca sentente sunt, ut existimant
rem esse nescio constituendam ex omnibus predicatis secum realiter
identificatis, quidquid sit de prioritate, vel simultaneitate illorum,
qui vero non videat hoc adsummum esse verum de constitutione reali

reali, et objectiva, non autem de methaphisica, penes nostros conceptus, eandem rem in plures formalitates dividentes, et unam eligentes alias respuentes a constitutione rei. scilicet homo realiter constituatur ex risibile, non tamen formaliter, et per se intum. essentia Divina, quamvis realiter constituatur ex omnibus Dei perfectionibus, non tamen formaliter, et per se intum, quia solum illud predicatum, quod cetera precedit, est methaphisicum Dei constitutivum.

Altera Sed respondent esse fictitiam, et omnino chimericam hanc methaphisicam constitutionem. contra quam nihil aliud intendimus per illam, nisi quod intus in objecto distinguat plures formalitates, quarum una ita se se habeat, ut si deficeret eo ipso deficeret objectum. altera vero materialiter se habeat, et non ita se se habeat, ut ex precino eius defectu res deficeret. v.g. si daretur animal rationale, quamvis non esset risibile daretur eo ipso quod per hominem intelligimus, et ea entitas comprehenderetur sub ratione communi hominis: at hoc verissimum est, ergo methaphisica constitutio de qua loquimur non est fictio intus.

Confirmo. nam hec propositio chatolica est, Pater est Deus, sed non est filius, ergo licet filius realiter identificetur cum Deo, non tamen est de constitutione methaphisica filius, nam si esset nequiret habere veritatem ea propositio Pater est Deus quin haberet veritatem ista Pater est filius, et sic per hanc doctrinam locus non remanet ipsi methaphisicae difficultati, quam modo veriamus, nam si nequaquam queritur quod non sit predicatum methaphisice constituens Personas, igitur supponitur possibilitas huius methaphisice constitutionis, et in ea ipsa rogaretur in materia de atributis, et essentia Dei quod non esset predicatum methaphisicum diferentiale Dei.

Hi ergo, et alii omnis non pendamus iam argumenta, quibus adversarii suadere nobis conantur, Divinas

Divinas Personas omnibus rellativis conceptibus esse constituen
das. 2º sic arguo. bene stat rem ex pluribus partibus constitui
quamvis inter illas detur prioritas, igitur ex eo quod inter illos conceptus
rellativos detur prioritas, minime colligitur divinam Personam
ex omnibus non constitui. consequentia patet unius ostenditur. nam in rebus phisicis
homo constat materia, et forma, quamvis materia sit prior forma. Persona
creata componitur ex natura et subsistentia, quae posterior est na
tura siquidem ab illa procedit. in rebus etiam methaphisicis componi
tur species ex genere et differentia, cum tamen genus in subsis
tendi consequentia sit prius differentia, et totum resultans ex tribus con
ceptibus rellativis ante assignatis componitur ex omnibus ut evi
dens est, cum tamen prioritatem et posterioritatem cognoscamus.

Respondetur concesso antecedente distinguen
do consequentiam. ex eo praecise concedo consequentiam, ex eo quod supponitur aliunde
methaphisicum Personarum constitutivum esse petendum ab illo
~~prius~~ 1º praedicato, quod personas inter se distinguit, nego consequentiam. ita
quod fateor rectissime rem ex pluribus conceptibus inter se ha
bentibus ordinem prioritatis methaphisice constitui. quod alla
ta exempla convincunt. at in praesenti quod rogatur de metha
phisico Personarum constitutivo; supponitur illud esse, quod 1º Personas
ut inter se distinctas constituit: sed quod 1º Personas, ut inter se distin
ctas constituit, est ultra subsistentiam, et naturam ea rellatio
productivi et producibilis, quae ratio, et fundamentum est cete
rarum rellationum; cum prius sit rem posse producere quam
actu producere. ergo per istam rellationem constituuntur
methaphisice Personae, qua distinctae.

Sed dices. actualis productio, vel generatio suppo
nit virtutem generativam, non autem Personam Patris, quae pro
inde poterit componi tam ex virtute generativa, quam ex ac
tuali generatione. sed contra, non ea virtus generativa simul cum
subsistentia, et natura divina componunt aliquam Personam

Personam, ut evidens est; n 2am, aut 3am quoniam in his n da
tur virtus generativa. ergo 1am. ergo cum actualis generatio
supponat haec omnia, supponit utique n solum virtutem genera
tivam, sed etiam Personam Patris in esse methaphisico; et in
esse reali n minus componitur Persona Patris ex virtute ge
nerativa, quam ex actuali generatione, et praedicamenta
li rellationi generantis, ut iam supra notabam.

2° arguunt. quoad denominationem rea
lem aequaliter se habent illi tres rellativi conceptus: quoni
am omnes aequaliter constituunt in esse rei Personam. item.
quoad denominationem rationis aequaliter etiam se habent:
quoniam intus solum dat obiti cognoci, sed omnes illos concep
tus aequè cognocit, et quemlibet ab alio praescindit. ergo post
operationem intus, vel omnes, vel nullus constituit Personas.
respondetur ante opus intus aequales esse fraliter, omnes
illos conceptus in ordine ad constituendam Personam, at fun
damentaliter inaequales esse, quoniam ita se habent, ut ac
cedente intus operatione unus constituat, et n alter. sicut
ante opus intus aequales sunt fraliter, licet n fundamentali
ter animal, et rationale, et homo, quoniam ita se habent, ut
posita intus operatione, animal n constituat rationale, consti
tuat vero hominem.

3° arguunt. inadequatum rei constitutivum duo
dicit 1um essentialem identitatem cum constituto. 2um, dis
tintionem ab alio constitutivo, et ab ipsomet constituto. ex
his duobus, 1um, q ess identitas essentialis constituti s cum cons
tituto n pendet ab intu, qui neque dat, neque tollit essentia
lem identitatem. 2um vero q est distintio inter constituti
va, nec n et inter constitutivum, et constitutum, pendet
ab intu, quando constitutio methaphisica, sicut est haec
de qua loquimur. ergo q praefati conceptus rellativi distinguantur

distinguantur pendet ab intu. Quod autem illorum alter essentialiter identificetur, vel non identificetur cum Persona, non pendet ab intu, sed est denominatio realis, praecedens omnem intellectus operationem: at omnes habent ante operationem intus essentialem identitatem cum Persona. igitur omnes aequaliter post intus operationem constituent Personam, quandoquidem non habebunt, quod requiritur ad conceptum methaphisici constitutivi.

Respondetur distinctionem illorum conceptuum inter se pendere ab intu. identitatem etiam partialem illorum cum Persona constituta, pendentem esse ab intu; quia partialis identitas affert essentialiter distinctionem, et cum distinctio pendeat ab intu, partialis etiam identitas in ratione partiali, pendet ab intu. Quod additur de identitate essentiali quam aequaliter habent ante intum illi conceptus cum Persona facile solvitur si dicas omnes eandem identitatem habere formaliter, sed non fundamentaliter, non ita se habent in re, ut si accedat intus et illos distinguat unus in formalitate constitutivum admittetur, et alter excludetur.

Quod evidentius alio exemplo demonstro. nam aequalem identitatem habet ante opus intus rationale cum animali, et cum homine; et tamen accedente operatione intus, iam rationale non est de constitutivo animalis, cum tamen sit de constitutivo hominis, unde hoc provenit, quia licet formaliter haberet aequam identitatem rationale cum animali, et cum homine, tamen fundamentaliter se diversimode habebat circa animal et hominem, quia fundamentum proveniebat, ut accedente operatione, distinctione intellectus etiam, iam rationale formaliter non sit de constitutivo animalis sed hominis. Utrum constitutivum Personarum sit earum distinctivum? quaestio quinta.

quinta. vera est pars afirmativa caput 1um.

An Constitutivum Personarum sit earum Distinctio?

Q.o V.

Vera est pars affirmativa Cap. I.

Loquimur in presenti de constitutivo diferentiali Personarum, non de constitutivo communi, sive communitate logica, sive phisica. nam certum est Personas inter se non distingui per rationem communem Persone Divine, que logice communis, et abstrahibilis est ab omnibus tribus Personis, ut supra diximus nam ratio Persone non dicit formaliter ex se distintionem unius ab alia. neque rursus Persone Divine distinguuntur, sed potius identificantur inter se ratione Deitatis, que phisice communis est illis, quanvis in ratione Persone constituantur per illam ut in superioribus dictum manet, proinde solum est dificultas erga constitutivum diferentiale, num videlicet illud sit

sit etiam distintivum unius Personę ab alia &.

Praeterea non inquiritur, an illud constitutivum sit formale distintivum, quia hoc esset incidere in questionem illam apud Methaphisicos, et Logicos versari solitam de distintione reali, num in diferentia cuiuslibet rei formaliter consistat, num in nuper addita negatione realis identitatis & quod ergo de hoc sit tantum in presenti queritur an diferentiale constitutivum unius Personę sit eius distintivum, sive formale, sive fundamentale de quo non curamus in presenti a qualibet alia Persona, quę careat eiusmodi constitutivo.

Triplicem sententiam in hanc difficultatem reperio. 1a docet in genere loquendo non semper constitutivum diferentiale rei esse distintivum illius a qualibet alia, nisi tale constitutivum sit absolutum, nam si rellativum sit non distinguit rem constitutam a qualibet alia, sed ab eo solum cui opponitur rellatio. quare docet hęc sententia, quod licet Paternitas sit ultimum constitutivum Patris non est eius distintivum a Spiritu Sancto, sed solum a filio, quia Paternitas est rellatio pro tro respiciens filium, et non Spiritum Sanctum. idem asserit de filiatione. nimirum non esse distintivum filij a Spiritu Sancto, sed solum a Patre, quia licet sit constitutivum diferentiale filij tamen est rellativum in ordine solum ad Patrem, et non ad Spiritum Sanctum. ita Caietanus, Ferrara, Magister Bañes q.e 40 art.o 4o dubio 1o et communiter Thomistę.

2a sententia defendit, ultimum Personarum constitutivum non esse reale distitivum earum. fundamentum illius est, quia diferentiale constitutivum ea solum ratione distinguat, qua constituit: sed constitutivum Personarum non est reale quia non distinguitur realiter a Persona constituta. ergo nequit esse distintivum reale. ita P. Molina 1a parte q.e 36 articulo 2o, disp.e 3a. P. Basquies disp.e 147 cap.e 7o numero 36. P. Alarcon tr.u 5o de Trinitate disp.e 4a cap.e 9o.

3a

3a sententia tuetur, ultimum constitutivum rei seu per esse reale distinctivum illius a qualibet alia carente eiusmodi constitutivo. ex quo primo deducit ultimum et differentiale Personarum constitutivum esse distinctivum earum. ita P. Montoya disp. 68 sect. 8a numero 6o. P. Martinus Perez disp. 11 sect. 2a quibus assentior. imo sentio, quod nisi res ad voces reducatur, hæc 3a sententia non solum probabilis, et vera, sed evidens sit.

Probatur 1o. in Persona Patris, quæ distinguitur realiter a Persona filii: non per Deitatem, aut quodvis aliud prædicatum absolutum. igitur per prædicatum, seu constitutivum differentiale. nam in Divina Persona non sunt alterius generis prædicata, nisi vel communia, vel peculiaria, seu differentialia. maior est de fide docente quod in Deo sunt tres Personæ realiter distinctæ. minor est certa, quia ratione Deitatis, vel cuiuslibet alterius absoluti prædicati, potius identificatur, quam distinguitur una Persona ab alia.

Probatur 2o. specialiter contra 2am sententiam, quia Paternitas ultimo constituens Patrem distinguit illum a Spiritu Sancto. ergo nullum est constitutivum differentiale, quod non sit etiam distinctivum. cons. patet, ant. ostendo: quia vel Paternitas esse potest identificari cum Spiritu Sancto, vel ex se repugnat huic identitati? si 2um. ~~interrogatio~~ ergo fundat ex se, et ratione sui distinctionem realem ab Spiritu Sancto. quod intendo. si 1um ergo licet activa spiratio superveniat ad huc Paternitas identificabitur cum Spiritu Sancto, sicut identificatur Deitas Patris, quamvis ei superveniat activa spiratio non alia de causa nisi quia Deitas ex se potest identificari cum Spiritu Sancto. Et ratio est nam in divinis non arguitur distinctio unius perfectionis ab alia ex identitate cum perfectione distincta, quia possunt optime Divinæ perfectiones identificari inter se, quin tamen ideo distinguatur una ab omni eo, a quo distinguitur alia. necessum igitur

igitur est, ut Paternitas sit distinctivum Patris ab Spiritu Sancto. sicut etiam dicatur esse ultimum constitutivum illius, itaque per identitatem non reperiatur in alia Persona. sicut reipsa non reperitur. idem argutum de filiatione formo.

Probatur 3° contra 2am sententiam, ubi fundamentum illius simul evertitur. optime stat constitutivum esse methaphisicum, et adhuc esse distinctivum reale. ergo etc. quia anima rationale constituit methaphisice hominem, et adhuc hominem realiter distinguit ab omni eo quod non est homo. Petreitas enim et quævis numerica differentia non realiter sed methaphisice constituit individuum, quia non est phisica, sed ad summum una methaphisica pars illius, et tamen est reale distinctivum. ratio apriori quia nomine distinctivi realis intelligimus illud quod in se fundat realem distinctionem: sed optime stat fundare distinctionem realem, quamvis identificetur cum subiecto quod constituit. ergo stat optime nisi quod fiat de voce, constitutivum esse methaphisicum, et adhuc esse reale distinctivum.

Confirmo satis urgenter. nam ut ex fide constat una Persona trinitatis distinguitur realiter ab alia, sed non ratione Deitatis, ergo ratione alterius prædicati. designetur ergo tale prædicatum, et de illo sic arguo. prædicatum eiusmodi non realiter, sed methaphisice constituit illam personam in quam inducit realem distinctionem ab alia. stat ergo bene constitutivum esse methaphisicum, et adhuc esse reale distinctivum sui, et Personæ quam constituit, a qualibet alia. cons. patet, ans. est certum, quia prædicatum illud realiter identificatur cum Persona quam constituit. 1° oppositis rationibus respondetur casu ut 2um.

Opponitur

Opponitur 1º rellatio solum distinguit substum q constituit a tº respecto: Pater in ratione talis Personæ constituitur per rellationem. ergo per illam distinguitur solum a tº respecto: sed tºus respectus ac rellatione Patris est solus Filius ergo constitutivum Patris solum est eius distintivum a filio, ñ ab omni alio q ñ est Pater: ita solent obiicere thomistæ.

Sed respondetur dupliciter. 1º negando maiorem, qª rellatio ñ solum distinguit substum a tº sed a quovis alio, cui realiter ñ identificatur ipsa rellatio. patet in actu intus, qui per esse repræsentationem obti ñ solum distinguitur ab obto q respicit ut tºum, sed a quovis alio, q ñ est obti repræsentatio; cuius ratio mihi evidens est, qª ideo rellatio distinguit substum a tº, qª ñ identificatur cum tº: sed etiam ñ identificatur cum aliis rebus, quæ tºi ñ sunt. ergo confert etiam subº distintionem ab aliis rebus, quæ tºi ñ sunt. unde cum Paternitas ñ identificetur Spiritui Sancto; quamvis omitteretur ñ illum respicere posset quis existimare Patrem per paternitatem distingui ab Spiritu Sancto. sed quoniam in Divinis una perfectio ñ distinguitur ab alia, nisi qª rellative opponitur illi. ideo respondetur 2º Paternitatem ñ solum respicere filiationem, et filium, sed etiam Spiritum Sanctum, eo q sit complementum virtutis Spirativæ; necesso petitum ad Spiritus Sancti productionem. unde sicut activa Spiratio respicit Spiritum Sanctum ut virtus, et ut actualis eius Spiratio, sic Paternitas, et filiatio respiciunt illum, et ab eo respiciuntur. nihil ergo defficit ut Paternitas, qua Patris constitutivum, sit etiam eius distintivum ab Spiritu Sancto. itaqꝫ fateor, in Divinis aliter ac in creatis contingere: ñ in creatis, quæ rellative ñ opponuntur distingui possunt; at in Divinis stare nequit realis distintio, nisi detur oppositio rellativa. nihilominus cadatur inter Paternitatem et filiationem comparatione Spirationis passivæ, propterea qꝫ

quae realiter distinguuntur, et Patrem ac Filium distingui faciunt a Spiritu Sancto.

Aliter ab aliis probabiliter exponitur haec oppositio relativa Paternitatis, et Filiationis cum Spiratione passiva, non independenter ab eo quod sint complementa Spirationis activae, in ratione prius quo productivi Spiritus Sancti, habent esse prius quam illius. et ex hoc titulo fundant, et exigunt activam Spirationem, ut virtutem sibi debitam ad eius productionem. unde cum prius quam realiter distingui debeat ab eo producto, fit inde quod inter Paternitatem, et Filiationis respectu Spirationis Passivae detur sufficiens oppositio relativa, ubi fundetur distinctio realis. alii non ita probabiliter docent spirationem passivam respicere Paternitatem, et Filiationem; quamvis ab eis non respiciatur, id quod sufficere, ut Spiratio realiter distinguatur a Paternitate, et Filiatione, et ut Paternitas et Filiatio communiter distinguantur ab Spiratione. non omnis distinctio realis debet esse mutua.

Sed adhuc instant Thomistae. hoc ipso quod Spiritus Sanctus non procederet a Filio non distingueretur realiter ab illo: i.e. dato quod sic maneret et Filiatio, ergo Filiatio non est distinctivum Filii a Spiritu Sancto. non sequitur, manente Filiatione maneret Filius ab Spiritu Sancto distinctus, minor probatur quia Filiatio non est processio Spiritus Sancti a Filio non ea processio praecise consistit in activa spiratione. igitur ablata praecise processione, maneret adhuc Filiatio. respondetur negando maiorem. circa quam dicemus infra.

Opponitur 2o. constitutivum commune, potest esse distinctivum. ergo vice versa constitutivum proprium potest non esse distinctivum. probatur consequentia quia non minus repugnat constitutivo communi distinguere, quam constitutivo particulari seu proprio non distinguere. antecedens patet nam essentia Divina communis est omnibus Personis; et adhuc eas distinguit ab omni ente creato, seu ab omni eo, quod non est Deus.

Respondetur

Respondetur distinguendo ant. constitutivum commune potest esse distintivum respectu eorum quibus est commune nego ant. respectu eorum, quibus n. est commune concedo ant.: et id solum probatio convincit. n. essentia Divina, quia communis est personis n. eas inter se distingui, quia vero communis n. est entibus creatis, ideo Personas Divinas ab entibus creatis distingui. unde cõa est nulla, quia sicut repugnat commune, ut commune distinguere, sic implicat proprium, et peculiare n. distinguere. 4° de similitudine, et equalitate Personarum q. 6.a q. de similitudine caputrum.

Possumus loqui de similitudine Personarum quoad absoluta predicata, vel quoad relativa. iam ergo communissima sententia docet Personas Divinas in absolutis predicatis esse cum omni proprietate similes inter se, quod ita probant 1° quia similitudo n. est aliud quam convenientia duorum in aliquo predicato; sed Persone Divine conveniunt in atributis, et Deitate; ergo similes sunt in atributis, et Deitate. cõa patet maior videtur certa, quia similitudo duorum in eo consistit quod unum sit sicut aliud. minor negari nequit, quia Deitas et atributa communia sunt omnibus Personis.

2° quia licet similitudo requirat extrema distincta que referantur ut similia, n. tamen exigit plurificationem, vel distintionem in eo predicato ratione cuius exoritur similitudo, quare si poneretur, eadem albedo in Petro, et Paulo diceretur

diceretur Petrus similis Paulo in albedine. ergo cum Personae Di
vinae distinguantur, poterunt similes in Deitate vocari, quamvis
Deitas sit eadem in omnibus. haec vero doctrina non est adeo mihi ster
ta, quod tergiversationi non subiaceat, nam Divinae Personae non tam videntur
similes, quam omnino idem in attributis, et Deitate, cum eadem ip
sissima Deitas, eadem quoque numero attributa communia sint omnibus Per
sonis. ideo quoque Xptus de se dixit ego et Pater unum sumus, sicut non tam
similes, quam idem essent in albedine Petrus et Paulus si unam nu
mero haberent albedinem. et confirmo non extrema nequeunt esse simi
lia nisi formam similitudinis habeant: sed forma similitudinis in albedine
non est una sed duplex albedo. ergo nequeunt extrema esse similia in
albedine, nisi detur duplex albedo. minor probatur quia similitudo semper
est inter duo. ergo forma similitudinis in albedine petit, et affert necessario dupli
cem albedinem.

Propter haec et alia, quae in re parsimonienti omitto distingu
endum cogitavi duplicem similitudinem aliam phisicam, et aliam
methaphisicam. phisicam necessario petit divisionem, et distinc
tionem in ea forma, ob cuius extrema dicuntur similia, me
thaphisica vero indivisionem, et identitatem in eiusmodi
forma. Prima datur inter Petrum, et Paulum habentes duas al
bedines. Secunda daretur casu quo unica albedo subiectaretur in
Petro et Paulo. Prima excludit unitatem numericam, et solum
petit unitatem genericam, vel specificam in forma similitudi
nis. Secunda positive petit numericam unitatem. Prima fundat
rellationem praedicamentalem, quia non solum denominat ex
trema similia, sed est illa, quam Aristoteles, et caeteri philosophi cog
noverunt pro fundamento relationis similitudinis. Secunda vero
non fundat eiusmodi rellationem.

Ex his deduco Personas divinas non esse phisice,
sed metha phisice similes in Deitate, caeterisque perfectioni
bus absolutis, eo quod ipsamet Deitas, et caeterae perfectiones

perfectiones absolutae reperiuntur absque divisione numerica in omnibus Personis. ubi noto Patrem et filium in hoc esse similes esse in activa spiratione, quae reperitur eadem in utroque; non autem in spiritu sancto, qui propterea non est similis, sed potius dissimilis in eo praedicato caeteris personis. Et huic doctrinae consonat ea, quam scripsimus tractatu 3° quaestione 3a capite 2° ubi diximus Personas Divinas, ut convenientes in absolutis praedicatis, non fundare rellationem praedicamentalem, eoque sic non habeant proprie similitudinem. quod intellige de phisica similitudine, quae notior est, non de methaphisica, quam nos excogitavimus.

Circa similitudinem vero Personarum quoad rellativa praedicata nonnulli sentiunt eam proprie non dari, sed improprie, et analogice. Primo probant quia propria similitudo duorum in aliquo praedicato petit, ut ab eis abstrahibile sit tale praedicatum, et quod sic abstractum ita sit ratio conveniendi, ut nullo modo sit ratio differendi: sed eiusmodi praedicatum non est abstrahibile a divinis Personalitatibus. ergo Personae non conveniunt proprie quoad Personalitates. 2um probant, quia talis est similitudo qualis est convenientia: sed Personalitates Divinae improprie, et analogice conveniunt in pluribus praedicatis. ergo similes sunt improprie, et analogice. consequenter quoad rationem Personalitatum Personae sunt similes improprie, et analogice.

Sed ex dictis quaestione 1a capite 2° huius tractatus facile constat istius difficultatis resolutio. nam ibi diximus rationem communem Personae univocam quidem, esse praescindibilem a divinis Personis, ratione Personalitatum. quin et plures alias rationes univocas esse similiter praescindibiles ab illis. unde manifeste deducitur, Personas Divinas esse proprie, et univoce similes, quoad rellativa praedicata. 4° quaestio de Personarum aequalitate

caput 1um

Notari solet hic a Recensioribus n̄ esse eidem similitudinem, et æqualitatem, nec dissimilitudinem, et inæqualitatem. q̄a ita re potest extrema esse similia, quin æqualia sint, ut contingit in subiectis habentibus inæquales gradus caloris, quæ sane sunt in calore similia, n̄ tamen æquè calida, seu quoad calorem æqualia. deinde. probabilissima sententia docet esse possibiles duas species inter se dissimiles, quæ nihilominus habeant æqualitatem, quo ad perfectionem. iam ergo q̄q̄ de Personarum similitudine tractamus in præsenti de illarum æqualitate.

Præterea pro huius difficultatis decisione præiacienda sunt verba S. Athanasij in Simbolo, ubi continetur, et fidelibus proponitur, q̄q̄ ad nostram fidem pertinet. sic ergo dicitur circa Personarum æqualitate: in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus; sed totæ tres Personæ coæternæ sibi sunt, et coæquales. quo posito videndum est, an, et quatenus Personæ sint æquales inter se tam quoad absoluta, quam quoad relativa prædicata, n̄ circa omnia procedit difficultas.

Assero 1.º Personas æquales esse quoad absoluta prædicata, nec n̄ et quoad omnes denominationes ab illis provenientes. unde omnes Personæ sunt æquè perfectæ essentiali perfectione, æquè potentes ad extra operari, æquè scientes, volentes, iustæ, misericordes etc.ª ratio est q̄ hæc prædicata nec n̄ et denominationes ab illis provenientes, æquè reperiuntur in omnibus, et singulis Personis: cum eadem Deitas eadem omnipotentia, cæteræque perfectiones absolutæ sint æqualiter per identitatem in Patre, Filio, et Spiritu Sancto. at q̄ hæc sit ten æqualitas, quoad absoluta prædicata intenditur a divo

a Divo Athanasio in præfactis verbis neque a nullo chatolico negari potest.

Dices: sicut similitudo petit realem distintionem in eo formalissimo prædicato in quo sunt extrema similia, sic æqualitas petit eandem distintionem in eo prædicato in quo sunt æqualia: sed Personæ non habent realem distintionem, sed potius identitatem in absolutis prædicatis. ergo non habent æqualitatem in absolutis prædicatis.

Respondetur ex dictis in capite præcedenti, quod sicut phisica similitudo non vero methaphisica petit eam distintionem sic æqualitas phisica, non vero methaphisica m petit illam. unde sicut Personæ non sunt phisice, sed methaphisice similes in absolutis prædicatis, quia ita potest affirmari non esse phisice, sed methaphisicé æquales in eisdem prædicatis. rursus alia est æqualitas positiva, et alia negativa. quamvis positiva peteret eam distintionem realem, non tamen negativa, quæ præcise consistit in eo, quod hoc subtum non excedat aliud, nec ab illo excedatur in aliquo prædicato: sed re ipsa non excedit una Persona nec exceditur ab alia in absolutis prædicatis. igitur in eis prædicatis sunt æquales Personæ saltem negativæ. nec aliam æqualitatem intendit Athanatius, et cum eo theologi quo ad absoluta prædicata.

Assero 2° Personas etiam æquales esse quo ad rellativa prædicata, nec non et quo ad denominationes formaliter ab ipsis provenientes. unde omnes Personæ sunt æqué perfectæ notionali perfectione, æque veræ, bonæ, æternæ, inmensæ, invisibiles, incomprehensibiles, potentes ad intra etc. ratio est quia totæ tres Personæ quoæquales sunt ut in Simbolo dicitur ubi notanda illa particula totæ per quam denotatur Personas se totis equales esse. ergo non solum quo ad absoluta sed quo ad rellativa habent æqualitatem.

Dicitur præterea quod in hac trinitate nihil

nihil est maius, aut minus: esset autem maius, et minus si quoad rellativa daretur inequalitas, et excessus in trinitate: nam ut duo sint inequalia satis est, quod excessus ab aliquo predicato proveniat, nec requiritur ab omnibus. ergo etc. et quidem concilia Sancti P.P. et universa theologorum scola Personas divinas absolute, et simpliciter equales predicant. igitur quia ex nullo capite patiuntur inequalitatem.

Dices Xptus Ioanis 14 ait Pater maior me est, ergo Pater non est equalis filio. respondetur Xptum loqui de se ipso secundum humanitatem, ut explicant plures P.P. et interpretes, quod si loquatur, ut aliqui contendunt de se ipso secundum divinitatem non vult quod Pater in se maior sit, quam filius, sed quod illius maiestas, et dignitas fuerit maior, eo quod nunquam se humiliaverit sicut filius, ita cum pluribus noster Toletus. 4º unde proveniat equalitas Personarum. caput 2um

Quamvis statutum maneat Personas divinas tum in absolutis tum in rellativis predicatis equales esse restat adhuc exponendum unde proveniat hec equalitas. id autem dupliciviam mihi videtur explicari posse. 1º ratione circuminsessionis. 2º propter equivalentiam. hinc dicendum est Personas equales esse, tum quia quelibet est in alia. tum quia quelibet equivalet alteri.

Ad 1um enim dicendi modum supponi debet ex infra dicendis, quamlibet Personam divinam tam secundum absoluta quam rellativa predicata existere in quavis alia per inmanentiam, vel circuminsessionem, ex quo infertur tantum quod perfectionis est in una persona reperiri in qualibet alia

alia: n̄ idem valet perfectio Patris ut per circuminsessionem habeni filij perfectionem, ac perfectio filij qua habeni per circuminsessionem Patris perfectionem. igitur circuminsessio dat omnibus Divinis Personis æqualitatem inter se, cum omnibus det æquuam perfectionem: ubi notes hanc æqualitatem ex circuminsessione provenientem adeo n̄ pendere, q̄ personalitates æquivaleant sibi: n̄ si personalitates carerent hac æquivalentia forent adhuc æquales Divinæ Personæ, cum absoluta unius perfectio reperiretur in alia.

Dices diverso modo existit Paternitas in Patre ac in filio, n̄ in Patre existit constitutive in filio solum inmanenter et extra constitutionem, sed existere constitutivé perfectius est, quam solum inmanenter existere, ergo perfectius existit Paternitas in Patre, quam in filio, n̄ igitur ratione circuminsessionis, et inmanentiæ Pater est æqualis filio.

Respondetur omittendo, q̄ existere constitutive sit perfectius quam inmanenter existere, neq; tamen q̄ Paternitas n̄ existat constitutive in filio salten qua Patrem per inmanentiam includit; etenim licet filius, qua est 2a Persona condistincta a Patre n̄ constituatur per Paternitatem attamen constituitur per illam, qua dicit per inmanentiam, et circuminsessionem Patrem, sicut Petrus qua albus dicit constitutive albedinem, quamvis eam n̄ dicat 2um se, et qua homo est. qq̄ verosit. respondetur ulterius negando ultimam conseq. q̄a licet Paternitas, perfectius, et constitutivé sit in Patre n̄ in filio tamen qq̄ perfectionis habet in Patre reperitur in filio sicut ergo adhuc Patrem esse æqualem filio, neq; illum excedere.

Iam ad 2um dicendi modum accedamus pro quo statuo Divinas relationes ad invicem æquivalere sibi, proindeq; Personas Divinas ex hoc præcise cap.e independenter a circuminsessione evadere æqué perfectas, et omnino æquales n̄ solum in absolutis, sed in relativis, et notionalibus prædicatis. ostendo

ostendo, q^a repugnat dueentia esse dissimilia, et adhuc per equivalentiam esse eque perfecta. igitur ex hoc cap^e n̄ erunt rellationes inequales: at n̄ est aliud, ex quo sumere debeant inequalitatem. cum ergo illas equaliter se habeant absoluta predicata, quorum complementa sunt. ergo e^da. confirmo n̄ ut constat ex litt^a 1° q^e 7a cap^e 5° relationes n̄ dicunt perfectionem simpliciter simplicem, eo q^d nulla sit melior ipsa, quam n̄ ipsa, cum vnaquęq; permitat aliam equalem sibi. igitur ex rellationibus n̄ evadunt inequales, et impares Divinę Personę; sed aliunde sunt ęquales in absolutis predicatis; ergo e^da.

Hęc resolutio n̄ solum est vera loquendo de denominatione perfecti, sed etiam de alijs denominationibus provenientibus ex atributis entis. unde n̄ solum est verum Personas Divinas quoad rellationes esse ęqué perfectas, sed etiam esse ęque veras, intelligibiles, bonas, amabiles e^a. item aplicari debet eadem ęqualitas alijs denominationibus de sumptis a formis negativis, quę simul cum positivis Dei perfectionibus constituunt atributa negativa. unde omnes personę sunt ęque ęterne, ęque incomprehensibiles a creaturis e^a. sunt etiam Divinę personę omnino ęquales quoad illam inmensitatem, et ęternitatem rellativam, quam habere supra diximus: n̄ inmensitas, et ęternitas vnius rellationis, n̄ est maior quam alterius.

Ademum infertur omnes Personas Divinas absolute, et simpliciter esse ęqué potentes ad intra, n̄ licet Pater generare possit, et filius nequeat, atamen filius generari potest, et Pater nequit. unde p̄t̄a passiva filij, ut generetur, ęquivalet activę p̄t̄ę Patris, ut generet, unaq; p̄t̄a per aliam compensatur, idem dicendum de p̄t̄a spirativa Patris, et filij respectu Spiritus Santi. preter quam q^d Persona producens et producta conveniunt in ratione p̄t̄ę precisindentis ab activa, et passiva, quare n̄ potest afirmari q^d una persona sit potentior alia, quamvis vna formaliter producere possit et n̄ alia, n̄ in ratione p̄t̄ę precisindentis ęque conveniunt.

Addimus

Addimus præterea q. nimis improprie diceretur unam personam esse inæqualem alteri quoad potentiam determinatam v.g. generativam. ratio est q. inæqualitas duorum in aliquo prædicato, si proprie loquamur, supponit prædicatum ab eis participari, licet inæqualiter. at potentia generativa Dei n. participatur ad duabus Personis q.a tantum est in Patre nulla q. ratione in filio, vel spiritu Sancto. ergo etc. Solvuntur obiecta. caput 4um

Obiicies 1°. esse productivum est perfectius n. productivo ut patet in creatis: at rellatio Patris est productiva, ergo Pater perfectior est rellatione filij, vel Spiritus Sancti, quæ producti vocantur, et consequenter Pater est perfectior, quam filius, vel Spiritus Sanctus. minor pr. q.a prium quo Pater generat filium est eius rellatio, ut supra diximus, q.a neq. partialiter est aliquid absolutum.

Posset 1° responderi, q. licet productivum ex genere suo, et ceteris paribus sit perfectius n. productivo, n. tamen quando cetera sunt imparia, q.a videlicet n. productivum aliunde compensat eam productionem, quam dicit productivum, ut tale, q. vel in rebus creatis aperte cernitur, ubi n. productivum sæpius æquat, imo superat in perfectione productivum, q.a licet care at vi productiva compensat ex alijs prædicatis æque, magis ve perfectis illum virtutis deffectum.

Respondetur negando maiorem prout complectitur productivum solum ad intra, q.a tale productivum n. est perfectius nostro, licet n. productivo. ratio est q.a productivum ad intra realiter opponitur alicui divino; sed nihil divinum

Divinum potest esse realiter perfectius alio Divino. ergo productivum ad intra nequit esse realiter perfectius tō ac producto, licet ñ productivo. minor pr qª ñ daretur aliqd divinum realiter excedens aliud, hoc absolute ñ esset infinitum realiter, et cōnter ñ esset Divinum, ñ licet in alio infiniti genere sit possibilis excessus inter infinita, ñ tamen in genere perfectionis infinitę, qª possibile ñ est infinitum in perfectione qd realiter sit maius alio, sicut in phisica docetur.

Hoc idem potest alia ratione confirmari qª productivum divinum ad intra debet esse ad trūm ęqualem, secus ñ esset summę perfectionis, qª respiceret trūm inferiorem, ergo productivum Divinum ad intra nequit esse perfectius tō ac producto, ñ productivo, seu ñ fęcunda. hic potest ex creatis ñ bene deduci argūtum ad Divina, qª nulla ex rationibus adductis habet locum in creatis.

Vltra dicta vero potest ulterius ex doctrina capᵉ precedenti responderi. 1º qd licet rellatio Patris sit perfectior rellatione filij, tamen ñ reddit Patrem perfectiorem filio, qª tota perfectio Patris in filio reperitur, et tota filij perfectio in Patre per circuminsessionem. 2º qª licet filiatio, vel Spiratio passiva ñ habent virtutem ad producendum, sicut Paternitas habet, ad huc virtutem, seu ñ repugnantiam habent, ut producantur, qd Paternitas ñ habet, unde compensatur illa producibilitas activa paternitatis ex producibilitate passiva filiationis, et spirationis.

Dices 2º. Divina fęcunditas ad extra sive omnipōa est perfectio simpliciter simplex. ergo a fortiori talis erit Divina fęcunditas ad intra, quam Pater habet ad generandum, sed hęc fęcunditas ad generandum est personalis rellatio Patris. ergo rellatio Patris est perfectio simpliciter simplex, et cōnter est melior ipsa quam ñ ipsa, sive quam rellatio

rellatio personalis filij, vel Spiritus Sancti, quae caret ea faecunditate. Sit ergo quod Pater ex notionali sua proprietate sit perfectior vel Spiritu Sancto.

Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam, quia omnis potentia melior est omni alio quod ab ipsa distinguitur; at rellatio seu faecunditas Patris ad generandum, non est melior omni alio, quod ab ipsa distinguitur, quia non est melior filiatione, vel spiratione passiva, ut illa 1o quaestione 2a diximus. neque mirum debet esse quod faecunditas ad extra sit perfectio simpliciter simplex, non autem faecunditas ad intra, quia faecunditas ad extra nullam dicit oppositionem cum aliquo divino, nec ad terminum aliquem refertur; at fecunditas ad intra habet oppositionem cum aliquo divino, videlicet cum termino producto, et ad terminum aequalem, et adequatum sibi refferri debet opus igitur est, ut non sit melior ipsa quam non ipsa, sicut quam omne aliud ab ipsa distintum. item faecunditas activa Patris ad generandum compensatur per faecunditatem passivam filij ut generetur.

Dices 3o: ut aliquod ens sit infinite perfectum requiritur quod includat omnem perfectionem possibilem in qualibet linea, sed filius non includit perfectionem virtutis generativae, quae datur in Patre. ergo filius non est infinité perfectus: at Pater est infinite perfectus. ergo filius non est aequalis Patri, sed longe distans ab illo.

Hoc argumentum non impugnat aequalitatem, sed infinitudinem personarum quam in presenti non controvertimus, sed supponimus. item eodem prorsus argumento probari posse filium esse infinite perfectiorem Patre, quia Patri defficit, ea personalis, et rellativa perfectio, quae datur in filio. ergo Pater non est infinite perfectus; sed filius est infinite perfectus. ergo filius est infinite maior, et nobilior Patre.

Respondetur denique 1o saltem per circuminsessionem

circum insessionem includere filium vim generativam Patris et omne prędicatum absolutum, et rellativum illius. respondetur 2° quod loquamur de personis independenter a circum in sessione et atento solo earum formali constitutivo filius ęquivalenter includit vim generativam Patris, quatenus ęque perfectum est in filio posse generari, quam in Patre generativum esse. deinde filius eminenter includit eam vim generativam eo ipso quod includat essentiam, in qua continetur eminenter rellatio Patris, et cuiusvis alterius personę. demum 3° respondetur ut ens sit infinite perfectum satis esse quod includat omnem perfectionem simpliciter simplicem, nec requiri quod omnem pure simplicem, et quę permitit aliam sibi ęquivalentem includat: ita habet filius. igitur est infinite perfectus.

Dices ultimo. si Deus, qui de facto datur, permiteret alium Deum ęquivalentem sibi non esset infinite perfectus, ergo cum una Persona Dei permitat aliam, ęquivalentem non erit infinite perfecta; sed hoc est plus quam falsum, ergo non datur in trinitate Persona par, et ęquivaleni alteri.

Respondetur concessa anti negando conam. ratio discriminis est, quia si Deus permiteret alium Deum non includeret omnem perfectionem simpliciter simplex, quia una harum perfectionum est unitas, et solitudo essentię, quę non datur in eo casu. cęterum id non infertur ex eo quod una persona permitat aliam ęqualem sibi, quia cum ea personarum ęquivalentium pluralitate stat illęsa unitas, et solitudo essentię Divinę, quę in omnibus Personis est eadem. ad summum ergo deducitur, quod non sit unitas in personalitatibus, quod nil interit, quia unitas hęc non est perfectio, sed imperfectio chimerica, quę destrueret Divinam fęcunditatem ad intra si daretur, eo quod nil ad intra Deus posset operari si tantum esset unica persona. 4° dubium expeditur caput Sum.

Postquam singulas Personas inter se comparavimus et eas esse pares ostendimus restat inquirere an unaquaeque sit aequalis cum tota trinitate negativam partem videntur convincere haec argumenta. tum qª totum est perfectius et inaequale singulis partibus, at trinitas est totum quoddam respectu singularum personarum. ergo perfectior est, et inaequalis singulis Personis. cons. patet, minor est certa, qª trinitas ultra quamlibet Personam includit aliam. maior videtur extrinsece certa, qª totum includit perfectionem singularium partium, et ulterius addit aliam.

Tota Trinitas affert essentialiter perfectiones omnium rellationum, sed una solam perfectionem suae rellationis, igitur tota Trinitas plus perfectionis affert, quam unaquaeque Persona. proindeque non est aequalis, sed superior in perfectione qualibet Persona.

Pro resolutione huius difficultatis statuo 1º quamlibet personam divinam in particulari si consideretur non solum tum id quod affert essentialiter, sed constitutive, et tum id etiam quod eam per circum insessionem perficit non esse minus perfectam, sed omnimodo parem tam intensive; quam extensive cum tota trinitate ratio est quia quaelibet Persona sub ista consideratione claudit quidquid perfectionis est in tota trinitate, sed essentialiter includit propriam perfectionem, qua constituitur in ratione talis ac caeteris distincta, rursusque superaddat perfectiones aliarum Personarum immanenter, et per circum insessionem: igitur quidquid perfectionis est in tota trinitate clauditur in unaquaeque Persona sic considerata.

Statuo 2º singularem Personam sumi sesumptam

sumptam, et ijs dumtaxat a entis quæ constitutive habet esse minus perfectam extensive quam est tota trinitas. Hanc conclusionem ad summum probant argumenta iacta pro inæqualitate singularum Personarum respectu totius trinitatis, quia negari nequit totum, ut totum aliqua ratione maius, et nobilius esse qualibet sui parte, sed trinitas est totum respectu singularum personarum sub ea consideratione. igitur aliqua ratione perfectior, et nobilior est singulis personis, non intensive, ut modo dicam. igitur saltem extensive, quatenus perfectio omnium personarum magis explicatur et extenditur formaliter in tota trinitate.

Statuo 3° totam trinitatem non esse perfectiorem intensive, et consequenter neque absolute et simpliciter qualibet persona divisive. probatur quælibet Persona claudit saltem eminenter perfectionem totius trinitatis: sed quod hac ratione claudit totam alterius perfectionem ab illo non superatur, sed ei æquivalet in perfectione. igitur quælibet persona æquivalet in perfectione toti trinitati, nec inferior est illa. consequentia patet minor est certa. maior ostenditur quia tota perfectio trinitatis continetur in prædicatis absolutis, et rellativis. at quælibet Persona claudit formaliter absoluta prædicata, rellativa vero saltem eminenter, quatenus hæc eminentiori modo continentur in essentia Divina, quæ formaliter est in omnibus Personis.

Confirmatur 1° coniunctum ex Deo, et creaturis non est intensive perfectius, nec absolute nobilius solo Deo, ut in materia de atributis docetur, quia videlicet in solo Deo continetur eminenter quidquid est perfectionis in creaturis. igitur coniunctum ex tribus Personis non est intensive perfectius qualibet persona, quoniam in qualibet ~~persona~~ ratione essentiæ continetur saltem eminenter quidquid perfectionis est in rellationibus, vel personalitatibus. 2° confirmatur ex Divo Augustino libro 6° initio ubi innuit tantam esse æqualitatem in ea trinitate, ut non solum Pater non sit

n̄ sit maior quam filius, q̄ attinet ad Divinitatem ; sed neq; Pater et filius simul maius aliquid sint, quam Spiritus Sanctus, aut quæq; Persona harum minus aliquid sit, quam ipsa trinitas.

Hinc ad oppositas rationes facile respondetur. ad 1am dic totum esse maius extensive singulis partibus, ut in presenti contingit. et sane quando perfectio totius clauditur aliqua ratione in parte totum sub ea ratione n̄ est totum, neq; pars habet rationem partis, ut evidens est. ad 2am sicut trinitas fr̄aliter affert perfectiones omnium rellationum, ita quæq; Persona eminenter affert. unde si prescindatur a modo quo affertur perfectio tantum perfectionis est in qualibet persona, quam in tota Trinitate, proinde q; trinitas n̄ est perfectior absolute, et intensive singulis Personis. 4° qua ratione possint enumerari perfectiones Divinarum Personarum. q° 7a. deciditur 1a quæstionis pars. caput 1um.

Subiectivæ quæstionis inscriptione duplex excitat difficultas. 1a q̄ requiratur, vel sufficiat ut perfectiones Divinarum

Divinarum Personarum, sive notionales, sive essentiales sint, sive concrete, sive abstracte sumantur, possint ad invicem prædicari cum veritate? 2a quid requiratur, vel sufficiat ut actus 2us tribuatur huic vel illi perfectioni Divinæ? quia stare potest ut infra videbimus hanc Dei perfectionem esse realiter illam, et ad hunc non utrique, sed alteri solum applicari actum 2um pertinet utraque difficultas ad loquendi modum, nec ideo parvi consenda, quia in hac de trinitate materia non solum inspicere debet Chatolicus quid sentiendum, sed quomodo loquendum: hic enim præcipue locum habet ea Divi Augustini sententia libro 12 de civitate cap.e 23. Philosophi liberum est, quibus voluerit uti verbis, nobis autem ad certam regulam loqui fas est. de 1a igitur difficultate in præsenti cap.e, de 2a in subsequentibus dicetur.

Ut igitur 1a difficultas clarius descidatur adverto Divinas perfectiones esse sub duplici differentia, quia aliquæ sunt communes omnibus Personis, aliæ peculiares unius vel alterius non omnibus communes. 2o perfectiones eiusmodi tam abstracte, quam concretis sumi posse. 3o comparabiles esse perfectiones essentiales inter se, notionales inter se, vel essentiales, et communes cum notionalibus, aut econtra. 4o particulam est absolute prollatam, et positam in propositione tantum denotare identitatem realem adequatam esto possit ex particulis adiacentibus, vel ex alijs circunstantijs detorqueri ad maiorem aliam identitatem significandam, inde que tot sensus habere quot que sunt identitatum genera. identitatum genera.

His præmissis assero quaslibet perfectiones absolutas, sive sumantur omnes concrete, vel abstracte, sive una concrete, et altera abstracte posse ad invicem enuntiari propositionem, quæ simpliciter dicat unam esse aliam. ratio est quia eiusmodi propositio solum dicit, vel denotat identitatem realem adequatam, hæc identitas datur inter eiusmodi perfectionis quolibet ex dictis modis considerentur

considerentur. ergo etc.

Assero 2º idem dicendum de perfectionibus essentialibus comparatione notionalium, et e contra sive sumantur in abstracto, sive per modum concreti. ratio est eadem ratio, quia videlicet inter has perfectiones essentiales, et notionales quocunque modo consideratas reperitur identitas realis adequata quam univoce denotat copula. quare potest et debet affirmari Deitatem esse Paternitatem, Patrem esse Deum, filium esse Deitatem, sapientiam, iustitiam etc. dixi quod inter has perfectiones essentiales, et notionales reperitur identitas realis adequata, hoc est, quae nulla reali distintione miscetur.

Assero 3º comparando notionalia inter se, quod ex his aliqua sive concrete, sive abstracte sumatur nequeunt enuntiari, possunt tamen alia. ratio est quia quod est proprium unius personae non potest esse de proprio alterius, cum inter illa detur distintio realis saltem inadequata, quare non potest affirmari paternitatem esse filiationem. Illud vero ~~nota ... est~~ notionale, quod fuerit commune duabus personis, sicut est activa spiratio poterit enuntiari de illis, quia cum illis realiter identificatur. unde verissime dicitur spirationem activam esse paternitatem, vel Patrem esse filiationem vel filium.

Haec dicta sint quando copula tantum denotat identitatem realem, si vero maiorem aliam significet, inspiciendum est, an talis identitas re ipsa detur inter extrema de quibus propositio loquitur, quod si re ipsa detur erit vera, sin autem falsa et fugienda, non absque quod refert, vel non est propositio dicitur vera, vel falsa iste Philosophus cui naturale lumen consentit. unde notionalia nequeunt enuntiari de essentialibus sumptis in abstracto, vel concreto cum aliis essentialibus, in sensu virtualis identitatis, quia utriusque ratitatis mus carent hac identitate; possunt autem essentialia predicari de notionalibus in concreto in sensu virtualis inclusionis. v.g.

v.g. judicas Patrem in concreto esse Deitatem, qª tum prędicatum includitur virtualiter in subiecto propositionis. 7º pro 2a questionis parte notantur aliqua. caput 2um

Primo notandum in Deo reperiri plures perfectiones quibus caret actus 2i v.g. volitivum amat, intellectivum intelligit, pōa generativa generat, spirativa spirat etc. dicuntur autem actus 2i quoniam ex suo fr̃alissimo conceptu tum supponunt, et re habent, ut actualia munia, vel exercitia praescripta ab actu 1º, iam ergo rogamus, qd requiratur, vel sufficiat ut actus 2us cum veritate et procul ab errore tribuatur huic, vel illi perfectioni Divinę? ñ enim omnibus indiferenter potest atribui, ut in decursu questionis videbimus, et apud omnes est indubitatum, et clare probatur.

2º notandum hos actus secundos esse sub duplici differentia, nam alij sunt communes, et essentiales, alij vero notionales, et peculiares. communes dicuntur, qui conveniunt omnibus personis, v.g. intelligere, et amare licet intellectio, et amor, nam de singulis personis cum veritate dicitur, qd intelligant, et ament, tam in concreto, quam in abstracto, notionales sunt, qui ñ omnibus personis conveniunt, ut generare, qd solum dicitur de Patre, et spirare, quod solum tribuitur Patri et filio, ñ autem Spiritui Sancto, de notionalibus est precipua difficultas in subsequentibus capitibus decidenda ñ circa essentiales.

3º

3° notandum; quod nullus actus potest absolute, et sine addito trium, nisi perfectioni ~~—~~, quae formaliter est ad illum; atque adeo sine quod in abstracto, neque in concreto ponas eiusmodi perfectionem ex parte subiecti propositio salten actum 2um enuntians erit falsa, et consequenda reg. iudicas intellectivum amat, volitivum intelligit etc. non intellectivum formalissimé non est ad amorem, neque volitivum ad intellectionem Dei. ergo semper ex parte subiecti ponere volitivum ad amorem, et intellectivum ad intellectionem.

Huius doctrinae ratio est non ex communi theologorum acceptione per has propositiones non solum enuntiatur identitas praedicati cum subiecto, sed ulterius exprimitur specialis habitudo subiecti ad praedicatum, quae se habet ut actus 2us formalissime petitus, ad hoc ut sic denominetur, et per illum tendat in obiectum. ergo nisi subiectum habeat specialiter dictam habitudinem erit falsa propositio, quae de illo enuntiat actum 2um essentialem.

Huius doctrinae ratio est non ex communi theologorum acceptione per has propositiones non solum enuntiatur identitas praedicati cum subiecto, sed ulterius exprimitur specialis habitudo subiecti ad praedicatum, quae se habet ut actus 2us formalissimé petitus, ad hoc ut sic denominetur, et per illum tendat in obiectum. ergo nisi subiectum habeat specialiter dictam habitudinem erit falsa propositio, quae de illo enuntiat actum secundum ~~essen~~ essentialem.

Advertas autem opus non esse quod eiusmodi perfectio afferatur in abstracto, sed satis esse afferri simul in concreto cum

cum altera perfectione, quare non solum est vera hęc propositio intellectivum intelligit, sed etiam hęc Pater intelligit, non precise requiritur quod ex parte subiecti ponatur ea perfectio, quę formaliter est ad actum dum, sive ponatur solitarie sive cum alia perfectione. rursus advertas, hanc doctrinam esse veram, quando simpliciter, et sine ullo addito formatur propositio, quia si modificetur, poterit actus dus atribui perfectioni, quę formalissime non est ad illum, vg si dicas intellectivum materialiter amat: Paternitas identice vult:

1 Hęc de actibus essentialibus. restat agere de notionalibus. qui sane 1o conferri possunt cum perfectionibus essentialibus in concreto, et per modum unius cum rellativis. 2o cum perfectionibus essentialibus in abstracto, et divisim a rellativis. 3o cum proprijs et notionalibus perfectionibus personarum. de his seorsim agendum. 1o actus notionales cum perfectionibus essentialibus in concreto comparantur. caput dum.

Dicendum est in primis, actus notionales enuntiari posse de perfectionibus absolutis concretive sumptis, et per modum unius cum perfectionibus rellativis. vg cum veritate dici Deum generare, generari, spirare, et spirari. quia nomen Deus ibi non afert Deitatem in abstracto, sed in concreto cum Divinis Personis.

Hęc resolutio certa dum fidem existimatur a Patre Martino Perez disp.e 20 de trinitate sectione 5a non in Atanatij sinbolo dicitur 2am trinitatis Personam esse Deum de Deo id est esse Deum genitum a Deo generante. et Mathei cap.e 26

ib Xp̃tus Dominus q̃ Deus est dicitur filius Dei vivi. potest q̃ ob eandem rationem afirmari Spiritum Sanctum esse Deum spiratum a Patre, et filio Spirante, consenterq̃ Deum Patrem, et Deum filium esse spirantem.

Dices vero 1°. concretum Deus directe supponit pro Deitate, et indirecte pro relatione. ergo notionalis actus enuntiabitur de sola Deitate: sed huic ñ convenit. igitur erit falsa ea propositio per quam enuntietur actus notionalis de Deo in concreto cum perfectione notionali.

Respondetur eiusmodi terminum ratione prædicati restringi, ut pro persona directe supponat. unde cum dicimus Deum generare, ñ est sensus, q̃ Deitas, quæ per paternitatem afficitur, generet, sed q̃ Persona Patris, aut coniunctum ex Deitate, et Paternitate generet.

Dices 2°: ñ est assignabilis ulla suppositio cum quam hic terminus Deus induat rationem subiecti in ordine ad actus notionales. ergo ñ possunt illi prædicari de Deo, sive de Deitate in concreto cum relationibus. consequentia patet ant. ostenditur, q̃ ñ potest in primis indefinite supponi pro omnibus personis alioqui cum dico Deum generare, diceremus omnes Divinas personas generare, quod est hæreticum. neq̃ rursus potest determinate supponi pro illa, cui convenit reipsa notionalis actus per propositionem enuntiatus, q̃a nomen Deus ñ potius significat hanc, quam illam Personam, cum omnibus indiferenter applicetur.

Respondetur omissis aliorum dicendi modis terminum Deus ibi determinate supponi pro illa persona, cui convenit reipsa notionalis actus: nam ut communiter dici solet, talia sunt subiecta, qualia permittuntur a prædicatis. unde cum generare ñ conveniat imo repugnet alteri Personæ quam Patri, fit nomen Deus in hac propositione Deus generat stare pro determinata Persona Patris. Quæritur an ex vi suæ significa=

significationis, et ut prescindit ab hoc vel illo predicato queat indi ferenter supponi pro qualibet Persona.

Dices 3° sequitur ex dictis admittendas esse has duas propositiones Deus generat Deum. hic Deus generat hunc Deum. quod videtur absurdum. respondetur utramque verissimam esse prior enim efficit hunc sensum Deus Pater generat Deum filium. et 2a sic exponitur: hic Deus Pater generat hunc Deum filium. advertas autem dici non posse Deum generare alium Deum. quia hoc denotat, terminum Divinae generationis aliud esse in deitate a principio generante. neque Deum generare se ipsum eo quod isto modo denotatur non dari distinctionem realem inter Personam generantem et genitam.

Ex dictis infertur nullum ex relatis actibus notionalibus esse denegandum Deo concrete sumpto. quamvis in oppositum dicat Durandus, et in eius defensionem adducat P. Martinus Peres citatus sectione 6a. non dubito, quia tribuitur cum veritate predicatum nequit sub eisdem circumstantiis cum veritate denegari, ut evidens est. neque unquam mihi persuasum erit, has duas propositiones esse simul veras Deus generat. Deus non generat. ergo cum 1a sit vera, nequit non 2a esse falsa. 4° quod cum essentialis perfectio ponitur in abstracto. caput 4um.

Sentio cum communissima sententia nullum actum notionalem attribui posse Divinis perfectionibus essentialibus in abstracto, consequenter neque essentiae Divinae, seu Deitati. sic statuitur in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3°, et refertur in cap.

in cap.^e damnamus de summa Trinitate et fide Chatolica, his verbis illa res, vel natura, vel essentia Divina, non est generans, neque genita, neque procedens, sed est Pater, qui generat, et Filius, qui gignitur, et Spiritus Santus, qui procedit, et folio 10 in confessione fidei canone 7.o dicitur si quis dixerit, vel crediderit Deitatem nascibilem esse anathema sit.

Probatur eadem veritas duplici ratione. 1.a quia nec Deitas, nec ullum aliud predicatum est princium quo producens, nec terminus formaliter productus, ut in superioribus ostensum manet. ergo de nullo absoluto seorsim a relativo potest affirmari cum veritate quod generet, vel spiret, quod generetur, vel spiretur. 2.a quia dari nequit vera productio, quin inter producens, et productum detur distintio realis. ergo de illo cui non conveniat realiter ab alio distingui non poterit afirmari, quod producat vel producatur ab illo. patet quia secus denotabitur, vel extrema distingui, vel quamvis non distinguantur, exerceri productionem inter illa. modo sic nullum predicatum absolutum seorsim a relativo distinguitur in Deo realiter ab aliquo divino. ergo de nullo potest affirmari quod respectu alterius sit producens, vel productus.

Sed contra statutam veritatem occurrunt aliquae difficultates. 1.a quia tunc actio predicatur in Deo de forma abstracta, quando illa est princium formale talis actionis, v.g. dicimus intellectum intelligere, voluntatem amare, iustitiam punire etc.a ergo cum essentia Divina sit princium formale generandi, et spirandi, poterit afirmari, quod generet, et spiret. Respondetur essentiam Divinam non esse princium formale completum, et adequatum generandi, vel spirandi, sicut est intellectus intelligendi, et voluntas amandi etc.a quia licet sit princium formale communicativum non est productivum, sit

ut in præcedentibus statuimus. unde ñ potest atribui generatio, vel spiratio essentiæ in abstracto, sed in concreto cum rellatione, quæ primum fr̃ale est producendi.

2a difficultas. essentia realiter identificatur cum Patre, igitur actus generandi, qui dicitur de Patre poterit affirmari de essentia. respondetur concesso añti negando coñm, q.a licet detur identitas realis fr̃alis inter essentiam et Paternitatem, adhuc reperitur distintio realis virtualis saltem inadequata, vi cuius prædicata 2m se contradictoria possunt de illis verificari. v.g de Patre dicitur q̃ ñ identificetur realiter cum filio, de essentia vero q.d identificetur. ergo similiter poterit verificari de Patre q̃ generet quin verificetur de essentia.

3a difficultas quamvis essentia creare ñ possit nisi sub aliqua persona Divina, tamen cum veritate dicimus essentiam creare, ergo licet ab intra generare nequat nisi sub aliqua Persona, tamen vere dicitur generare. Respondetur negando coñm. ratio discriminis est aperta ꝗ essentia quolibet rellativo secluso habet adequatam virtutem ad creandum, et habet sufficientem etiam distintionem a ꝗ creato; comparatione tamen filij geniti neque habet sufficientem virtutem, nec ullam realem distintionem.

4a difficultas de Divina essentia verificatur q.d realiter communicetur filio, ergo et q.d realiter generet filium patet q.a sicut generare est actus 2m notionalis, ita se communicare. Respondetur concesso añti, negando coñm, q.a se communicare ñ dicit ullam distintionem realem sui a ꝗ, cui sit communicatio; vel a prio, q̃ active prestat eam communicationem, at generare dicit realem distintionem inter generans, et genitum, qualis ñ est inter essentiam

essentiam et filium.

5a difficultas. predicatum proprium essentiæ potest affirmari de Persona. ergo generare quod est predicatum proprium Personæ Patris dici poterit e converso de essentia. cõa patet a paritate. probatur antecedens quia proprium est essentiæ creare quod tamen tribuitur Patri, non verum est dicere Pater creat, essentia creat. Respondetur concesso antecedente negando cõam: non respectu creationis datur tam in Patre quam in essentia sufficiens virtus, et realis distinctio. cum tamen in essentia nihil horum detur respectu generationis, et quidem sicut creare non dicitur de Patre in abstracto, sed in concreto sic non est mirum, quod generare non dicatur de essentia in abstracto sed in concreto.

Ultima difficultas non Sancti P.P. non semel perfectionibus absolutis in abstracto tribuunt hos actus notionales, v.g. cum dicunt quod in Deo lumen est de lumine, lux de luce, sapientia de sapientia, essentia de essentia &ca. Respondetur eos dicendi modos, non usurpandos, sed ita exponendos ut abstracta sumantur ibi pro concretis, et sensus sit, filium qui lumen est, lux, sapientia, et essentia, procedere de Patre, cui conveniunt similia predicata. 4o quod de actibus notionalibus respectu Personarum. caput 5um.

Certum in primis actus notionales in concreto posse affirmari de Personis etiam in concreto, quia verissime dicitur Patrem generare, filium generari: Patrem, et filium spirare

spirare, necñ et Spiritum Sanctum spirari. de hoc nullus dubitat.

Est autem aliqualis difficultas an actus notionales in abstracto possint enuntiari de Personis in abstracto, sive de proprietatibus notionalibus, et personalibus. affirmative respondeo quia verissime dicitur paternitatem esse generationem activam, et filiationem esse generationem passivam: ut enim supra statuimus inter hęc prędicata non solum datur identitas realis, sed excluditur omnis distintio virtualis.

Hinc infertur enuntiari posse notionales actus in abstracto de personis in concreto non sensus enuntiationis, vel propositionis erit personam Divinam esse ipsummet actum notionalem, quem exercet de facto, quod verissimum est, nam Persona Patris est re ipsa generatio activa filij, et persona filij generatio passiva sui a Patre. similiter Spiritus Sanctus est passiva sui processio a Patre, et filio. sicut supra diximus.

Maior difficultas, an actus notionales in concreto possint enuntiari de Personis in abstracto, et seorsim a prędicatis, quę communia sunt omnibus tribus Personis. aliqui sentient notionalem actum producendi tribui non posse Divinę Personę in abstracto; moventur, quia rellatio personę producentis non est adequatum, sed ad summum inadequatum principium producendi. quin, et iuxta plurium sententiam est dumtaxat conditio, vel complementum ex parte principij producentis. ergo de rellatione personę producentis affirmari nequit, quod producat. patet quia de solo principio adequato productivo potest affirmari cum veritate quod producat. unde nequibit in hoc dicendi modo verificari de Paternitate, quod filium producat neque de spiratione activa, quod producat Spiritum Sanctum.

Hic tamen opinandi modus nititur falso principio, non ut in tractatu precedenti late statuimus sola

sola rellatio Personæ producenti, est adequatum princip[ium] productivum, videlicet in Patre respectu filij paternitas, et in Patre, ac filio respectu Spiritus Sancti activa spiratio, quare cum veritate potest enuntiari productivus actus de personis in abstracto, et seorsim a prædicatis absolutis. unde veresunt hæ propositiones Paternitas producit filium. activa spiratio Patris et filij producit Spiritum Sanctum.

Confirmatur hæc resolutio quia positivus actus potest enuntiari de personalitatibus, et rellationibus independenter a prædicatis absolutis. v.g. filiatio. vel spiratio passiva producitur, et id quidem non alia de causa, nisi quia sola rellatio personæ productæ formaliter productionem terminat. ergo cum sola rellatio sit princip[ium] formale producendi, poterit afirmari de illa quod producat.

Cum hoc vero nec activum, nec passivum actum generandi posse enuntiari de sola rellatione. ratio est quia in Patre princip[ium] generandi non est quod præcise producit, sed quod ulterius communicat re per identitatem filio. similiter terminus generatus non est qui præcise producitur, sed qui habet ulterius aliquid formaliter communicatum a Patre. ergo cum hæc omnia solis rellationibus non conveniat, sequetur aperte de illis enuntiabiles non esse hos actus. idem proportione servata dixero de actu spirandi tam active quam passive. potest ergo de solis rellationibus afirmari, quod producant, vel producantur, non tamen quod generent, vel generentur, spirent, vel spirentur, quia in hoc quod est generare, vel generari, spirare, vel spirari, semper affertur aliquid absolutum ut princip[ium] communicativum, vel ut terminus communicatus, iuxta ea prædicta manent in tt.u præcedenti.

4.o De circuminsessione Personarum q.o 8a. inter personas Divinas reperitur circuminsessio caput Lum.

Sed licet aliqui heretici quos refert P. Montoya disp.^e 17 de trinitate negaverint unam Personam Divinam existere formaliter in alia, sed solum eminenter, ad eum scilicet modum quo creaturę dicuntur existere in Deo, certissima tamen et inter Chatolicos indubitata veritas est, quamlibet Personam Divinam existere formaliter in quavis alia. id expresse docent innumera Sacrę Scripturę testimonia Ioanes 10 ut cognoscatis, et credatis q.^a Pater in me est, et ego in Patre, et cap.^e 14 ego in Patre, et Pater in me est, conspirant Ecclesię P.P. pro cęteris Augustinus sufficiat libro 3.º de trinitate cap.^e 10 in illa summa trinitate tantum est una quantum tres simul sunt, nec plus aliq.^d sunt duę, quam una, et in se infinita sunt, ita, et singula sunt in singulis, et omnia in singulis, et singula in omnibus, et omnia in omnibus, et unum omnia. videantur alia innumera testimonia penes citatum

Ratio vero a pr., q.^e ut ex argumentorum solutione constabit. possibilis est hec mutua personarum

inexistentia. rursus ea maxime commendat perfectionem Divinarum perfectionum: sic enim quevis persona non tantum dicet sua prædicata propria, sed cuiuslibet alterius personæ ergo defacto ponenda est, et confirmatur quia Divinæ Personæ adeo stricte conectuntur inter se quod non solum petant eundem locum, sed eandem prorsus naturam: hæc autem conexio vel est formalissime circuminsessio, vel eam saltem fundat, ut postea videbimus. ergo etc.

Dices Personæ Divinæ habent oppositionem inter se. ergo nequit una esse in alia. patet consequentia, nam opposita sunt quæ mutuo se excludunt, neque potest intelligi quod opponantur, quæ mutuam inexistentiam habent.

Respondetur Divinas Personas tantum quoad identitatem opponi, quod non officit, imo requiritur ad inmanentiam. in hoc enim sensu vitalis actus opponitur suo prio, in quo tamen eminenter existit. unde non habent personæ Divinæ genus illud oppositionis, quod est inter contradictoria, vel contraria, vicissim nequeunt existere simul quoad tempus, locum subtum etc.

Dices 2° sequitur ex hac circuminsessione, Patrem esse filium, et filium esse Patrem. ostenditur nam Pater est, qui formaliter habet Paternitatem, et filius qui formaliter habet filiationem, ~~et filius Paternitatem. ergo Pater esset filius~~, sed Pater haberet formaliter filiationem, et filius Paternitatem. ergo Pater esset filius.

Respondetur negando sequellam quia Pater non est qui habet utcunque Paternitatem, sed qui habet illam essentialiter, et per identitatem. idem de filio respectu filiationis. cum autem ad mira circuminsessione Pater ad huc non habeat essentialiter filiationem, neque filius Paternitatem minime sequitur Patrem esse filium, vel filium Patrem, aut personas

personas inter se confundi.

Dices ultimo. sequitur inde patrem esse in se ipso quod est absurdum. probatur illatio. Pater est in filio, filius est in patre. ergo pater est in patre saltem mediate. patet conseq. quia quod est formaliter in alio reperiri debet ubicunque datur illud aliud.

Respondetur negando sequelam. ad probationem concessa maiori, et minori negatur conseq. quia ut res sit formaliter in alia requiritur distinctio realis, qualis non est inter Patrem et se ipsum: unde non infertur patrem vel ullam aliam personam Divinam esse in se ipsa. 4º quelibet persona secundum se totam est in alia. cap. secundum.

Hec duo diversa sunt, et quod persona Divina secundum se totam sit in alia, et quod tota simpliciter sit in alia, nam prima propositio significat totum quod est in vna Persona reperiri in alia secunda vero denotat personam absolute, et simpliciter esse in alia, sive sit ratione vnius partis, sive ratione omnium: contingit enim sepissime denominationem ab vnica parte provenientem in totum a se deribari.

Tamen ergo certissimum est enuntiari de tota Persona Divina simpliciter, et absolute quod sit in alia dicimus enim Patrem esse in filio, et filium in Patre, quod preclare Santus Fulgentius descripsit libro de fide ad Petrum cap. 1º prope medium, ubi sic ait: propter vnitatem naturalem totus Pater in filio, et Spiritu Sancto est totus filius in Patre, et Spiritu Sancto est, totus quoque spiritus Sanctus in patre, et filio est, nullus horum extra quemlibet ipsorum est. quare

quare solum dubitatur an una persona sit in alia ratione par tis utriusque quam includit, scilicet rellationis, et essentiae; quod sit ratione essentiae nullus dubitat, cum essentia unius sit alterius essentia. tantum est difficultas circa rellationem.

Cum communissima ergo sententia iudico, quamlibet Personam existere per circuminsessionem in quavis alia, non solum ratione naturae vel essentiae, sed etiam ratione personalis, et propriae rellationis per quam ultimo constituitur in esse talis personae. probatur 1º quia dum Persona Divina per circuminsessionem existit in alia non existit constitutive, sed inmanenter. ergo non existit ratione suae naturae praecisse, consequenter ergo debet existere ratione rellationis. antecedens est certum, et consequentiam probo, quia si tantum existeret ratione essentiae, existeret constitutive. quandoquidem essentia unius personae sic existit in alia quod constituat essentialiter illam.

Probatur 2º. terminus immanenter productus existit in principio producenti; sed filiatio est terminus inmanenter productus a Patre. ergo manet in Patre. similiter spiratio passiva est terminus inmanenter productus a Patre, et filio, manet igitur in Patre, et filio, non ergo potest dubitari personas productas non solum ad essentiam, sed rellationem in producentibus manere. quod si principium inmanenter producens increatis non manet intro per receptionem; sicut terminus manet in principio; tamen in divinis ubi peragitur haec inmanentia per receptionem, sed alio praestantiori modo, quem sequenti capite proponemus, non minus persona producens manet in producta, quam haec in producente.

Probatur 3º quia si personae Divinae non sibi mutuo totaliter inessent, in nulla daretur tota plenitudo Divinitatis; quod male sonat, et aperte militat contra communem loquendi modo a sanctis Patribus usurpatum. ostenditur

ostenditur sequella n̄ Divinitatis plenitudo consistit in cumullo, vel aggregato quarunlibet perfectionum Divinarum: sed in Patre v.g. defficeret perfectio rellativa filij, si filius in Patre n̄ existeret sum rellationem, sed essentiam dumtaxat. ergo Pater n̄ haberet eam plenitudinem Divinitatis, sive omne q̄ a parte rei Deum constituit.

Sed obiicies. implicat eandem numero rellationem continere illam a quâ continetur. ergo implicat Divinas Personas se ad invicem continere sum essentiam, et rellationes. patet n̄ inde sequeretur, eandem numero rellationem continere illam a quâ continetur, et coenter eandem respectu eiusdem esse continentem, et contentam.

Respondetur mutuam continentiam per modum inclusionis omnino repugnare, sicut ostendimus supra, q.ª unum extremum nequit esse simul totum et pars respectu alterius. cum hoc tamen stat, esse possibilem mutuam continentiam per circumincessionem, quatenus productum sit inmanenter in producente, et producens, in producto. sicut infra exponemus sota vero nimis inproprié dici personam in quâ per circumincessionem existit alia, continere illam, q.ª hoc sonat, continentem esse totum, et contentam esse partem, q̄ est omnino falsum.

Obiicies ulterius, sola essentia Divina est ratio cur una persona in alia sit. ergo n̄ est totaliter una in alia, sed tantum sum essentiam. ant. pr. n̄ ablata solum essentia n̄ esset una persona in alia, neq. ratione essentiæ, neq. ratione rellationis. ergo sola essentia est ratio cur una persona sit in alia.

Respondetur aliud esse q̄ sola essentia sit ratio formalis cur una persona sit in alia, et aliud q̄ sola essentia, et n̄ rellatio in existenti personæ sit in alia. sum est verum, q.ª sola essentia nexus est inter utramq. personam. sum vero falsum

falsum est necessaria Divina est ratio formalis cur una persona 2um utramque sui partem existat in alia, quare ablata essentia maneret adhuc aliquid in una persona quod existit in alia de facto, et non maneret ut existens. 4° in quo circuminsessio consistat. caput 3um.

Inprimis adverto mutuam circuminsessionem esse proprius idem ac mutuam inmanentiam ex quo sequitur eundem esse utriusque conceptum, et constitutivum utriusque. adverto 2° quod inmanentia creaturarum, est longe diversi ordinis, et minus perfecta quam in Divinis hoc est certissimum. adverto quod in creatis inmanentia peragitur, vel per unionem informationis, qualem habet actus vitalis cum suo principio, vel per unionem continuationis, sicuti enim inmanens fit pars totius in quo manere dicitur. ut contingit in substantiali vitali per nutritionem acquisito. cum igitur in Divinis inmanentia non fiat per unionem, investigamus qua ratione fiat.

Ut autem hoc explicemus ante cetera statuo predictam inmanentiam unius personae vel personalitatis in alia, dicere nescio identitatem rellationum in eadem numero essentia. probo inmanentia dicit nescio nexum aliquem, ratione cuius unum extremum in altero maneat, et adeo quasi possideatur: sed iste nexus nequit esse rellationum unio. debet igitur esse identitas. non identitas rellationum inter se. igitur identitas rellationum cum uno 3° videlicet essentia.

Sed contra Ferraram, Aureolum, et alios videndos apud P. Montoya statim adverte hanc identitatem rellationum cum essentia non debere, neque posse esse per intim

intum, imo neque realem virtualem, sed satis esse realem formalem. ratio est quia si rellationes identificarentur cum essentia realiter virtualiter, aut perinde non distinguerentur inter se realiter, et consequenter non darentur plures personae, neque posse unam per circuminsessionem esse in alia: quia quae non distinguuntur saltem virtualiter ab uno tertio, nequeunt inter se realiter distingui, ut ex dictis in tota materia constat. ut ergo detur haec inmanentia, non requiritur, sed potius officit maior identitas rellationum cum essentia quam realis.

Statuo 2.º quod immanentia divina praeter identitatem rellationum cum essentia, et essentialiter affert distintionem realem rellationum, ut exinde personarum inter se. probo quia haec inmanentia realis est. igitur extrema circa quae versatur, debent esse realiter distinta: sed versatur inter unam, et aliam personam, unam, et aliam personalitatem. ergo requiritur essentialiter distintio realis inter illas.

Statuo demum, essentialiter ultra requiritur, quod extrema inmanentia saltem petant intimam praesentiam et coniuntionem localem. unde petitio haec seu exigentia est unum ex praedicatis constituentibus divinam inmanentiam. probo quod videlicet ex conceptu communissimo inmanentiae non exigatur quod unum extremum alteri localiter praesens. ut patet in forma substantiali, quae maneret adhuc informans materiam, licet in diversis locis ut possibile indicatur a pluribus poneretur a Deo materia, forma, et unio; tamen exigentia coniuntionis localis est omnino necessaria, quod vel in creaturarum inmanentia cernitur, ubi forma petit esse in eodem loco cum materia quam informat. quod quidem sit an Deus hanc contra exigentiam operari possit, igitur a fortiori dicendum de inmanentia divina quae strictior est.

Hinc deducitur esse falsam illorum sententiam, qui circuminsessionem praecise constituunt in identitate

in identitate rellationum cum essentia, et distintione illarum inter se non ultra requiritur hec exigentia presentie localis de qua dictum est. Deducitur etiam esse falsam sententiam Patris Montoya disp. 107 de Trinitate sectione 7a constituentis hanc inmanentiam Divinam saltem partialiter in presentia locali, vel inmensitate Divinarum Personarum, vi cuius una formaliter est alteri summe presens quoad locum: eo quod eiusmodi localis coniunctio sit de conceptu inmanentie in communi. est inquam falsa quia communissime loquendo non exigitur coniunctio nisi radicalis adsummum, ut iam ostendimus exemplo forme substantialis, que manere est in materia, quam informat, licet ab ea localiter separetur: aliud enim est formam esse in materia, et aliud esse in loco materie. tum exigitur ex inmanentie conceptu, non tum. tum provenit ab unione. tum ab vdicatione.

Quod quod verosit de communissimo inmanentie conceptu saltem dubitari nequit Divinarum Personarum inmanentiam non solum exigere radicalem, sed formalem etiam coniunctionem inter Personas: quia cum eiusmodi persone realiter identificentur in natura, nequit una localiter ab alia separari qua ratione non est intelligibilis ea specialis inmanentia. quam Divine persone habent in eiusdem nature identitate sine formali presentia unius cum alia.

Ex his colligitur inmanentiam Divinam in tribus precise predicatis essentialiter consistere. tum est identitas rellationum cum essentia. tum distintio rellationum inter se. tum coniunctio quoad locum. an autem omnia hec afferantur in recto, et tanquam subiectum, supradicte inmanentie denominatio poterit aliquis dubitare. forte sentiebis solam identitatem rellationum cum essentia esse subiectum denominationis, licet alia sint constitutiva, quia sola illa est nexus, vel ratio formalis ob quam una persona possidetur ab alia, et existit in illa. ergo illa solum est inmanentia formalis.

Anque

In q.e vero denominicensco denominationem inmanentiæ vel circuminsessionis cadere supra omnia tria prædicata quæ iam enumeravimus. tum q.a n. est cur potius in hoc prædicatum quam in illud cadat. tum q.a in presenti videtur idem inmanentiæ iustum, et ratio fr.alis perquam constituitur essentialiter inmanentia. et ita contingit in qualibet inmanentia creata. 4.o de la Persona Patris Ill.mi Sus. propria prædicata 1æ Personæ recensentur q.o unica. la Persona proprissimé Pater est caputlum.

Primam Personam trinitatis esse Patrem respectu 2æ n. est dubium inter Chatolicos 1.o n. aperte traditur in Sacra Scriptura, consilijs, et Patribus de quibus abunde P. Montoya di.p.e de trinitate. 2.o n. la persona proprie generat 2am. igitur proprie pater illius est. patet n. qui proprié generat filium proprie pater est. an. infra constabit cum ostendamus processioni 2æ personæ convenire proprie definitionem vitalis generationis, ex qua 2.us denominatur filius. confirmo n. licet Pater increatis afferat plures

plures imperfectiones, illæ tamen sunt extra conceptum intelligentis, et amantis ut sic, ideo resecatis imperfectionibus Deo conceditur utraque denominatio. addit P. Montoya citatus sect. 2a.

Addit P. Montoya citatus sectione 2a Patrem Divinum verius, et proprius esse Patrem, quam homines generantes, et quam cætera animantia. 1o quia ex illa paternitate derivatur omnis paternitas in cælo, et in terra. 2o quia æternus Pater a se habet esse Patrem, homo vero ab alio. 3o quia æternus Pater est substantialiter, et quidditative Pater homo vero accidentaliter. 4o quia Pater ab æterno et in æternum est Pater, homo vero solum in tempore. 5o quia æternus adeó Pater est, ut nequeat esse filius, at Pater creatus potest simul esse filius. 6o demum quia Pater in Divinis eandem numero naturam communicat filio, secus in creatis. nihilominus his omnibus inspectis iudico, non inde sequi Patrem æternum esse verum, et proprium Patrem, sed perfectius quam est pater creatus. ratio est quia Pater creatus tam veré quam participat rationem patris, quam Divinus, esto non tam perfecté. sicut creatura tam veré proprié que est ens, quam creator, licet non tam perfecté.

Notabis autem rationem Patris ad intra notionalem et propriam esse 1æ personæ. ratio est quia ita convenit 1æ personæ quod nulli aliæ conveniat: etenim in trinitate solum dantur duæ processiones, quarum una provenit a solo Patre, alia vero a patre, et filio: sed quæ provenit a patre, et filio non habet rationem generationis. licet autem ea, quæ solum provenit a Patre. ergo sola 1a trinitatis persona pater est. major infra constabit cum rationem a priori demus, cur 1a processio sit generatio, non autem 2a.

Notabis deinde, 1am personam non solum esse Patrem ad intra respectu verbi, sed etiam ad extra respectu

respectu omnium creaturarum, tam rationalium, quam irrationalium, non ita frequenter vocatur in sacra scriptura et Patribus, cum quia Filius exigat similitudinem in natura cum Patre, eo minus improprie creatura dicetur filius, quo magis accedat ad similitudinem in natura Divina, quare minus improprie iustus dicitur filius, quia per gratiam santificantem magis accedit ad naturam Dei. licet vero 1a persona sit Pater tam ad intra, quam ad extra plura tamen inter utramque Paternitatem iacent discrimina.

1um quod paternitas ad intra notionalis est et propria 1æ personæ, cum alia nulla possit esse Pater ad intra, Paternitas auten ad extra communis, et essentialis est omnibus personis, quia convenit Deo qua producenti creaturas. unde sicut 1a persona dicitur Pater creaturarum, quia producit illas, ita 2a, et 3a ob eandem rationem. 2um quia 2a Persona pater est verbi cum omnimoda proprietate, quia producit illud per prium coniunctum in similitudinem propriæ naturæ, sicut exponetur infra; non autem est Pater proprie creaturarum, eo quod non producat illas per prium coniunctum in similitudinem propriæ naturæ, cum valde distent in natura Deus et creatura. similiter dicendum de 2a et 3a persona, nulla enim est proprie pater creaturarum sed methaphorice, et analogice.

3um quod Paternitas ad intra prior est quam paternitas ad extra, prior, inquam, tempore non Pater ab æterno generat verbum, in tempore creaturas. prior etiam in perfectione, quia nobilior est generatio verbi quam creaturarum. prior demum in subsistendi coa. non generatio verbi ut potene necessaria est independens a productione creaturarum, quæ contingens, et libera est maxime quia dependens a generatione verbi. propter quam dependentiam, et independentiam dicuntur necessaria priora liberis in Deo. ergo verbi generatio

generatio prior est in modo intendi cũ a generatione creaturarum quatenus ñ valet verbum generatur. ergo creatura. valet autem econverso.

Rogas an Pater Divinus cum creato conveniant in ratione Patris. Respondeo 1° Patrem Divinum ut est Pater verbi convenire cum creato in ratione Patris. q sicut ergo proprissime Pater est. Respondeo 2° Patrem Divinum ut est Pater ad extra ñ convenire cum Patre creato, q Pater creatus est proprié Pater sui filij, Divinus vero Pater, ñ est proprie Pater respectu creaturarum. ex quo sequitur Paternitatem ad intra ñ convenire cum Paternitate ad extra in esse paternitatis q Paternitas ad intra proprissima est, ñ autem ad extra. 1° esse ingenitum est proprium Patris. caput dum.

Vox ingenitum tripliciter stat. 1° pro increato, sive ñ facto in qua acceptione singulæ personæ trinitatis sunt ingenitæ q^a nulla proprie creatur, vel fit. unde ingenitum in hoc sensu ñ est proprietas solius Patris. 2° pro ñ genito stricta generatione, q^a esse ingenitum convenit Spiritui Sancto, neq proprium est Patris. 3° pro omnino improducto, in quo sensu feré coincindit cum innascibili.

Hinc infertur esse ingenitum in hac 3a aceptione convenire Patri, et esse proprium illius. ratio est q Pater est omnino improductus, et nulla alia Persona est omnino improducta ut in tt^u 2° q^e 1a laté monstravi. ergo esse ingenitum est proprium Patris. patet ñ id est proprium

proprium Patris, q Patri convenit, et nulli alteri personæ convenire potest. Confirmon ingenitum, ub hac usurpatione coincidit cum innascibili: sed innascibile proprium est Patris. ergo esse ingenitum proprium est Patris. minor constat ex ttt.[u] 3° q.[e] 11 cap.[e] 2° ubi provavi q innascibilitas est notio Patris ac cæteris Personis, eoq soli Patri conveniat.

Sed obiicies 1°. duo contradictoria debent constitui per naturas omninò diversas, esse ingenitum, vel ñ genitum, et esse genitum sunt contradictoria, ergo constituuntur per naturas diversas. filio convenit esse genitum. ergo Patri convenire nequit esse ingenitum, vel ñ genitum. spatet et q.[a] iam Pater, et filius haberent naturas diversas, q fides ñ admitit.

Respondetur ingenitum pro formali dicere negationem, quæ ñ est natura, vel essentia Patris cum ab eo realiter distinguatur quanvis suo modo sit proprietas a Patre dimanans. unde cum ingenitum sum hanc solum negationem opponatur contradictorie genito, ñ infertur q Pater, et filius debeant constitui per diversas naturas, q.[a] ñ constituitur Pater per ingenitum, quā contradictoriè opponitur filio. preter quam q Pater et filius habent diversas naturas rellativas, et cum genitum, et ingenitum pertineat ad rellationes; ad summum infertur Patrem et filium constitui per diversas naturas rellativas. q ñ est inconveniens.

Obiicies 2° quæ sunt vnum easdem proprietates habent, alioqui ñ essent vnum. sed Pater et filius ut ex fide constat sunt vnum. igitur easdem proprietates habent; sed vna ex proprietatibus est esse ingenitum; ergo aut filius et Pater ñ sunt vnum, aut ñ est proprietas Patris esse ingenitum.

Respondetur

Respondetur distinguendo maiorem quae sunt vnum inter se concedo maiorem; quae sunt vnum vni 3.o sed inter se distincta, nego maiorem. at Pater et filius non sunt vnum inter se, sed cum essentia. propterea non infertur, quod easdem proprietates habere debeant. aliter etiam potest ea maior propositio distingui. quae sunt vnum adequate concedo. quae sunt vnum inadequate nego. non ratione illius inadequate sub quo non sunt vnum ~~inadequate nego. non ratione illius~~ habere possunt diversas proprietates, at Pater, et filius non sunt vnum adequate, sed tantum in essentia. possunt igitur in rellationibus distinctis, quas ultra essentiam addunt fundare distinctas proprietates.

Obiicies vltimo. nequit explicari quod ingenitum asseverat in suo formalissimo conceptu num aliquid positivum, an negativum. ergo etc.a. pro dissolvenda hac difficultate multiplex est Auctorum sensus. aliqui dicunt ingenitum in positivo et negativo consistere, videlicet in eo quod Pater a nulla Persona sit, et aliarum sit principium. sed non placet quia si per impossibile nullam omnino haberet virtutem producendi ad intra adhuc esset ingenitus ex eo praecisè quod repugnaret produci, non ergo dicit ingenitum in suo conceptu virtutem aliarum personarum productricem. consequentia patet antecedens ostendo. non ingenitum in praesentiarum stat pro omnino improducto, vel sivellis pro improducibili.

Displicet etiam antiquorum sententia dicentium ingenitum consistere in rellatione positiva Patris quae sit specialis et opposita rellationi geniti. sed displicet quia absque fundamento adstruitur in Patre 3.a illa rellatio. 2.o non inde sequitur in trinitate dari quinque rellationes contra communem sensum theologorum de quo iam egimus. 3.o et ultimo non quaevis rellatio ad intra petit pro termino personam realiter distinctam. cum Personae multiplicentur ex oppositione rellationum: sed ea sa

sa rellatio non habet personam realiter distintam quam pro termino respiciat. ergo non datur nec in ea consistit ingeniti ratio. minor probatur nam in primis Pater non distinguitur, sed potius identificatur cum ea rellatione. filius autem et Spiritus Sanctus qui distinguntur nequeunt esse termini: nam in divinis duae rellationes adequate nequeunt eandem personam habere pro termino, quod patet in rellationibus paternitatis, et spirationis, quae diversas personas respiciunt. videlicet filium et Spiritum Sanctum quanvis inter se realiter identificentur. ergo cum filius sit terminus rellationis paternitatis, et Spiritus Santus rellationis spirationis nequeunt iterum respici a rellatione ingeniti. 4º in quo consistat ingeniti ratio. caput 3um.

Ultima praecapiti obiectio petit ut explicetur in quo non formalissime consistat ingeniti ratio? ubi noto idem proprius dicendum de ingenito, et innascibili, quia licet ingenitum videatur solum excludere passivam productionem, et innascibile potentiam ad productionem, et tamen quod potentiam destruit, etiam actum destruere censetur, unde innascibile non solum potentiam ad productionem, sed etiam ipsam productionem excludit ingenitum, cum excludat productionem passivam Patri repugnantem. censetur etiam excludere potentiam ad productionem. patet ergo pro eodem usurpari utrumque conceptum, et consequenter idem esse constitutivum utriusque. quo posito.

Censeo quod ingenitum, vel innascibile dicit pro formali, quid negativum, et pro materiali quid positivum, utraque probanda seorsim. Sa. nam ingenitum, vel innascibile dicit non esse productum formaliter, vel non habere potentiam ut producatur; hoc formaliter est aliquid negativum. ergo ingenitum, vel innascibile dicit formaliter aliquid negativum. minor probatur non produci, vel posse produci, quod positivum est; ergo

ergo non produci, nec posse produci est quid negativum. patet quia ex duobus contradictorijs unum debet esse negativum, quando aliud est positivum. Confirmo quia omni positivo in re posito non ponitur ingenitum, vel innascibile; non ergo praecisive consistit in positivo, cons. patet, ant. est certum, quia potius destruitur ingenitum, et innascibile, quae opposita sunt.

Hoc negativum quod formaliter afferret ingenitum, vel esset privatio, vel pura negatio. neutrum potest esse. ergo. probo minor quia si foret privatio, Pater generari posset, licet actu non generaretur: quia privatio est carentia formae in subiecto apto. rursus neque potest esse pura negatio, quia tunc carentia non est pura negatio, quando subiectum saltem rationem genericam, licet non specificam potest admitere formam, ut patet in odio Dei, quod habet privationem, et non puram negationem debitae rectitudinis, eo quod licet non secundum rationem specificam odij Dei saltem secundum genericam actus voluntatis potest admitere rectitudinem, sed generari non repugnat aeterno Patri secundum rationem communem divinae Personae, sed solum notionalem talis personae. ergo carentia generationis, vel productionis positivae non est in Patre pura negatio.

Plures R.R. cum P. Granado 4tu 8o disp. 2a iudicant istam carentiam quam ingenitum affert esse privationem, ego tamen oppinor esse puram negationem, quia pura negatio stat pro carentia formae in subiecto non potente formam admitere, sed Pater admitere nequit productionem, nec potentiam ad illam. ergo utriusque carentia est in Patre pura negatio. neque valet id de odio Dei dicere, quia carentia rectitudinis quoniam odium sit, est pura negatio, sicut in materia de conscientia probavi, dum agerem de constitutivo peccati commissionis, et sane fere nulla carentia esset pura negatio, si satis esset quod subiectum posset admitere formam secundum aliquid sui praedicatum, vel ut proprius loquar, si secundum aliquid non opponeretur formae, quia fere nullum est subiectum, cui ratione omnium praedicatorum repugnet forma, verum de hoc alibi.

Quod autem ingenitum afferat pro materiali huius negationis aliquid

aliq positivum, quę erat 2a pars nostrę resolutionis ostenditur 1o nam entitas Patris est q positivum; sed entitas Patris est fundamentum illius negationis. ergo. minor pr entitas Patris exigit a nullo procedere; ergo fundat carentiam vel exclusionem cuiuscumque productionis passivę, quandoquidem est fundamentum cuiuscumque passionis necessario subsecutę. 2o nam ingenitum in pręsenti non accipitur pro non genito utcumque, sed pro entitate passivè non genita, secus de chimera diceretur ingenitam esse, siquidem dicitur non esse genitam petit ergo ingenitum ultra carentiam aliq positivum, in quo fundetur. idem de innascibili.

Maior difficultas in assignando positivo prędicato, q in Patre sit fundamentum huius carentię sive dicatur privatio, sive pura negatio, q parum interest ad hoc punctum. communiter dicunt Iuniores hoc fundamentum esse solam Paternitatem, seu notionalem, et personalem relationem Patris, non qua principium est filij, sed qua reiicit, et excludit omnem passivam productionem eadem in perfectio, quo ad intrinsecum insectilis quamdiu multiplex quoad connotata prestat utrumque, videlicet esse prium aliarum Personarum et omne prium excludere respectu sui. non nulli preterea cum Paternitatem, spirationem activam assignantur. inter omnes vero convenit, nec essentiam Divinam nec aliam absolutam perfectionem esse fundamentum huius negationis nisi ad summum mediate, quatenus est loga radix Paternitatis, vel active Spirationis.

Ego tamen senseo fundamentum huius negationis q ingenitum affert idem de innascibili conflari ex omnibus, et singulis prędicatis tum absolutis, tum rellativis, quę sunt in Patre. probo nam ideo Pater est ingenitus, vel inproductus, qa nullum eius prędicatum producitur, nam unica productio, iam absolute diceretur productus, ut patet in filio, qui denominatur absolute productus, eoq sola eius rellatio producatur. ergo positivum excludens productionem in Patre, vi cuius denominatur ingenitus necessario

necessario sunt omnia eius prędicata. Confirmo, qª cum omnia, et singula prędicata Patris excludant productionem, nego cur sola Paternitas, et ñ essentia fundet istam carentiam, quę removet productionem.

Dices qª essentia est indifferens ut producatur, et ñ producatur, ñ in filio producitur, et ñ in Patre. contra, qª nunquam essentia producitur, nec potest produci licet ~~-~~ filiatio producatur, et essentia realiter identificetur cum filiatione tamen essentia ñ producitur. id qđ iuxta varios explicandi modos explicatur a RRus aliqui confugiunt ad distintionem ex natura rei, quam inter essentiam et rellationes adstruunt, alij ad sollam distintionem rationis, nos auten ad virtualem distintionem de qua supra. certum vero debet esse penes omnes quod essentia ñ producatur etiam dum est in Persona producta. fundat ergo essentia ratione sui negationem productionis.

Dices ulterius. ergo filius erit ingenitus, sicut Pater. probas qª filius habet essentiam Divinam, quę per nos fundat negationem ingeniti. respondetur negando coam, qª filius preter essentiam includit filiationem, quę producitur, et sociatis est, ut absolute genitus, et productus dicatur. totum in cuius una pars producitur absolute denominatur productum, in Patre vero ~~denominatur~~ nihil producitur, ideo qđ simpliciter denominatur improductus. ad summum ergo poterit affirmari, filium esse ingenitum atenta essentia prçcisse, vel ñ esse genitum aut productum ex essentia, sed ex filiatione. 4º de la Persona filij [illegible]. an et quatenus processio eius Personę sit per intellectum. qº 1a. quod alij sentiant caput 1um.

Huic

Huic difficultati persimilis est alia, quæ rogari potest, vel solet an processio Spiritus Sancti sit per voluntatem, et licet hæc 3a pertineat ad subsequentem tractatum, in quo complectimur quæ specialiter ad 3am Personam spectat tamen quia communis est difficultas utramque simul decidimus,

Igitur D.D. uno excepto Durando, decisum mente infra supponunt processionem 2æ personæ esse per intellectum, et processionem Spiritus Sancti esse per voluntatem, sed tamen explicatur diversimode nam aliqui dicunt ideo has processiones esse per intellectum, et voluntatem, quia processiones personarum formalissime consistunt in intellectione, et amore, nam productio 2æ personæ est intellectio, 3æ vero amor, huc expectant alij docentes productiones activas Personarum consistere in intellectione, et amore sive partialiter, sive adequate, sive in recto, sive in obliquo, quo modo nihil interest; ubi enim semel constet actuales Personarum productiones involvere aliqua ratione vitales illos actus intellectionis, et amoris pertinentes ad intellectum, et voluntatem negari non poterit eas processiones, et personas ex ipsis formaliter procedentes esse per intellectum, et voluntatem. Hæc tamen doctrina nititur falso principio, nam ut in tractatu 2o quæstione 6a et Sociatis adunde probavi productio tam activa, quam passiva consistere in solo relativo secluso quolibet absoluto, nam activa productio consistit in solo rellativo personæ producentis, et passiva in solo rellativo personæ productæ.

2o dicunt alij processiones ideo per intellectum, et voluntatem esse, quia Paternitas quæ est filij processio a Patre claudit in suo formalissimo conceptu intellectionem, et non amorem, unde filium denominat per intellectum procedentem, et non per voluntatem, at activa spiratio, quæ est processio Spiritus Sancti a Patre, et filio claudit

claudit essentialiter amorem, et ñ intellectionem unde Spiritum Sanctum denominat procedentem per voluntatem, et ñ per intellectum, corruit tamen hæc doctrina ex dictis in tt.u 3.o q.e 1.a ubi ostendi, nihil absolutum includi formaliter in relativo, vel a contra.

3.o docetur a pleris[que] q[uod] processionem 2æ personæ ideo per intellectum esse, quia principium immediate quo productivum 2æ personæ est intellectus, sive per modum actus 1i, sive per modum operationis, e contra vero processionem 3æ personæ, ideo per voluntatem esse q.a principium quo productivum huius personæ est voluntas in actu 1.o, vel 2.o, quare secludunt voluntatem a ratione principij productivi filij, et intellectum a ratione principij productivi Spiritus Sancti, ut sic eas processiones discriminent. Hæc etiam doctrina supponit falsum principium et a me rejectum in tt.u 2.o q.e 12, ubi probavi principium immediate quo productivum personarum in solo relativo consistere, secluso quolibet absoluto.

4.o ñ nulli deffendunt ideo processionem 2æ personæ esse per intellectum, et processionem 3æ Personæ per voluntatem, q.a principium immediate quo productivum processionis, vel actionis, aut quasi actionis per quam 2a persona procedit a 1a est intellectus, et ñ voluntas, e contra vero principium immediate quo productivum productionis, vel processionis, quâ 3a persona procedit ad duabus primis est voluntas, et ñ intellectus, sed jam ostendi tt.u 2.o q.e 12 restata nihil absolutum esse in Deo productivum ad intra. Et in eodem tt.u q.e 9a probavi ñ dari physicum imo neq[ue] virtuale principium in Deo respectu processionis activæ. . . .

Quinto

Quinto propugnatur ab ali
quibus Iunioribus ideo 2am Personam procedere per in
tellectum, quia procedit ut absolutum, et tertiam
esse per voluntatem quia procedit ut amor ~~amor~~
Quaerimus ab illis petas quid sit procedere ut verbum, et ut amo
rem dicunt, ideo 2am Personam ut verbum procedere
quia ex sua expeciali ratione habet esse notionalem cogni
tionem, et 3am, ideo ut amorem procedere quia notiona
lis amor est. de hac oppinione dictum est supra Ttt.u 2o
q.e 12, ubi predictam cognitionem, et amorem notiona
lem additum essentiali rei esse.

6o novam ingrediuntur viam alij R.
R. nuper excogitantes quandam intellectionem notio
nalem, et propriam 2ae Personae passivam tamen, et non
activam hoc est per quam obtum denominatur cognitum
quin ex illa denominetur intus formaliter intelligens.
eadem ratione constituunt in Spiritu Sancto notiona
lem amorem passivum per quem obta denominentur

denominentur amata quia Spiritus Sancti voluntas per illum formaliter denominetur amans. haec vero sententia differt a quinta nuper ex alijs iunioribus relata, quod haec non admittat activam cognitionem, vel amorem notionalem, quem altera concedit. huius vero sententiae falsitatem inferius detegam in hoc tractatu.

Denique nonnulli R.R. ideo processionem 2ae personae dicunt esse per intellectum quia proprietas notionalis, et personalis huius personae, qua distinguitur virtualiter ab omni absoluto et realiter a quovis relativo, et notionali alterius personae est quoddam intellectuale signum medio quo Pater loquitur mentaliter filio quidquid per suam intellectionem essentialem praecognoverat, et per hoc signum constituitur in quo sint 2a Persona in ratione verbi. 3ae vero processionem, ideo censent per voluntatem esse quia proprietas notionalis huius personae est voluntarius impulsus sive donum pertinens ad voluntatem. de hac vero sententia dicam infra, cum sermo erit de constitutivo 2ae Personae in ratione verbi. 1o fundamenta Scoti perpenduntur caput 2um.

Scotus in 1o dist. 2a q. 6a intendit probare per naturales rationes supposita saltem Divina fide, quod in Deo dentur processiones, et quod eiusmodi processiones duae sint, alia per intellectum, et per voluntatem alia. Iuvabit autem eiusmodi rationes expendere, quae processionem 2ae personae probant esse per intellectum; et processionem 3ae per voluntatem. in hunc ergo modum arguit Scotus 1o, quidquid ex sua ratione formali est principium sufficienter productivum ubicunque

cunque sit erit prium sufficienter productivum. at intus habens obiectum intelligibile sibi presens, sive per speciem impressam, sive per se ipsum immediate est ex sua ratione formali prium sufficienter productivum notitię genitę. ergo ubicunque fuerit erit prium sufficienter productivum notitię genitę. sed in Deo reperitur hoc totum: quia datur intus cum essentia divina presente per modum intelligibilis obiecti. ergo datur in Deo prium sufficienter productivum notitię genitę. quam proinde producere debet. cum in Deo quidquid est productivum ad intra sit actualiter producens.

Eodem fere modo conficitur argumentum erga voluntatem, etenim voluntas habens obiectum sibi presens per cognitionem ex sua ratione formali est productiva amoris; sed in Deo reperitur voluntas habens obiectum sibi presens per cognitionem ergo est ibi productiva amoris, quin et autem producit amorem.

Sed in hoc discursu mihi difficultatem ingerit ea propositio videlicet quod intus habens obiectum intelligibile presens ex sua ratione formali sit prium sufficienter productivum notitię genitę, loquitur enim ibi Scotus de productivo phisico, et reali, non enim video cur intus habens obiectum sibi presens nequeat abstrahere a productivo phisico, et a productivo methaphisico, seu virtuali, vel per intum itaque sit indiferens ad realiter producendum, vel ad realiter identificandum secum notitiam, et cognitionem obiecti, non ergo videtur esse de ratione formali intus habentis obiectum sibi presens posse phisicé producere notitiam et cognitionem illius.

Preterea non potius videtur esse de ratione formali intus habentis obiectum sibi presens esse phisice productivum notitię circa illud quam de ratione intellectionis esse phisicé productam ab intellectu habente sibi presens obiectum, at non est de ratione intellectionis phisicé produci, quandoquidem in Deo reperitur intellectio

intellectio, quin phisicé producatur. ut vel ipse Scotus fatetur: ergo neque de ratione intus habenti obiectum sibi presens erit producere phisice notitiam illius, sed possibilis erit intus, qui presente obiecto, non phisice, sed ad summum virtualiter, aut per intum illam producat.

Deinde si de ratione formali intus habenti obiectum applicatum sibi per speciem, vel immediate per se ipsum, esset habere vim realiter productivam, non solum posset producere verbum, sed etiam intellectionem, vel substantialem, et subsistentem per se, si intus esset infinitus, vel accidentalem, et receptam in subiecto, si intus esset finitus et limitatus, at hoc sum non est de ratione formali intus fecundi, vel quod idem est habenti ea ratione sibi presens, et applicatum obiectum ergo etc. minor patet, quia intus Divinus producere nequit intellectionem, sed solum verbum. maior autem est perspicua, quia sine fundamento diceretur unam et non aliam esse de ratione intus fecundi.

Arguitur 2° in intu creato reperiuntur, et coniunguntur per accidens duae rationes, 1a imperfectionis, 2a perfectionis, 1a quod intus sit receptibus, 2a quod sit productibus. ergo licet 1a ratio imperfectionis excludenda a Deo, 2a tamen est concedenda, maximé cum in ordine agentium, ubi primum actibum non est imperfectum deveniendum sit ad aliquod primum actibum absolute perfectum, et simpliciter tum quod est Deus.

Non placet 1° quia etiam in intellectione creata datur ratio formae, quae est imperfectio, et ratio producti, quae est perfectio neque tamen in intellectione Divina conceditur ratio producti, sed potius equaliter excluditur utraque ratio. 2° quia quod natura creata sit realiter productiba est perfectio, neque id conceditur naturae Divinae, ergo licet perfectio sit, quod intus creatus sit productibus inde non infertur intum Divinum esse productibum.

Principium illud quod additur est in intelligibile

in intelligibile, n̄ si contendat ex agentibus creatis ad increatum devenire verum est, in de vero n̄ deducitur, q̄ intellectus Divinus sit productibus; item ad notitiam agentis increati et perfecti n̄ solum iuvant agentia creata perfecta sed etiam inperfecta n̄ ex quálibet creatura colligitur Deus, ut agens illius, at si contendat in Deo perfectionem aliquam debere productivam esse, quando similis alia est productiva increatis, aperte fallitur, ut patet ex natura creata, quę productiva est, quin productiva sit natura Divina, neq̄ sensus alius mihi sese offert.

Arguitur 3º, obiectum ut est in memoria producit sei ipsum ut est intelligentia, hoc est obiectum, ut existens in specie producit sei ipsum, ut existentem in cognitione, q̄ clarioribus tris n̄ est aliud quam; q̄ species simul concurrat ad producendam cognitionem obiecti. Ergo Divinus intellectus habet eam virtutem.

Hęc etiam ratio debilis est. 1º q.ª n̄ probat esse de ratione cuiusdis intellectus producere simul cum specie cognitionem, quamvis id requiratur in intellectu creato. 2º q.ª deducitur ex illa Divinum intellectum producere cognitionem, et intellectionem essentialem per quam denominetur intelligens, ut in creatis contingit, n̄ ut in materia de scientia docuī n̄ datur illa species respectu Divini intellectus. 7º Scotistarum oppinio confutata. caput 3um.

Celebris

Celebris est oppinio Scotistarum, quæ cum subtili Preseptore in 1º distintione 1a, questione 6a, et distintione 26, questione 1a, et 2a docet ideo verbum Divinum procedere per intellectum, et Spiritum Sanctum per voluntatem, quia procedit illud per dictionem, iste vero per inpulsum. At optime caveas adverte Scotistas defendere, principium quo productibum secundæ Personæ consistere in intellectu Patris adiuncta rellatione Paternitatis, et principium quo productibum Spiritus Sancti consistere in voluntate adiuncta rellatione spirationis actibæ, quæ communis est Patri, et filio.

Accedentes auten ad productionem actibam designandam per quam Pater producit secundam Personam, et Pater, ac filius tertiam distingunt in intellectu Patris duos actus; alterum, quem vocant intellectionem, et alterum dictionem, in voluntate similiter duos actus agnoscunt, alter est amor, et alter inpulsus, intellectio virtualiter, aut ex natura rei distinguitur a dictione, sicut et amor ab inpulsu distinguitur virtualiter, aut ex natura rei, intellectio communis est tribus Divinis Personis; dictio auten ñ est communis tribus Divinis Personis, sed tantum est in Persona Patris; amor etiam est communis omnibus Divinis Personis, at inpulsus est communis Patri, et filio præcise, propterea dictionem, et inpulsum vocant actus notionales, quia per illos una Persona distinguitur ab alia, intellectionem autem, et amorem actus essenssiales quia commitantur essenssiam in omnibus Personis, hi actus disparati se habent, quia ñ presuponitur essenssialis ad notionalem alio prioritatis genere, nisi quo absoluta

absoluta dicuntur in Deo priora notionalibus.

Denique docent filium ex intellectu Patris procedere, non quidem per intellectionem essentialem sed per dictionem tanquam per rationem formalem, quia Pater illum producit, et Spiritum Sanctum ex voluntate Patris et filij procedere, non per amorem essentialem, sed per impulsum notionalem tanquam per rationem formalem, qua Pater, et filius eum active producunt. unde intellectionem et amorem solum vocant opperationem, at dictionem, et impulsum veram, et phisicam productionem. hec est ad vivum expressa Scotistarum mens cui omnes consentiunt, ex thomistis vero feré omnes reijciunt eam, quamvis propugnatam videam a Magistro Araujo ad questionem 27, 1e partis articulo 4º dubio 2º conclutione 3a, Nostri vero Recensiores abea discedant.

Facile refellitur ex dictis hec doctrina, quam cum nostris Doctoribus facillimum iudico, quia supponit principium quo productibum Divinarum Personarum consiste re in intellectu, et voluntate, cum tamen iam in ttt.u 2º q.e 1a probaverim in rellatibo dumtaxat consistere seclusa quavis absoluta perfectione, qualis est intellectus, et voluntas. 2º n in eodem ttt.u 2º q.e 6a, et 7a monstravi consistere processiones in rellationibus Paternitatis filiationis et utriusque spirationis, ergo non consistit in dictione intellectus, et in pulsu voluntatis, quandoquiden actus isti ponuntur, ut perfectiones distinctę abhis rellationibus. 3º n intellectus non habet alium actum, quam intellectionem, nec voluntas alium, quam amorem, et odium, sicut visus non habet alium quam visionem. ergo sine fundamento ponitur in intellectu ulterius dictio, et in pulsus in voluntate. 4º q.a Pater producendo Verbum mentaliter loquitur. ergo productio

productio Verbi sive dictio presupponit ex parte Patris intellectionem patet quia, neque Pater mentaliter loqui nisi quę presupponuntur ab ipso cognita, et intellecta. falso ergo dicitur productionem Verbi, seu dictionem non presupponere spetialiter intellectionem in Patre.

Obiiciunt Scotitę intellectus ut dicens convenit solo Patri, sicut esse Verbum productum ex intellectu convenit soli filio, sed intus, ut intelligens convenit omnibus Personis. ergo distinguntur aliquo distintionis genere duę istę rationes formales, intus, ut intelligens, et intus ut dicens. fateor eas duas rationes formales distingui, quia intus ut intelligens involvit solam intellectionem, et intellectus ut dicens afert vim productivam, et actualem productionem verbi, quę consistunt in sola rellatione Paternitatis, itaque cum scotitis in eo convenio quod intellectio non sit activa productio Patris respectu Verbi dissentio tamen in eo, quod intellectum negem esse virtutem productivam Verbi, sicut, et in eo quod productionem activam Patris respectu Verbi non admittam esse peculiarem actum provenientem ab intu Patris, sed solum rellationem Paternitatis, ut superius edocui.

Sed iam Scotistas ita redarguo, non minus est aliquid notionale proprium quod Patris intus ut dicens, quam intus ut potens dicere, quandoquidem sicut Pater est solus, qui dicit, ita solus Pater est qui potest dicere, vel producere Verbum, at hoc non ostante constituitur potentia dictiva saltem partialiter ex intu essentiali, et communi iuxta ipsos, ergo licet actus dicendi, et dictio sit notionalis et propria Patris ad huc poterit constitui saltem partialiter ex intellectione communi, et essentiali. Confirmo quia ex absoluto, et notionali resultat est absolute notionale, propterea quod Pater licet naturam Divinam involvat est notionalis ob paternitatem. confirmo preterea, quia licet potentiam dictivam asserit esse notionalem, eo quod licet intus communem involvat, attamen modificatur rellatione Patris, ita dicere possem dictionem esse notionalem, quamvis intellectionem involvat eo quod modificaretur rellatione Patris.

Obiiciunt

Obiiciunt præterea. n intelligere solum dicit habitudinem cognitionis ad obiectum seclusa quavis productione. dicere vero productionem affert, et omnem habitudinem cognitionis ad obiectum excludit, ergo duæ istæ rationes formales distinguntur saltem per intellectum, et consequenter in intellectu Patris est diversa formalitas quâ cognoscit, et quâ dicit, seu producit verbum. iam tamen explicui, qua ratione distinguantur in Patre illæ rationes formales. num iterum ad hominem Scotistas redarguo, n sicut producere, et cognoscere sunt diversæ rationes formales. ita posse dicere, seu producere verbum, et posse cognoscere. ergo n est idem formaliter intellectus in Patre, qui potest cognoscere, et qui potest dicere, vel producere verbum, sed alius erit adstruendus, qui cognoscat, et alius qui dicat. quod negant. 4to quæ sensit Durandus. caput 4 um.

Singularis est in hac lite Durandus in 1o distinctione 6a quæstione 2a ubi late contendit processiones divinas ex quadam accommodatione dici per intellectum, et voluntatem, n quia revera per facultates istas procedant. quia tamen diversimode solet exponi mens huius Doctoris, eam ex fide referre lubet ut clarissime constet quam inefficaciter a Recentioribus confutetur. ea vero his tribus propositionibus continetur.

Prima propositio. filius n procedit per actum intellectus, quia sit eius actualis productio vel prium quo productivum immediate. similiter Spiritus Sanctus n procedit per actum voluntatis, quia sit eius actualis productio, vel prium immediaté quo productivum. idem asserit de facultate intellectiva, seu vollitiva, si forte datur in Deo per modum actus

actus 1i logici, seu virtualis: neque enim erit illa prium quo productivum, vel actualis productio respectu filij, vel Spiritus Sancti: n eiusmodi facultates cum actibus suis iudicat hic Author se habere per accidens ad processiones Divinarum personarum.

2a ppo. filius et Spiritus Sanctus radicaliter a natura Divina, et eius infinitate procedunt proximé vero, et inmediaté, n a natura Divina nec ab aliquo absoluto, sed a relationibus Paternitatis, et spirationis activę: n Paternitas est prium inmediate quo productivum filij, spiratio vero Spiritus Sancti. cum hoc tamen stat, inquit Durandus, ut in quodam sensu n incongruo possit affirmari q vtraque Persona procedat per naturam hoc est naturaliter quatenus vtraque procedit a prio determinato, et necessitato ad operandum: frequenter enim dicimus prium determinatum ad operandum, operari more naturę, prium vero liberum, et indifferens, operari more voluntatis. et cum vtriusque Personę productio sit omnino necessaria potest dici naturalis, n qa proxime sit a natura Divina, sed qa sit a prio cum necessitate operanti.

3a ppo. Divinę processiones dicuntur per intum et voluntatem n qa respiciant intum, et voluntatem, ut pria, sed per quandam adaptationem, et accommodationem, qa sicut in creatis 1a productio, vel operatio naturę rationalis est cognitio pertinens ad intum, et 2a est amor pertinens ad voluntatem, sic in Divinis cum 1a productio Dei summe rationalis sit filij, 2a vero Spiritus Sancti, congrué dicitur, filium, et eius processionem ad intum pertinere, Spiritum vero Sanctum et eius processionem ad voluntatem. hęc Durandus.

Unde colliges, quam inmerito soleat illi communiter inputari, q processiones dixerit esse inmediate per naturam Divinam. oppositum enim asseruit, et licet ita sentiret, adhuc á communi sensu n discederet, dummodo cum natura simul ad=

admitteret intum, et voluntatem: n q theologi totis viribus in pre senti stabilire conantur est Personas Divinas procedere per intellectum et voluntatem eo q in se habeant aliquid rationē cuius exigant eas perfectiones. q q sit actu cum intu et volun tate concurrat natura divina, vel que vis alia perfectio de quo modo ñ curatur. discesit igitur Durandus a communi sen tentia in excludendo intu et voluntate, et ex hac parte sensivis let atribus censuris sius sententia. P. Valentia hic puncto 3° temerariam appellat. P. Molina articulo 5° disp.e 2a peri culosam in fide et erroneam. P. Suares libro 1° de trinitate cap.e 5° numero 4° errori proximam. A

Duplici ex cap.e solet reiici Durandus 1° authori tate 2° ratione. authoritate quidem n in Sacra Scriptura conci lijs et Patribus frequentissime vocatur 2a Persona verbum, et Sapientia Patris, ut videre licet aput Patrem Montoya la tissime referentem eorum testimonia disp.e 2a de trinitate, sec tione 2a. ergo necesum est, q 2a Persona per intum procedat. alioqui nec erit verbum, nec sapientia Patris. similiter. ea que spectant ad amorem, frequenter applicantur Spiritui San cto iuxta id ad Romanos 5°, charitas Dei difusa est in cordibus nos tris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. et ipsum nomen Spiritus tam frequenter inculcatum ab ecclesia deno tat impulsum, qui ñ est aliud in Spiritualibus, quam actus voluntatis. ergo Spiritus Sanctus per voluntatem procedit. alioqui ñ erit amor, nec impulsus, nec actus voluntatis.

Nec valet à Durando responderi, lo cutiones istas interpretandas impropriè. 1° q.a similiter dicere ponet, 2a Personam ñ esse propriè filium, sed impropriè: n eque vocatur verbum ac filius in Scriptura, concilijs, et Pa tribus. 2° q.a durissimum est asserere, toties usurpari locu tiones illas in impropriò sensu. videamus ergo iam quibus

quibus rationibus impeti soleat a iunioribus hæc Durandi senten tia. 4º arguta rationis contra Durandum. caput 5um.

Primo contra Durandum arguitur, quia nisi processiones sint per intum et voluntatem, non explicabitur cur sint vitales. faci le tamen respondebit Durandus eas esse vitalis non intentionali, sed phisica vita, quia sunt essentialiter productiones immanentes a tran seuntibus essentialiter distinctæ. et sane qui dicunt, processiones esse per intum et voluntatem, ad huc inde præcisse non explicant esse vitales: non licet intus, et voluntas sint perfectiones vitales, pos sunt non operari vitaliter: requiritur enim prius quod operatur sit vitale, qui in operatio sit vitalis, ut patet in actibus intus, et volun tatis qui producunt species, et habitus non vitaliter, sed emor tuo modo.

2º arguitur. non in sententia Durandi non redditur ratio cur processio 2æ Personæ potius quam 3æ sit generatio. quan do quidem utraque oritur ex fecunditate naturæ. sed non urget 1º quia Durandus non ait, utramque processionem esse nisi immediaté, et remoté ex fecunditate naturæ, proximé vero ex notionali vª ... 2º quia non facile redditur ratio cur processio per intum, et non per voluntatem sit generatio. 3º non committi solet vitiosus cir culus: dum enim rogatur, cur 2ª Persona sit filius? respon detur, quia procedit per intum, quod si roges, cur procedat per in tellectum? respondetur, quia filius est. 4º non independenter ab eo quod filius procedat per intum, et Spiritus Sanctus per volunta tem, accipit filius activam Spirationem, quam non accipit Spiri tus Sanctus: at ex activa spiratione constituitur filius in esse tali iuxta plurium sententiam. ergo independenter a processione

a processione per intum et voluntatem assignatur ratio cur sola 2a Persona sit filius, et eius processio generatio.

3° arguitur nulla substantia operatur immediate per se ipsam, sed per instrumenta superaddita, ergo Deus ñ per naturam, sed per intum et voluntatem operatur ad intra. iam vero constat ex precedenti capº, naturam Divinam iuxta Durandum ñ operari immediate per se ipsam, sed per superadditas rellationes paternitatis, et spirationis active, licet ñ per intum, et voluntatem, unde nihil nocet imo favet ãs istius ob iectionis Durando. rursus ãs est omnino falsum. ñ substantia creata per se ipsam operatur immediate. deinde coã ex creatis ad Divina in hac materia ñ est firma. secus inferre liceret, naturam Divinam operari per instrumenta realiter superaddita si cut opperatur natura creata.

4° arguitur. ñ admissa Durandi sententia ñ erit ratio cur filius a solo Patre procedat, et Spiritus Sanctus ab utroqs contra ñ eadem perseverat difficultas, qª cum Pater habeat voluntatem, sicut habet intum, poterit se solo producere Spiritum Sanctum, sicut filium producit, esto producat Spiritum Sanctum per voluntatem, et filium per intum. etiam e Greci libenter admitunt Spiritum Sanctum procedere per voluntatem, et adhuc negant a filio produci. ergo ñ deducitur Spiritum Sanctum a filio simul cum Patre produci, et ñ a solo Patre, qª per voluntatem procedat. aliunde probari debet hec veritas.

5° arguitur. ñ si utraqs processio fit per naturam, ñ est cur processio filij sit prior, quam processio Spiritus Sancti. Sed iam ex Durandi mente notabam, processiones immediate ñ esse per naturam, qª Durandus ñ admitit sed expresse negat, essentiam Divinam, vel aliqd absolutum esse operativum ad intra. preterea licet intus sit prior in existendo quam voluntas, adhuc ñ ostenditur cur productio

productio intus debeat esse prior quam productio voluntatis. ad de q in cogitatarum scola docetur, atenta prescineratione fradi processionis per intum, et voluntatem, ñ inplicare per locum ab in trinseco, q processio per voluntatem sit prior, quam processio per intum.

6° arguitur q° iuxta hanc oppinionem Durandi ñ erit ulla ratio cur Persone, et ñ plures aut pautiores; in sententia vero communi de processione Personarum per intum, et voluntatem, facile redditur. sed iam in ttt° 1° huius materie q° 1a cap° 7° notabam ex ratione naturali ñ posse probari predictum Personarum numerum, qui tamen certissime constat ex dictamine fidei.

Preterea quanvis admiti debeant Persone procedentes per intum, et voluntatem, adhuc inde ñ infertur, q alie ñ procedant per naturam, vel per aliam perfectionem distinctam ab intu, et voluntate. ñ ergo sequitur Personas productas esse tantum duas. q si respondeas nullam esse personam productam in Deo, que ñ sit per intum aut voluntatem. de hoc rationem inquiro, cur videlicet excludantur cetere perfectiones pre ter intum et voluntatem? cur ñ detur alia Persona producta per naturam? ergo ratione naturali constare nequit, personas productas ñ esse plus quam duas.

Sed neq constare potest esse duas, et ñ unam. q° sicut intus, et voluntas sunt unica realiter entitas. et sicut operationes inmanentes harum facultatum scilicet intellectio, et vollitio sunt etiam una realiter entitas, cur ñ producent unam Personam, que sit realiter, verbum, et inpulsus, cetera qs predicata filij, et Spiritus Sancti conplectatur preterea que distintionem realem inportant sicut in eadem Persona coniungitur de facto ratio filij, et ratio Verbi. neqs responderi potest 3um Personam esse neserám, ut illi communicetur mutuus amor quo Pater, et filius se diligunt. ñ hic amor sufficienter posset communicari

communicari filio, sicut de facto communicatur cognitio, qua Pater et filius se cognoscunt. neque rursus dicas cum Scoto, Personam ab intellectu productam procedere necessario et non libere, productam autem a voluntate, non necessario sed libere. quimodi procedendi realem distinctionem afferunt. constat enim ex tractatu 2° q.e 4a vtramque processionem aequè necessariam esse.

Haec et similes obiectiones formari solent contra Durandum, quae tamen facillime possunt eludi, quin et contra obiicientes retorqueri. quare concludo cum Patre Arriaga disp.e 44 de trinitate sectione 2a non ratione, sed tantum authoritate ex precedenti cap.e petita reiiciendum esse Durandum. At propria sententia stabilitur caput 6um.

Sentio non aliter filium procedere per intellectum et Spiritum Sanctum per voluntatem, nisi quatenus intellectus est principium communicativum per se respectu filij, et voluntas respectu Spiritus Sancti. loquor in praesenti de intellectu, et voluntate prout abstrahunt ab actu 1° vel 2°. non de hoc postea.

Igitur iuxta principia, quae laté supra stabilivimus tractatu 2° q.e 10, nec intellectus, nec voluntas, nec aliquod aliud praedicatum absolutum est principium quo phisice productivum Personarum, sed eiusmodi principium est sola rellatio notionalis, et propria Patris respectu filij, et activa spiratio respectu Spiritus Sancti, non ergo possunt esse filius et Spiritus Sanctus per intellectum et voluntatem, tanquam per principia phisice productiva, sed solum communicativam, quatenus illae facultates intellectus, et voluntatis dum in Personis producentibus existunt media processione transferuntur

transferuntur ad productas ut ibidem explicuimus.

Dicitur autem utraque perfectio prium communicativum perse respectu filij et Spiritus Sancti, ut eas distinguamus ab alijs perfectionibus, quae non perse, sed quasi per accidens materialiter et concomitanter filio, et Spiritui Sancto communicantur: dupliciter enim aliqua perfectio potest Divinae Personae productae communicari a producente, vel quia Persona producta ex ratione sua formali, et differentiali petat illam, et sic dicitur communicari perse. vel quia licet non petat illam, identificatur tamen cum alia perse petita, neque repugnat esse communicari. et sic dicitur materialiter, et quasi per accidens communicari.

Iam ergo filius, et Spiritus Santus ex suis rationibus formalibus, et notionalibus petunt perse procedere ab intu, et voluntate, quia perse petunt, ut sibi communicetur intus, et voluntas, eo quod filius essentialiter et perse sit verbum, et Spiritus Sanctus amor ac impulsus voluntatis. ut contra Durandum ex communi sensu et consensu totius ecclesiae supradiximus. notionalis ergo relatio 2ae personae petit esse, quod sibi communicetur intellectio, cum qua verbum constituat, et notionalis relatio 3ae personae petit esse, et perse quod sibi communicetur amor essentialis, cum quo notionalem constituat, qui vocatur impulsus et donum pertinens ad voluntatem, unde fit utramque Personam petere perse ab intu, et voluntate tanquam a proprijs communicatibus procedere.

Restat ut decidamus an ita procedant filius, et Spiritus Sanctus per intum, et voluntatem, ut nihil sit de linea intus, aut voluntatis per quod non procedant? et quidem si in qualibet ex his lineis non est aliud excogitabile, quam actus sui intelligendi, vel amandi, qui vocari solet intellectivum, et vollitivum radicale, et actus 2us intellectionis, et amoris. certum est autem utramque Personam perse procedere per intellectionem, et amorem. id ergo solum

solum dubitatur an etiam procedat per intellectivum et volitivum.

Huic difficultati respondendum est affirmative: moveor ex authoritate praesique quia Ioannes 5° dicitur, sicut habet Pater vitam a se metipso, ita dedit filio vitam habere; sed Pater habet a se metipso non solum in abstracto et in actu 2°, sed etiam in concreto resultante ex actu 1° intelligendi, et actu 2° intellectionis actualis, ut modo supponitur. ergo dedit eam vitam filio. quod intelligendum est per se et ex vi productionis filij, et filius procedit per eam perfectionem intus, quae formaliter, et per se communicatur illi a Patre. ergo non solum procedit per intellectionem, sed per intellectivum. unde S. Thomas disputatione cum Arrio post medium ait non aliud vivere Patris, et aliud vivere filij. rursus Pater dedit filio vitam habere id est filio dedit illud, quod habet vitam per quam denominatur actualiter vivens; sed hoc est intellectivum radicale. ergo etc. hinc a paritate desumitur argumentum pro Spiritu Sancto, quod nullus dubitat, quod si filius procedat per intellectivum debeat etiam procedere Spiritus Sanctus per volitivum.

Confirmatur ex authoritate Patrum nam Augustinus tomo 3° libro 2° de Trinitate cap. 1° sic ait, ita videt filius Patrem, ut quo eum videt hoc ipso sit filius, non enim illi aliud est esse de Patre id est nasci de Patre, quam videre Patrem. ergo filius ex ipso nasci, vel esse de Patre, habet videre Patrem: sed videre Patrem non solum dicit visionem vel intellectionem, sed etiam intellectivum. ergo filius ex ipso nasci vel procedere de Patre habet intellectivum, et libro 15 capite 14 sic inquit: sciunt ergo invicem Pater et filius, sed ille gignendo, et iste nascendo. ergo filius nascendo, seu vi formali suae nativitatis est sciens, sicut Pater dum generat est sciens. imo hinc ulterius arguo, Pater sciendo, vel intelligendo producit filium. ergo in productione filij exercet vim intellectivam, quae non est aliud quam intellectivum radicale. procedit ergo filius ex intellectivo.

Dices

Dices solum procedit formaliter verbum ex illa perfectione intus quam intendit ei communicare processio; sed processio tantum intendit ei communicare intellectionem, sed non intellectivum. ergo ex intellectione et non ex intellectivo formaliter procedit: minor probatur quia communicata precise intellectione iam datur Verbum. ergo processio Verbi solum intendit communicare intellectionem. Respondetur concessa maiori negando minorem, ad probationem distinguo ant. communicata precise intellectione iam datur Verbum in abstracto concedo. iam datur Verbum in concreto intelligenti, nego. processio autem Divini Verbi tendit, et intendit ponere verbum in concreto intelligenti, nam sicut oritur a principio intelligenti, sic terminatur ad Verbum intelligens.

Instas increati operatio intus habet hanc intellectionem pro termino, ergo similiter in Divinis. Respondetur negando consequentiam, in hoc enim sicut et in alijs pluribus est latum discrimen inter processionem per intum Divinam, et creatam, etenim cum opperatur intus creatus iam supponitur illa vis intellectiva quae per intellectionem subsequentem denominetur intelligens. unde solum tendit ea opperatio ad producendam, et ei communicandam intellectionem. at cum in Divinis Pater producit per intum, non supponit ~~tur~~ intellectivum in Verbo, propterea quod communicat illi non solum intellectionem, sed etiam intellectivum, quod per intellectionem denominetur intelligens. unde tam intellectivum, quam intellectio est terminus vi processionis communicatus Verbo 4° dubium expeditur caput 1um.

Visum est 2am personam procedere per intellectum, et 3am per voluntatem illud videndum restat an utraque persona, vel earum aliqua procedat per alias Dei perfectiones absolutas? ubi loquor de processione

de processione perse, quia materialiter et identicé non est dubium vtramque Personam ex omnibus absolutis procedere, quia omnes saltem materialiter, et identice communicantur vtrique.

Dicendum inprimis est vtramque Personam procedere per Deitatem. probatur per illam perfectionem absolutam procedit Divina Persona, quæ formaliter illi communicatur ex vi processionis, at vtrique Personæ formaliter communicatur Deitas ex vi processionis. ergo per Deitatem procedit vtraque Persona. consequentia patet, maior ex nostris principiis est certa, quia nulla Persona Divina procedit ab alia per absolutam perfectionem tanquam per principium sui productivum, sed communicativum. minor probatur, nam vtraque Persona vi suæ processionis evadit Persona igitur vtrique communicatur Deitas, patet quia sine Deitate non stat conceptus Personæ, cum essentialiter dicat Persona præter subsistentiam naturam rationalem, vt supra stabilivimus.

Confirmo, quia nihil magis inculcatum apud S. Patres quam verbum Divinum procedere ex substantia Patris, hoc est ex illius essentia, vel Deitate. ergo per ipsa procedit ex Deitate Patris, et hinc a paritate ducitur argumentum pro Spiritu Sancto; cum certissimum sit, quod si filius procedat ex essentia Patris, debeat etiam procedere Spiritus Sanctus. urgeo, quia durissimum est asserere filium, aut Spiritum Sanctum non evadere Deum ex vi processionis, sed identicé solum, materialiter, et quasi per accidens. ergo Deus evadit ex vi processionis, et consequenter vtrique Personæ communicatur Deitas. premo vlterius nihil potest magis formaliter, et immediaté communicari rei, quam eius essentia, sed Divinitas est essentia filij, et Spiritus Sancti. ergo formaliter vtrique communicatur.

Dicendum est præterea 2am Personam ex vi formalis suæ processionis accipere spirationem actiuam, et per illam procedere. probo, quia 2a Persona vi suæ processionis evadit filius. ergo vi suæ processionis accipit id ratione cuius constituitur in ratione filij, sed in ratione filij constituitur per actiuam Spirationem, vt infra dicetur. ergo ex vi suæ processionis

processionis accipit communicatam a Patre spirationem activam, sed per id procedit, quod ineunte processionis accipit. ergo per spirationem activam procedit.

Vbi notes duo tum, quod Spiritus Sanctus nullo modo procedit per activam spirationem, adeoque illa nec realiter, nec formaliter sibi communicetur. 2um, quod licet filius in ratione prius Spiritus Sancti non minus constituatur per voluntatem quam per activam spirationem attamen voluntas ei non communicatur formaliter, nec per illam procedit, quamvis communicetur, et procedat per activam Spirationem. ratio discriminis est quia filius ut talis solum exigit conceptum naturae per quam assimiletur Patri, sed per naturam sufficienter, et nescio venit intelligendum prium productivum alterius Personae, nec opus est prio communicativo. ergo cum voluntas sit prium communicativum, et Spiratio productivum non opus est filio communicari formaliter voluntatem, sed sufficere spirationem imo requiri.

Ex dictis infertur utramque Personam procedere per omnia illa praedicata, quae formaliter clauduntur in iis ex quibus per se procedere dicimus. unde procedit utraque per omnia, quae clauduntur essentialiter in Deitate: procedit 2a per omnia, quae clauduntur in intu per modum actus 1i, et 2i nec non, et per ea quae clauduntur in activa Spiratione 3a vero procedit, per ea quae clauduntur in voluntate radicali, et actuali. ratio est quia implicat rem communicari, quin communicetur omne quod in illa clauditur essentialiter, alioqui non res, sed pars illius communicaretur.

Vbi notes per nullum aliud praedicatum ultra dicta procedere 2am et 3am Personam, eo quod nullum aliud vi processionis ei communicetur. quia 2a Persona vi processionis tantum habet esse 2am Personam, esse filium, et esse Verbum. 3a vero tantum habet esse 3am personam, et esse Spiratum amorem. ergo 2ae tantum communicari debet Deitas, spiratio, et intus in concreto. 3ae vero Deitas et amor etiam in concreto. 4o ex quibus obiti cognitione procedat verbum quod 2a. procedit ex cognitione totius Dei. caput 1um.

Hęc difficultas est etiam communis Spiritui Sancto mutata solum cognitione in amorem, q^a sicut queritur ex quorum cognitione perse procedat Verbum, ita rogari solet ex quorum obiectorum amore procedat Spiritus Sanctus. unde q̃q̃ dicatur de verbo in ordine ad cognitionem dictum intelligatur de Spiritu Sancto in ordine ad amorem, seu genus obiecta ex quorum amore procedit.

Item modo prescindimus ab ea difficultate, qua rogatur an Verbum procedat ex cognitione, et Spiritus Sanctus ex amore tanquam ex prij communicativis, an potius productis in actu 1°, vel in actu 2°. q^a licet in mea sententia, nec q; cognitio, nec amor sint pria productiva, vel actuales productiones Personarum, ut supra stabilivimus, tamen alij sentent oppositum; q^a indicant eos actus eneq^a physica pria, vel saltem activas productiones personarum aput omnes vero convenit, illos esse pria, vel in actu 2°, vel in actu 1° productivo, seu communicativo, de quo tamen in presenti nihil cu ratur. q^a tantum inquiritur cuius n̄ obiti debeat esse cognitio, vel amor ille per quem Spiritus Sanctus, et Verbum procedit quomo docunq; procedat ex illis.

Hinc est ut ñ incongrue doceant aliter Iuniores ñ nulli

n nulli scinscribere presentem questionem, quorum n obtorum cognitio vel amor communicetur per se, Verbo Divino, et Spiritui Sancto? per q clarius exprimitur scopus difficultatis, qui n est alius quam excute re obta, que respicere debeant actus illi cognitionis, et amoris, qui petuntur ab utraqz Persona, et qui communicantur illi per se et ex quibus aliqua ratione procedit. n licet omittatur cognitionem et amo rem esse prium productivum, vel actualem productionem, adhuc in presenti solum attenditur ratio prij communicativi, que negari nequit intellectioni, et amori respectu Verbi, et Spiritus Sancti. rogamus ergo que n obta respicere debeat cognitio, vel amor prout Verbo, et Spiritui Sancto per se communicantur, et prout sunt pria communicativa, per que procedere petit utraqz Persona.

Sed q est communicari per se? respondeo n aliud esse quam communicari ex primaria intensione processionis tam active, quam passive; n illud per se dicitur communicari alicui persone, q intendit principaliter illi dare rex processio. dicitur etiam communicari per se, q communicatur ex indigentia persone cui fit communicatio. n Persona sepius ex vi sue rellationis personalis exigit aliq predicatum, et q cum illo sunt aliqua predicata realiter identifi cata dicuntur hec communicari n per se, vel ex indigentia, sed ma terialiter, et ex concomitantia, qui n et per accidens; ut alij loquun tur. sam ergo probemus conclusionem iactam, qua tuemur proce dere Verbum ex totius Dei cognitione, videlicet essentie Divine, attributorum, et rellationum.

Etenim ut fatentur Verbum procedit ex cognitione per fectissima, tum intuitiva, tum comprehensiva essentie Divine q cum ex aliqua perfectissima cognitione procedere debeat n est aptior alia nisi que fertur in essentiam, eo q sit prior, et principalior si obti; sed cognitio comprehensiva essentie nequit n atingere saltem abstractivé secundarias Dei perfectiones, tam atrributales quam personales, ut tros, quibus essentia conectitur. ergo Verbum per se procedit ex cognitione

ex cognitione saltem abstractiva harum omnium perfectionum; dico saltem abstractiva, quia non aliud in presenti contendo nisi quod Verbum per se procedat ex cognitione harum attributorum; infra discutiam, an ea cognitio sit abstractiva, vel intuitiva.

Sed quia non ita frequenter admittitur procedere Verbum ex cognitione relationum, sicut ex attributorum cognitione. Iubet hanc partem ulterius roborare, et confirmare 1°, nam ut communissime est inter P.P. et theologos, æternus Pater cognoscendo se produ cit Verbum, ergo per se procedit Verbum ex cognitione sui Patris sed cognitio Patris æterni si perfectissima sit, uti debet esse, ut per illam Verbum procedat, nequit non attingere filium, et Spiritum Sanctum ut terminos, quibus Pater conectitur. ergo Verbum per se procedit ex omnium Divinarum cognitione.

Confirmo 2° Verbum per se procedit ex cognitione illarum omnium perfectionum, quæ formaliter ei communicantur, quia cum Pater suum Verbum producit, imo prius origine, quam producat, aperte scit, quod ei formaliter communicet, sed ei formaliter communicat spirationem activam, ut precedenti quæstione docuimus. ergo Verbum per se procedit ex cognitione spirationis activæ: sed activa spiratio qua talis eo quod sit virtus productiva Spiritus Sancti nequit cognosci, quin saltem in abstracto cognoscatur Spiritus Santus tanquam terminus illius; ergo Verbum per se procedit ex cognitione saltem abstractiva Spiritus Santi eodem argumento quo probatur procedere Verbum ex cognitione sui, quia procedit ex cognitione perfectissima Patris, quæ nequit non atingere Patrem ut principium filij; consequenter quoque filium, ut eius terminum.

Confirmo 3°: Spiritus Sanctus per se procedit ex amore Patris et filij, ergo Verbum etiam per se procedit ex cognitione utriusque Personæ quin et inde paritate desumpta colligitur quod etiam procedat ex cognitione 3æ Personæ. Probatur antecedens quia Spiritus Sanctus natura sua procedit ut amor amicitiæ, et concordiæ inter Patrem et filium, ac proinde per se procedere petit

petit ex amore quo se invicem amant, et hac ratione frequentissimé D.D. utuntur ad probandum q[uo]d Spiritus Sanctus per se respectat a Patre et filio procedere, ut in alio loco vidimus unde argumentum est ad hominem. 1° diluuntur obiecta caput 2um.

~~Confirmatur 2° Verbum ex se procedit ex cognitione illarum omnium perfectionum, quae habiliter ei communicantur: q[ui]a cum Pater suum Verbum~~ Obiicies 1° sicut essentia prior est attributis et rellationibus ita prior est cognitio essentiae quam attributorum et rellationum cognitio, sed in eo priori quo Pater constituitur intelligens producit Verbum, cum alia ratione producat, quam intelligendo, ergo prior est verbi productio quam attributorum et rellationum cognitio, proindeq[ue] ñ procedit Verbum ex cognitione alterius obiecti quam essentiae divinae.

Respondetur eam fractissimam cognitionem quae terminatur ad essentiam penetrandam attingere nescio tanquam sibi attributa, et rellationes, unde ñ est prior cognitio essentiae, quam attributorum, et rellationum cognitio in essentia, q[uo]d q[uo]d sit an attributorum, et rellationum cognitio in se, et intuitivé sit posterior essentiae cognitione, q[uo]d omitto.

Obiicies 2° Verbum Divinum ñ procedit per se ex cognitione Spiritus Sancti, ergo ñ procedit per se ex cognitione totius Dei. Probatur 1° q[ui]a cognitio Spiritus Sancti ñ est prius in Patre, quam in Verbo, ergo ñ procedit ex illa cognitione Verbum, patet, n[am] ut procederet opus erat q[uo]d prius existeret in Patre, quam in Verbo. 2° q[ui]a verbum in ratione verbi ñ est ad spiritum Sanctum. ergo seclusa cognitione Spiritus Sancti potest adhuc intelligi constitutum et procedens a Patre: respondetur negando ans., q[ui]a si Verbum procedit per se ex cognitione attributorum, et Paternitatis, eo q[uo]d Paternitas, et attributa

atributa contineantur in essentia, sic ob eandem rationem procedere debet ex cognitione filiationis, et passive spirationis quandoquidem n̄ ~~et~~ rellativum omne, et absolutum condistinctum ab essentia continetur in essentia, neq; potest Divina cognitio perfectissime ferri in essentiam; quin saltem indirecte feratur in rellationes, et atributa. iam enim presedenti cap.e notavi me tantum in presenti loqui de cognitione abstractiva, vel prescindente ab intuitiva, et abstractiva. quare n̄ aprobo q. ab aliquibus docetur, videlicet procedere Verbum ex cognitione atributorum, et rellationis Paternitatis n̄ autem ex cognitione filiationis, aut passive spirationis cum n̄ magis paternitas quam alia duplex rellatio contineatur in essentia.

Iam ad 2am antis ~~...~~ probationem respondeo cognitionem indirectam Spiritus Sancti prius esse in Patre, quam in filio, q.d sic ad hominem convincitur n̄ 2um plures, et fere omnes perfectissima cognitio essentie prius est in Patre quam in filio, sed perfectissima cognitio essentie nequit saltem indirecte ferri circa spirationem passivam, cum hec sit tius respectus ab essentia; ergo cognitio saltem indirecta Spirationis passive, 3e q; Persone prius est in Patre, quam in filio, preterquam q.d inter A.A. communissimum est asserere q.d omne predicatum absolutum prius terminatur substantia Patris, quam filij.

Ad 2am respondeo q.d licet Verbum, ut tale, n̄ sit prius Spiritus Sancti, q. omitto negari nequit esse fo[r]malissime cognitionem essentie Divine, sed eo ipso est cognitio saltem indirecta Spiritus Sancti tanquam tri respecti ab essentia, ergo etc.a unde seclusa quavis cognitione, etiam indirecta Spiritus Sancti n̄ intelligeretur Verbum in se constitutum, nec a Patre procedens q.d q.d sit de cognitione intuitiva, et directa, q.a n̄ intelligeretur constitutum, neq; procedens per cognitionem perfectissimam essentie Divine.

Obiicies 3o n̄ omnes atributa sicut aut

aut notionales perfectiones concurrunt tanquam prium Verbi.
ergo n̄ communicatur f̃aliter Verbo cognitio omnium perfectionum
tam atributalium quam notionalium. ãni est certum, et coã pr
n̄ earlum cognitio communicatur f̃aliter Verbo, quę terminatur
ad eius prium, et quęlibet alia materialiter, et concomitanter se
habet. ratio est, quia cum n̄ aliud nisi prium concurrat ratione sui
n̄ alterius obti cognitio debet communicari f̃aliter, et vi processio
nis Verbi.

Respondetur nullam esse perfectionem in Deo, quę saltem ut trũs
in radice n̄ concurrat tanquam prium Verbi; quia nulla est quam ut
trũm n̄ respiciat prium Verbi. q̃ cumq̃ dicatur esse, quare n̄ est mi
rum q̃ omnium cognitio saltem indirecta communicetur f̃aliter
verbo. prętera respondeo prium Verbi conecti cum cęteris Dei
perfectionibus. unde cognitio perfectissime tangens illud prium
atingere debet ut trõs cęteras Dei perfectiones quanvis omnino se
legentur a ratione prij respectu Verbi. hinc est ut communicata
f̃aliter Verbo cognitione sui prij debeat eo ipso communicari f̃ali
ter cognitio respiciens indirecte cęteras Dei perfectiones tum atri
butales, tum notionales.

Sed instare poteris Verbo Divino per accidens est q̃ eius prin
cipium conectatur cum cęteris perfectionibus. ergo per accidens est
q̃ eius cognitio terminetur ad cęteras perfectiones unde n̄ proce
dit per se ex cognitione, quę terminatur ad omnes Dei perfectio
nes. respondetur negando ãni, quia verbum petit per se illud
prium q̃ de facto habet, et qua ratione de facto se habet, item li
cet n̄ peteret eam conexionem ex parte prij peteret cognitio
nem indirecte respicientem omnes Dei perfectiones ex suppositi
tione q̃ in re daretur ea conexio quia perfectissimam sui prij cogni
tionem petit quę terminative debet in omnes trõs suę conexionis.
4° verbum procedit ex cognitione intuitiva totius Dei ✝ caput 3um.

Ex hucusq̃

~~[illegible]~~

Ex hucusque dictis constat procedere Verbum ex cognitione saltem abstractiva totius Dei, quae procedit ex cognitione intuitiva, et perfectissima Deitatis, quae nequit non formalissime tangere singulas Dei perfectiones ut tales cum quibus essentia conectitur. ulterius inquirimus an etiam procedat ex intuitiva cognitione earundem perfectionum est autem intuitiva cognitio, quae terminatur ad rem existentem, ut existentem, ita ut inmediate, et in se tangat eius existentiam.

In hac difficultate multiplex est Authorum sensus, nam aliqui cum Scoto in 2° dist.e 1a q.e 1a articulo 2° docent verbo solum communicari per se notitiam intuitivam essentiae proindeque Verbum per se dumtaxat procedere ex intuitione essentiae. deinde non nulli propugnant procedere Verbum ex intuitiva cognitione tam essentiae, quam atributorum, non autem personalitatum, alij vero praeter intuitionem essentiae, et atributorum admitunt solam intuitionem paternitatis, ut prium ex qua verbum procedit. alij solam intuitionem spirationis passivae reiiciunt. ac denique omnium personarum intuitio admititur ab alijs.

In hac sententiarum varietate nostra conclusio sit Verbum per se procedit ex intuitione essentiae Divinae, sed etiam atributorum, et personarum. probatur 1° verbum per se procedere debet ex cognitione omnium perfectissima, talis est intuitiva, quae terminatur ad omnes, et singulas perfectiones Dei. ergo per se procedere debet ex intuitiva cognitione totius Dei. consequentia patet maior est certa, quia cum verbum Divinum in ratione talis sit

sit perfectissimum, petit per se, quod ei communicetur perfectissima cognitio per quam procedat, et ex qua constituatur aliquod perfectissimum constitutum non exigeret perfectissimum constitutionum. maior ostenditur, quia in genere suo perfectior est intuitiva cognitio quam abstractiva, et cognitio quae fertur ad omnes Dei perfectiones nobilior est, quam quae solum fertur ad essentiam, vel ad essentiam et atributa relictis personis.

Probatur 2°, quia verbum per se procedit ex eorum cognitione, quorum per se est Verbum, sed per se est Verbum totius Dei secundum omnes, et singulas eius perfectiones. ergo per se procedit ex cognitione totius Dei secundum omnes et singulas perfectiones eius. consequentia patet. minor a nullo negari potest. quamvis dicatur Verbum Divinum esse per accidens verbum personarum et rellationum. maior est certa quia licet Verbum, ut sit Verbum alicuius obiecti requirit eius expressionem, ita ut si verbum per se requirit eius expressionem per se. modo sic verbum petit esse verbum intuitivum totius ~~trinitatis~~ Dei, quia petit esse verbum ea perfectiori ratione, qua de facto, non alia sibi repugnante. ergo etiam de facto sit verbum intuitivum petit esse verbum intuitivum, et consequenter petit ~~esse~~ intuitionem totius Dei secundum omnes eius perfectiones.

Probatur ultimo, quia verbum procedit ex intuitiva cognitione creaturarum existentium, ut infra dicetur. ergo a fortiori procedet ex intuitiva cognitione ~~creaturarum existentium ut infra dicetur~~ perfectionum increatarum sive sint absolutae, sive rellativae. consequentiam nullus negabit, quia nemo semel admitens ut necessariam intuitionem erga creaturas ut inutilem excludet intuitionem erga perfectiones divinas.

Dices 1°. si Verbum per se procederet ex cognitione totius trinitatis intuitiva, esset imago sui et Spiritus Sancti, sed hoc est falsum. ergo et illa. maior constat, quia verbum solum est

est imago Patris, præterquam quod nihil potest esse imago sui ipsius. patet minor, quia verbum illius est imago ex cuius cognitione per se procedit cum aliud non sit esse imaginem, quam intentionaliter obiectum exprimere.

Ante solutionem duo noto. primum hoc argumento probari neque per cognitionem abstractivam personarum procedere verbum, contra statuta præcedentibus capitibus, et forte contra omnium sententiam, quia nullus me iudice negare potest verbo communicari per se cognitionem omnium personarum in ratione termini, quando communicatur illi cognitio comprehensiva, et intuitiva essentiæ. quandoquidem essentia respicit cæteras perfectiones ut termi[nos] suæ conexionis, vel identitatis realis. sequela vero manifeste patet, quia iam verbum saltem abstractive repræsentabit se et Spiritum Sanctum. ergo erit imago utriusque. noto 2um eodem argumento probari, quod neque materialiter et identice procedat verbum ex intuitione sui, et Spiritus Sancti quia iam saltem materialiter erit utriusque imago quod affirmari nequit.

Respondetur negando sequelam ad probationem verbum esse Patris imaginem, quia Patrem exprimit, et a Patre procedit, non utrumque petit imaginis conceptus est enim expressio, vel similitudo producta ab eo cuius est imago unde cum verbum non a se non a Spiritu Sancto mediate, vel inmediate producatur nullius est imago, licet utriusque sit intentionalis repræsentatio, et ob hanc rationem licet verbum sit creaturarum repræsentatio non est illarum imago, quia non procedit ab illis, ubi distinguere oportet hæc duo, verbum procedere ex cognitione obiecti, verbum procedere ex obiecto. primum stare potest et de facto stat absque 2o, secundum infra dicetur de conceptu imaginis ubi constabit imaginem intentionalem, quæ sola competit verbo qua tali non esse proprie [dictam] imaginem, unde nullum forte inconveniens

inconveniens esset admitere, q verbum esset alterius quam Patris imago.

Dices 2°: quamvis Pater n cognosceret Spiritum Sanctum intuitivé produceret Verbum. ergo eiusmodi cognitio per se n requiritur ut proprium verbi. probat etiam hoc argumentum neque cognitionem abstractivam Spiritus Sancti requiri per se tanquam prium verbi, quia licet illa n daretur in Patre produceret adhuc Verbum sicut asseris producendum quamvis defficeret intuitiva cognitio. Respondetur ergo q in eo casu n produceret Pater Verbum adequatum, et perfectum, sed inadequatum et imperfectum, et partiale q ex dicendis amplius constabit.

Dices 3°: verbum procedit ex indirecta, et abstractiva cognitione atributorum, et personarum, ut statutum manet, ergo n opus est q procedat ex intuitiva et directa cognitione earundem perfectionum. respondetur negando conám, n utraque scientia pertinet ad perfectionem Verbi, sicut et intus Divinis, nota vero perfectionem indirecte, et abstractive tangi, quando cognoscitur ut trus alterius perfectionis. directe vero et intuitivé cum atingitur ut existens in se, et uterque modus cognoscendi idem obtum pertinet ad perfectionem Verbi sicut et Divinę scientię, quę atingit omnem veritatem omnimodo possibili. 4° gravis objectio diluitur caput 4um

Difficilius vero contra nostram sententiam obiicies prius est verbum quam eius intuitiva cognitio; ergo nequit Verbum ex intuitiva sui cognitione procedere. cóa patet n q est prius nequit adeo procedere q est posterius. ans pr n ad omnem cognitionem presertim intuitivam debet obtum precedere, ac cum de ratione huius cognitionis

cognitionis, ut ferri ad obiectum existens, ut existens. unde praesupponit necessario existentiam. eodem argumento probatur non procedere Verbum ex intuitiva cognitione Spiritus Sancti, nam haec cognitio posterius est Spiritu Sancto, et consequenter ipso Verbo. Sed nota hoc argumento non probari quod Verbum non procedat ex cognitione Patris. quia sicut Pater est prior Verbo, sic intuitio Patris poterit esse prior Verbo. in solutione huius obiectionis non parum insudant RR. et in eo plura congerunt, quae mihi non probantur, ut eam facillime diluam.

Adverto, quod sicut in Divina scientia dantur plures formalitates intuitive cognoscentes varias Dei perfectiones, unam v.g., quae terminantur ad Patrem, alia ad Filium, et ad Spiritum Sanctum alia; sic in Divino Verbo reperiuntur plures formalitates intuitiva dicentes, et cognoscentes illas Trinitatis Personas: commensuratur enim, et adaequatur Divinum Verbum cum intellectione Divina saltem qua fertur ad increatas perfectiones. item sicut in Divina scientia prior est formalitas, quae terminatur ad Patrem, quam formalitas ad Filium, sic in Divino Verbo. ratio est quia Verbum ut expressivum obiectorum non est aliud quam ipsa essentialis cognitio sibi communicata a Patre ut infra dicetur, et ex dictis constat quandoquidem nomen cognitionem notionalem relegavimus.

Iam ex his respondeo Verbum qua Patris expressivum procedere per intuitionem Patris, et qua expressivum sui, et Spiritus Sancti procedere per intuitionem utriusque. sed tamen prius procedere qua Patris expressivum, quam sui, vel Spiritus Sancti. quare dum Verbum intelligitur 1.º procedere solum intelligitur procedere per intuitionem Patris; quia haec sola tunc adest: ac semel existente Verbo qua Patris expressivo, sicut Pater ilico intuetur illud ita visionem, et intuitionem illius communicat eidem Verbo, proindeque Verbum, qua expressivum sui procedit ex intuitione sui postmodum autem qua expressivum Spiritus Sancti procedit ex eius intuitione. doctrina haec firmabitur infra

infra dum ostendam procedere Verbum ex intuitione creaturarum.

Potest etiam obiectioni aliter respon deri videlicet, q quando cognoscat Verbum ñ presuponitur istud ad cognitionem, imo presuponit cognitionem, ea ratione qua trùs presuponere solet eius prium ñ prioritate temporis, sed prioritate independentiæ a priori, quæ vocari solet prioritas a quo, vel origi nis. unde licet in eodem instanti temporis sit verbum et eius cognitio tamen cognitio est prior prioritate independentiæ quatenus Ver bum a cognitione pendet ut a prio; cognitio vero ñ pendet a verbo ni si adsummum a posteriori, ut a trò, quem infallibiliter infert, et cuius est prium.

Sed hanc solutionem instant. si cognitio intuitiva Verbi presu ponitur ad Verbum. ergo est falsa. patet, ñ in eo priori quo presedit verbum afirmat id existere: sed adhuc ñ existit, sed in instanti sub sequenti; ergo datur in eo priori cognitio qui n detur eius obtum sed cognitio cuius obtum ñ datur est falsa. ergo etc.

Respondetur negando sequelam ad probationem di. cog nitionem illam afirmare verbum realiter existere dependenter tamen a cognitione tanquam a prio. quare ñ afirmat, sed potius ne gat q in eo priori cognitionis detur verbum qa id representat ut pos terius cognitione. cum ergo in re hoc ita sit datur in re obtum illius cognitionis, ut ab ipsa representatur, et consequenter ñ est falsa.

Respondetur ulterius, q licet in eo priori quo datur intuitio Verbi ñ intelligatur Verbum, q obiicitur illi cognitioni ñ adhuc sequeretur cognitionem esse falsam. probo qa cognitio falsa dicit non dari obtum sicut representatur, at in eo priori licet intelligeretur Verbum representari, ñ intelligeretur Verbum ñ dari, ergo ñ intelligeretur cognitionem esse falsam. probo minorem qa solum intelligeretur in eo priori q est prium Verbi sed Verbum ñ dari ñ est prium Verbi. ergo in eo priori tantum in telligitur cognitio Verbi prescindens ab eo q obtum reipsa detur vel

vel ñ detur, et consequenter præscindens a veritate, et falsitate.

Sed instas, q^a sicut hæc causalis est apriori vera ideo Deus intuetur creaturas q^a creaturæ sunt, et ñ econtra, ita hæc: ideo Deus intuetur verbum q^a verbum est, ñ econtra. ergo sicut creaturæ supponuntur ad intuitionem sui, et ab illa ñ causantur, ita verbum supponi debet, et causari ñ poterit.

Respondetur negando ant: q^a illa causalis 2a ñ est apriori, sed aposteriori, q^a verbum ~~est~~ ñ est causa suæ intuitionis, sed potius eius intuitio causat verbum, aut quasi causat. unde potius hæc est vera ideo verbum est, q^a Deus intuetur illud ꝫ per intuitionem sui verbum ipsum procedit, alia vero causalis ideo Deus intuetur creaturas, q^a creaturæ sunt ñ est etiam apriori proprié loquendo, ꝫ existentia creaturarum in rigore ñ causat sui cognitionem in Deo, dicitur vero communiter apriori, q^a ñ est aposteriori cum scientia visionis ñ sit causa creaturarum existentium. 4º verbum procedit ex cognitione possibilium

caput 5um

Egimus de obiecto increato per cuius cognitionem verbum per se procedit. iam de obiecto extra Deum sermonem instituamus. at sum de obiecto possibili, postmodum de existenti. circa possibile versatur duplex sententia 1a negat verbum per se procedere ex cognitione creaturarum possibilium, ita plures cum Vasquez disp^e 24 cap^e 3º. 2a vero concedit, et admitit verbum ex cognitione possibilium per se procedere sic Suarez libro 8 cap^e 6º Arriaga disp^e 52 sectione 4a et thomistæ communiter

Inter utriusque partis DD. convenire debet verbum per se

per se procedere ex cognitione possibilium, quatenus sunt mediate respecti a Divina essentia. non dubitari nequit creaturas possibiles esse terminos, quos omnipotentia Divina producere potest. ergo cognita omnipotentia quae virtus est productiva creaturarum opus est attingi saltem abstractive creaturas, ut possunt ab omnipotentia produci. cum ergo essentia vel sit formaliter omnipotentia, vel radix illius necessum est, ut cognita essentia cognoscatur etiam mediate, vel immediate creaturae quae possunt ab ea produci, quare cum verbum procedat ex infinita cognitione essentiae debet etiam procedere per se ex cognitione possibilium quatenus sunt essentiae, quin et in hoc sensu, non solum procedit verbum ex cognitione possibilium, sed etiam impossibilium, non Deus quantum est in se potest aequaliter possibilia, et impossibilia producere, quod procedit de cognitione possibilium cum illam non repugnantiam quam ex parte sua habent, an videlicet talis cognitio per se requiratur, vel per accidens se habeat ad productionem verbi.

Dicendum est verbum per se procedere ex eiusmodi cognitione. licet autem in hoc asserto cum Authoribus 2ae sententiae conveniam in re, vel principio cui nitor valde dissentio. probant enim illi communiter suam sententiam cum Patre Arriaga 1o non omnipotentia conectitur cum non repugnantia creaturarum sed verbum per se procedit ex cognitione omnipotentiae. ergo procedit etiam ex intrinseca non repugnantia creaturarum propterea quod procedere debet ex cognitione illorum, cum quibus conectitur omnipotentia, vel quaevis alia perfectio Dei. 2o probant quod nequit essentia Divina comprehendi sine possibilium. at Verbum per se procedit ex comprehensione Divinae essentiae. ergo procedit etiam ex cognitione possibilium.

Neutra vero ratio mihi placet. non 1a non, ut in materia de scientia docui nec omnipotentia, nec ulla alia Dei perfectio conectitur, cum intra possibilitate seu non repugnantia creaturarum. deinde sequeretur verbum per se procedere ex cognitione impossibilium, non ut ibi docui, si semel Deus conecti dicatur

conectidicatur cum possibilitate rerum defacto ñ repugnantium, eti
am admitendum erit, conecticum inpossibilitate illarum, quę nunc
inplicant. hoc dum ñ admititur. ergo neqß dicendum est conecticum
possibilitate rerum defacto ñ repugnantium, et exinde Verbum per
cognitionem illarum procedere. 2a quoqß ratio displicet. qª valde du
bium est inter A.A. q requiratur ad conprehensionem, et illud preci
pue num ad virtutem conprehendendam exigatur cognitio trorum.
qui semel statuatur, ut necesia trorum cognitio pro causa, et eius virtu
te conprehendenda, mihi certum est ñ requiri trorum et effectuum cog
nitio qua possibilium esse, sed qua rationem tri habent.

Ex alio prorsus prio ducor ego, qª
videlicet iudico Verbum per se procedere ex cognitione cuiuslibet obti
q per Divinam scientiam atingitur, ut in capᵉ sequenti latius ostendam
at per Divinam scientiam atingitur possibilitas, et intrinseca ñ repug
nantia creaturarum. ergo Verbum procedit ex cognitione possibilitatis
et intrinsecę ñ repugnantię creaturarum. atqß hęc ratio probat Ver
bum etiam per se procedere ex cognitione inpossibilitatis, vel intrinsecę
repugnantię creaturarum ut evidens est ubi noto prędictam cogni
tionem intuitivam ñ esse, sed abstractivam, qª ñ fertur ad rem exis
tentem, ut existentem, sed ut possibilem, aut inpossibilem, ut in
materia de scientia docui.

Dices 1º Pater ęternus prius cognoscit, quę sunt intra, quam
extra Deum, at vi talis prioris cognitionis procedit Verbum per se. ergo
ñ procedit per se ex cognitione possibilitatis intrinsecę creaturarum, quę ut
poté q extra Deum posterius cognoscitur, imo cognitio hęc possibilitatis
intrinsecę creaturarum supponit, et invenit Verbum productum ex vi
prioris cognitionis, quę terminatur ad Deum.

Hoc argũtum et retorquetur et solvitur ex pre
cedenti capᵉ. retorquetur enim qª Pater ęternus etiam se prius cog
noscit, quam Verbum, et Spiritum Sanctum, ut obiicientes fatentur.
et adhuc Verbum per se procedit ñ solum ex priori cognitione, quę terminatur

terminatur ad Patrem, sed ex ulterioribus etiam, quæ terminatur ad filium, et Spiritum Sanctum. ergo quod cognitio possibilium sit post cognitionem erga Deum, quod omitto, non inde sequitur verbum non procedere per se ex cognitione possibilium, sed ex cognitione tantum erga Deum. item solvitur, non inde ad summum infertur verbum qua expressivum Dei non procedere per cognitionem possibilium, quod fatemur; at intendimus, qua possibilium expressivum procedere ex cognitione possibilium. sicut ex cognitione Verbi et Spiritus Sancti procedit, qua utriusque expressivum, et non qua expressivum Patris, et sicut in Verbo formalitas expressiva Patris est ante formalitatem expressivam sui et Spiritus Sancti, sic formalitas expressiva Dei prior est formalitate possibilium expressiva. de hoc tamen fusius infra.

Dices 2° quod est magis necessarium pendere nequit a minus necessario: non antecedens nequit esse magis necessarium, quam consequens, siquidem ablato consequenti necessario est, ut tollatur antecedens, cum a negatione consequentis infallibiliter, et necessario valeat ad negationem antecedentis, et qui destruit consequens, consequenter videatur destruere antecedens: sed Verbum utpote Divinum est magis necessarium, quam creaturæ possibiles; ergo nequit verbum a possibilibus pendere, sed si per se procederet ex possibilium cognitione penderet a possibilibus, quia penderet a possibilium cognitione, quæ subsistere nequit sine possibilibus, neque potest esse cognitio possibilium magis necessaria, quam sunt ipsa possibilia. ergo etc.

Respondetur concessa maiori, quoniam immerito non nulli negant distinguendo minorem Verbum ut expressivum possibilium est magis necessarium, quam possibilia nego. verbum secundum propriam entitatem, vel quà expressivum Dei concedo. quod in ipsa met scientia patet, quæ licet entitative, vel secundum quod attingit Deum sit magis necessaria, quam possibilia, non tamen qua representat possibilia. secus deficientibus possibilibus, adhuc persisteret in Deo scientia possibilium. quod est impossibile, quia iam esset falsa. noto 2° non facile probari, Deum esse magis necessarium in existendo, quam creaturam in non repugnando quod tamen

Deus est infinitus et omnino maxime indepen-
dens a sua impotentia libera ergo ubique perfectio
est omnino maxime independens etc., sed si ubique
omnes producerent ex cuiusque obiecti cognitione ubi perfectio
non esset maxime independens a sui potentia libera;
sed tum magis cognitio futurorum contingentium eadem [illegible]
seu prius ideo cognitio futurorum non esset maxime inde-
pendens a sui potentia libera: ergo ubi perfectio non esset
maxime independens a sui potentia libera: sed tamen
cognitio futurorum seu existentium non est maxime
independens perfectio totaliter a priori: ergo non potest
esse maxime independens a impotentia libera.
ergo [illegible]
[illegible]
sed sequitur ideo est maxime [illegible] ex
[illegible] ergo procedit ex cognitione [illegible] maxime
maxime, [illegible] non procedit ex cognitione relata ad
creaturas quarum auctore [illegible] est contingens
ideo cognitio relata ad Deum dicitur absolute contingenti
maxima ergo exprimit Deus absolute maximus

†

Ya escriui, y remiti los apuntamientos q̃ vmd pedia. fue la Carta por el Araal, con vn religioso de mi Conuento. tambien pedia traslada se vmd el sermon q̃ esta alla, y me remitiesse el mio.

Esse acabe, y se puede acomodar a animas &c, y es el borrador. Con q̃ si pareciere algo seruira, y sino romper q̃ alla queda en limpio. y are lo mismo con los q̃ fuere aziendo. el mesmo dia q̃ alla temblo ala la tierra, fue cosa ... hogar. Caio ... y no en todo el ...

vn rayo, y no izo daño. tengo alma [illegible]
Como deseo, y, a Dios. Puerto Rl. y oct.e
19. del 1780 año.

Primo y Cap.n [illegible] q. s. m. B.

fr. Geronymo de
la Cruz

sed Cognitio terminata ad obiectum est cognitio terminata ad
rem absolute et simpliciter contingentem: ergo est absolute
et simpliciter contingens:
Nec ipso quod sit simpliciter contingens quoad
terminationem est simpliciter contingens quoad entitatem: ipso
haec terminatio est intrinseca ~~ent~~ verbo et est alia verbo [illegible]
verbum quoad hanc terminationem est simpliciter contingens: ergo
verbum quoad entitatem est simpliciter contingens.

tamen omittimus in presenti, ut ad alia properemus ex quibus tota hęc doctrina magis firmabitur. 4° verbum per se procedit ex cognitione creaturarum existentium. caput 6um

Creaturę existentes, vel sunt positivę, vel negativę, positivę contingenter existunt, q^a potuerunt n̄ existere, ex negativis autem aliquę eo modo contingenter existunt, et alię necessario, v.g. negatio alterius mundi contingenter datur, at negatio formaliter excludens chimeram est tam necessaria quam impossibilis est chimera. rursus existentia creaturę possunt esse absoluta, vel conditionata, si absoluta de preterito presenti, vel futuro. si conditionata sub conditione inferenti, vel indifferenti etc^a.isdem animadverto, istam cognitionem erga obiectum absolute existens, sive positivum, seu negativum sit proprie vocari cognitionem intuitivam. iam ergo statuo verbum per se procedere ex cognitione creaturarum existentium, sive absolute, sive conditionate existant. quin et in universum affirmo nullius obiecti creati cognitionem in Deo repperiri ex qua Divinum Verbum per se n̄ procedat.

Patet hęc resolutio 1° authoritate S. Augustini, vel Anselmi S. Thomę aliorum qz P.P., qui possunt videri penes nostros A.A. huic sententię subscribentes sunt P. Montoya disp^e 63 de trinitate sectione 4a, P. Valentia 1a parte q^e 8a de trinitate ubi ait hanc sententiam fuisse communem antiquorum theologorum, P. Zuñiga disp^e 1a dubio 7°, P. Arriaga sitatus subiectione 3a et alij penes nos, frequentissimum est apud Sanctos P.P. dicere, per Verbum exprimi, qd est in scientia Divina; sed

sed in scientia Divina sunt omnia cognoscibilia. ergo omnia per Verbum exprimuntur; et consequenter ex omnium cognitione Verbum procedit. unicum vero testimonium ex D. Thoma non omittam in hac q.e 34 articulo 1.o ad 3um ubi loquitur, Pater intelligendo se, et filium, et Spiritum Sanctum, et omnia alia, quae eius scientia continentur concipit Verbum, ut sic tota trinitas verbo dicatur, et etiam omnis creatura, ubi particula intelligendo non sumitur concomitanter, sed causaliter idest intellectione, ut principio concipi ~~concipiendo~~ verbum alioqui non magis conciperet intelligendo quam amando, cum amor, non minus quam intellectio comitetur productionem Verbi caetera praedicti testimonij verba patent.

Probatur 2.o ratione, et omissis alijs quibus frequenter utuntur praecitati D.D. et mihi non probantur, eo quod falsissimis nitantur prijs. sic arguo Verbum Divinum est expressio cuiuslibet obiecti. ergo procedit a Patre per cognitionem omnium obiectorum. antecedens est certum, quia Verbum non solum exprimit quod est intra, sed quod est extra Deum, neque solum loquitur Deum sed etiam creaturas. consequentiam probo, nam ex illius obiecti cognitione procedere debet cuius est expressio, et loquutio. Confirmo Pater ut praecisse cognoscens Deum, licet aptus et expeditus sit ad producendum Verbum qua repraesentativum Dei, non tamen ad producendum Verbum, qua repraesentativum, et expressivum creaturarum. ergo cum Verbum non sit expressivum solius Dei, sed etiam creaturarum opus est, ut ex parte Patris, non solum concurrat tanquam principium Verbi cognitio circa Deum, sed etiam circa creaturas.

Respondent communiter oppositi D.D. Verbum materialiter sumptum esse repraesentativum creaturarum, at formaliter, et per se repraesentativum, et expressivum esse solius Dei proindeque Verbum formaliter, et per se procedere solum ex cognitione Dei, sicut materialiter, et concomitanter ex cognitione creaturarum.

Haec vero solutio multis inpugnari

inpugnari potest, et tum rogo cur non similiter dicetur Verbum formaliter et per se non exprimere totam trinitatem sed solam personam Patris aut solam Divinam essentiam, et consequenter solum ex cognitione Patris, vel essentiae formaliter et per se procedere, sicut materialiter, et concomitanter ex aliarum perfectionum cognitione, certe non facile dabitur discriminis ratio, maxime cum apud nos, et. cognitio essentiae prior sit cognitione Personarum, et cognitio Patris prior cognitione filij, vel Spiritus Sancti, sicut cognitio Dei prior adipsis dicetur cognitione creaturarum, ideoque reijcitur haec a prio. Verbi per se, quia videlicet invenit iam Verbum existentem a priori cognitionis tendentis erga Deum, similiter non dicam cognitionem Verbi, vel Spiritus Sancti iam invenire Verbum existens vi cognitionis tendentis erga Patrem, vel essentiam Divinam, et consequenter non esse prium Verbi per se.

Inpugnatur 2° quia sicut cognitio Divina formaliter est tendentia vitalis erga omnia cum veritate cognoscibilia, sive Divina sive creata sint, ita Verbum Divinum formaliter est expressio, et loqutio circa omnia obiecta cum veritate loquibilia, nihil enim est in Divina scientia, quod Verbum Divinum non loquatur, at scientiae Divinae non est per accidens, sed per se cognoscere quaecunque cognoscibilia licet creata. ergo neque per accidens aut concomitanter, sed valde per se erit Verbo loqui, quaecunque loquibilia, licet creata: sed ex eius cognitione per se procedit cuius est loqutio per se: sed per se procedit ex cognitione cuiuslibet obiecti licet creati. urgeo, si cognitio Divina non exprimeret aliquid creatum cum veritate cognoscibile esset imperfecta proindeque dicit per se cognoscere quod est cum veritate cognoscibile, sed etiam Verbum esset imperfectum si taceret aliquid ex se loquibile. ergo per se dicit omnia loqui, et consequenter ex omnium cognitione procedere.

Inpugnatur 3° quia illud dicit Verbum per se quod includitur essentialiter in ipso: sed in ipso includitur essentialiter

essentialiter expressio creaturarum. ergo per se dicit expressionem creaturarum, et ex illius cognitione per se procedit cuius expressionem dicit per se. ergo etc. sola minor huius discursus indiget probatione, quae facilis erit si notes Verbum Divinum integre sumptum esse repraesentationem et expressionem cuiuslibet veritatis, per notionalem seu Personae proprietatem subsistentem, ubi tot formalitates expressionis, et subsistentiae sunt praescindibiles, quot fuerint veritates obiectivae expressae. neque dubito, quod saltem ibi distinguatur per intellectum duplex formalitas, alia, quae sit expressio obiecti Divini, et alia creati, cui utrique formalitati cognitionis, et expressionis respondeat alia duplex formalitas subsistentiae, per quam una subsistentia cognitio circa Deum, et per aliam cognitio circa creaturas. in hoc autem coniuncto, quamvis non videatur essentialiter includi expressionem creaturarum. ergo clauditur in obiecto essentialiter creaturarum expressio.

Explicatur magis. loquor de illo coniuncto quod resultat ex repraesentatione creaturarum, et subsistentia Verbi, quae distinguitur ab alio coniuncto resultante ex repraesentatione Dei et formalitate subsistentiae. sic arguitur hoc coniunctum est Verbum Divinum, non est intellectio Divina producta a Patre, sed id formaliter, et qua distinguitur ab alio solum procedit ex cognitione creaturarum et non ex cognitione Dei, non ergo est de ratione Verbi Divini procedere per cognitionem Dei: multoque minus excludere cognitionem creaturarum. itaque utrumque coniunctum, qua formaliter distinctum ab alio solum per se procedit ex cognitione creaturarum, et non ex cognitione Dei; non igitur est de ratione Verbi Divini procedere per cognitionem Dei, multoque minus excludere cognitionem creaturarum. itaque utrumque coniunctum, qua formaliter distinctum ab alio solum per se procedit ex cognitione creaturarum, quod solum est expressio creaturarum.

Impugnatur ultimo, non Verbum per se petit excludere

excludere quidquid imperfectionis excogitari potest in linea Verbi: at non exprimere aliquod obiectum, etsi creatum esset imperfectio in linea Verbi; petit ergo per se hanc imperfectionem excludere, sed excluditur formaliter per expressionem omnium obiectorum ergo per se petit expressionem omnium obiectorum, et consequenter ex cognitione omnium procedere. Totus discursus est mihi certus 4° alijs rationibus idem intentum fulcitur caput 7um.

Prima sit Verbum per se procedere debet ex illa perfectiori cognitione per quam sine incommodo procedere potest, at sine incommodo procedere potest ex omnium cognoscibilium cognitione, quae perfectior est qualibet alia; debet ergo per se procedere ex omnium cognoscibilium cognitione. Consequentia patet. maior apud omnes certissima est, quia cum Verbum in ratione Verbi perfectissimum sit debet ex perfectiori cognitione per se procedere, nisi aliquid obstet. minor probatur et in primis quod nullum incommodum detur in eo quod per se procedat ex eiusmodi cognitione patebit ex argumentis: quod autem omnium cognoscibilium cognitio sit perfectior qualibet alia non omnia cognoscente constat ex terminis ipsis, nam omnium cognoscibilium cognitio claudit quidquid perfectionis est in qualibet alia cognitione, et praeterea illam superaddit aliam; etenim prorsus inintelligibile cognitionem non dicere plus perfectionis, quae plus extenditur ad repraesentandum.

Confirmo nam cognitio repraesentans unam trinitatis Personam est minus perfecta, quam cognitio duas repraesentans, et ideo Verbum per se procedere debet ex cognitione, non iam una, sed

sed duas, et tres Personas representante. ergo similiter cognitio representans solum Deum est minus perfecta, quam cognitio representans Deum et creaturas, ideoque Verbum ex hac Divina cognitione, ut pote magis perfecta procedere debet. nec obstat, quod creaturae non sint aliquid Divinum, inde namque solum arguitur, cognitionem ex habitudine ad creaturas non haurire tantum perfectionis quam si quid creatum et Divinum essent, non vero nihil perfectionis haurire. et sane data quod existentibus creaturis Deus non cognosceret illas esset absque dubio intrinsece imperfecta Divina cognitio, quia deficeret ei tendentia vitalis erga obiectum cum veritate cognoscibile. ergo ea tendentia circa creaturam est aliqua perfectio distincta quidem a tendentia circa Deum.

2a ratio Verbum ut exprimit creaturas habet in Patre principium per se hoc non est aliud quam cognitio creaturarum. ergo cognitio creaturarum est prius per se Verbi. cons. patet maior est certa, quia nihil est in Verbo, cui non respondeat ex parte Patris prius per se, cum omne quod in Verbo reperitur, vel sit productum, vel communicatum a Patre. minor est indubitata, nam cognitio circa Deum nequit esse prius Verbi quà creaturas exprimentis. sicut cognitio representans 1am Personam nequit esse prius Verbi, quatenus exprimit se vel Spiritum Sanctum, semper enim debet esse prius Verbi, qua determinatum hoc obiectum exprimit cognitio Patris in idem obiectum tendens.

3a ratio si Verbum per se non procederet ex cognitione creaturarum, prius origine intelligeretur Verbum productum quam habens cognitionem creaturarum, hoc est falsum. ergo Verbum per se procedit ex cognitione creaturarum. maior ex inde constat, quia Verbum esset independens a cognitione creaturarum, sed cognitio creaturarum presertim existentium penderet a Verbo tanquam a prio sui obiecti, sine quo subsistere nequit cognitio. minor probatur, quia iam Verbum haberet eam cognitionem, quin acciperet illam a Patre

a Patre in sui productione. siquidem adveniente cognitione sup
ponitur Verbum ante productum. hoc autem est impossibile
quia nullum predicatum est in Verbo, quod a Patre non acceperit in sui
productione.

Dices, vi productionis accepisse Verbum a Patre cognitionem
creaturarum quoad intrinsecam perfectionem, non enim quoad termi
nationem, vel expressionem creaturarum in actu 2°. contra nam
cognitio creaturarum quoad expressionem in actu 2° reperitur
de facto in Verbo, sed cognitio quoad expressionem creaturarum
in actu 2° non est a Patre vi productionis. ergo de facto reperitur ali
quid in Verbo quod non sit a Patre vi productionis. quod nullus dicet. contra
deinde nam expressio creaturarum in actu 2° est aliqua perfectio
Divinæ cognitionis, nam si defficeret existente creatura, defficeret ab
sque dubio a Divina cognitione aliqua intrinseca perfectio essetque Di
vina cognitio intrinsece imperfecta. ergo si Verbum non accipit a Patre
vi productionis cognitionem creaturarum quoad actualem expressio
nem illarum non accipit cognitionem quoad omnem sui perfectionem. hoc
vero non latius insequor, quia tangit difficultatem de actu libero.

Ultima ratio nam id per se communicatur
Verbo, quod ita communicatur, ut si non communicaretur destrueretur
Verbum, sed si non communicaretur cognitio creaturarum destrueretur
Verbum. ergo per se communicatur Verbo cognitio creaturarum, et
consequenter ex illarum cognitione per se procedit. maior patet, nam quod ita
communicatur, ut si non communicaretur destrueretur Verbum, nequit
per accidens communicari. ergo debet communicari per se. quia non alius
modus communicandi. minor probatur, quia si Verbo non communicaretur cog
nitio creaturarum, Verbum ignoraret creaturas, essetque muti
lum, et imperfectum, sicut esset scientia creaturas ignorans. ergo
destrueretur Verbum, sicut destrueretur scientia.

Mitto rationes alias indigestitas quod De
us per se conectatur, imo constituatur aliquibus negationibus ex

ex quarum proinde cognitione dicitur verè procedere verbum. ergo Deus conectitur cum negatione formaliter contradicente, et destruente eius destructivum sui. trinitas etiam Personarum constituitur in ratione trinitatis per negationem excludentem identitatem inter Divinas Personas, nam deficiente hac negatione identitatis poneretur identitas, et ~~poneretur~~ trinitas tolleretur. unde cum verbum procedat ex cognitione trinitatis oportet, ut procedat ex cognitione harum negationum, quæ sunt aliquid extra Deum, licet afficiant Deum. hæc, inquam, omitto, quia pertinent ad alias materias, neque pro sententia nostra comprehendenda requiruntur. 4o obiecta solvuntur caput 8um.

Dices 1o verbum est necessarium, ergo nequit ex libera scientia prodire. patet nam quod est necessarium habere non potest principium liberum, et contingens maxime, si nequeat existere absque tali principio. Respondetur distinguendo ans. verbum qua divinas perfectiones exprimit, est necessarium concedo. qua creaturas existentes exprimit subdistinguo, est necessarium in se, vel quoad intrinsecam perfectionem concedo, quoad terminationem vel expressionem creaturarum nego. ex quo tantum infertur, quod habere nequit proprio sui quâ Deum exprimit scientiam liberam, minime vero sequitur, quod illam habere nequeat, quâ expressivum est creaturarum existentium. absolute vero non est dicendum verbum Divinum esse liberum, aut contingens, sed secundum quid hoc est, qua respicit creaturas, sed secundum ordinem ad illas; non entitative sicut de scientia, et voluntate dici solet.

Etsi ante quod non omnes formalitates Divini Verbi sint necessariæ, saltem quoad terminationem est mihi certum; nam sicut scientia non solum est cognitio Dei, sed creaturarum, ita

ita Verbum non solum est expressio Dei, sed creaturarum. Quaeritur an omnes hae expressiones sint de formalissimo Verbi conceptu vel excludendae sint ea, quae respicit creaturas. Quomodo non cu ro. ergo licet scientia complete sumpta partim est necessaria, partim quasi libera, sic et verbum. unde rursus infero, verbum qua respicit creaturas habere proprie liberam cognitionem creaturarum, sicut quà respicit Deum, habet proprie necessariam Dei cognitionem, non quà respicit creaturas habere nequit proprie cognitionem erga Deum, sed erga creaturas, id ergo solum discriminis est inter nostram, et alienam sententiam, quod ego sententiam, omnes expressiones constituere formaliter, et per se verbum, quod ab aliis negatur.

Sed adverto 1° dicta non intelligenda solum de verbo, sed etiam de Spiritu Sancto, qui quatenus est amor productus erga creaturas existentes, aliquomodo contingens est 2° non solum Verbum, et Spiritum Sanctum, sed etiam utriusque processionem aliquomodo contingentem esse, prout scilicet est communicatio scientiae, vel amoris producti, quia nequit intelligi scientiam, et amorem communicatum esse, quodammodo contingentem, et eius communicationem esse omnino necessariam. 3° nota aliud esse loqui de filio, et Spiritu Sancto nec non et processione utriusque aliud vero de verbo amore et esse producto, et de processione utriusque. filius enim, et Spiritus Sanctus, et utriusque processio prout his rationibus significantur non videntur exprimere respectum aliquem ad creaturas, sed solum ad principium generans, et spirans. unde nihil contingens afferre videtur; at sub omnibus nominibus, verbi, et amoris producti, et procedentis a principio sonant respectum ad creaturas, qui proinde contingens est in sensu dicto.

Dices 2°. ergo dantur in Trinitate duo Verba, alterum

alterum necessarium, et alterum contingens, quod alter est inauditum.
Respondetur nomine solum dari duo, et infinita verba, partialia tamen et quoad unum, et totale verbum integrandum ordinantur, sicut dantur infinitæ scientiæ partiales, tot scilicet, quot sunt obiecta cognita, quæ ad unicam, et totalem Dei scientiam integrandam concurrunt. quod sic ulterius confirmo: nam in ipso met verbo necessario quod omnes admittunt dantur duo verba quorum unum exprimit Patrem, et aliud Spiritum Sanctum, quandoquidem est diversa formalitas in verbo Patrem exprimere, ac Spiritum Sanctum representare. Confirmo præterea, quia verbum qua representativum non est aliud quam ipsa Dei cognitio. quid ergo mirum, quod sicut datur duplex cognitio, alia necessaria, et altera contingens, detur etiam duplex verbum aliud contingens, et aliud necessarium. esset quidem absurdum admittere duo verba realiter distincta, vel omnino completa, nullum autem est duo partialia realiter identificata concedere.

Dices 3º: Spiritus Sanctus non procedit per amorem liberum. ergo nequ Verbum per scientiam liberam. antecedens ostendo, quia si Spiritus Sanctus procederet per amorem liberum, prior esset Spiritus Sanctus, quam Verbum. hoc autem est absurdum, quia potius Verbum est prius Spiritu Sancto. ergo etc. probatur sequela, nam prius est in Patre liberum decretum erga creaturas per quod producatur Spiritus Sanctus, quam libera scientia de decreto, et creaturis, quam producatur Verbum. ergo prior erit Spiritus Sancti processio quam Verbi.

Respondetur quoad necessaria prius esse Verbum, quam Spiritum Sanctum, quia sicut in Patre prior est cognitio quam amor sui, sic prior est productio Verbi per cognitionem necessariam, quam productio Spiritus Sancti per amorem necessarium, quoad libera tamen inconveniens non est quod prior

prior sit productio Spiritus Sancti quam Verbi, sicut decretum est prius scientia visionis de illo. et quidem sicut non est inconveniens quod Pater prius communicet Spiritui Sancto decretum quam filio cognitionem de illo: propterea quod in Patre datur prius decretum quam cognitio, sic non est inconveniens quod cum has finalitates liberas prius procedat Spiritus Sanctus quam Verbum maxime cum in mea sententia non sit aliud procedere Verbum per cognitionem, et Spiritum Sanctum per amorem quam Verbo communicari cognitionem a Patre, et Spiritui Sancto amorem ab utroque. Sed adverte Verbum quoad in trinsecam perfectionem prius esse, quoad terminationem autem ad creaturas contingentes a vero esse post Spiritum Sanctum.

Unitas si Spiritui Sancto communicatur ea libera volitio. ergo Spiritus Sanctus libere non amat. sequelam probas, nam ea volitio prius est in Patre, et filio, quam existat Spiritus Sanctus. quandoquidem omnia predicata communia reperiuntur prius in Patre, et filio, quam existat Spiritus Sanctus, quia prius prioritate originis existit Pater et filius cum omnibus predicatis absolutis, quam Spiritus Sanctus producatur. ergo quoad tam existentiam, ut ita dicam, eius volitionis non fuit liber Spiritus Sanctus. ex suppositione vero, quod semel existat, nequit non illum actum admittere communicatum a Patre, et filio. ergo etc.

Hoc tamen argumentum urget in omni sententia. quia licet demus, neque Verbum per scientiam liberam, neque Spiritum per amorem liberum procedere, negari nequit, quod volitio libera prius prioritate originis existens in Patre et Filio communicetur exinde ab utroque Spiritui Sancto. iam ergo tenentur omnes explicare, quomodo talis volitio sit libera Spiritui Sancto cum neque sine nec in Patre aut filio potuerit illam impedire, quandoquidem non existebat in eo

in eo priori originis, quo Pater, et Filius eam habuit, sed cum sit
existens nequeat non illam admitere.

Pro huius ergo difficultatis explicatione, et argumenti solutione dicunt aliqui non communicari Spiritui Santo volitionem volitionem liveram in se, sed in natura divina quatenus Pater, et Filius dum propriam naturam, et essentiam communicant Spiritui Sancto dant illi coeriter, et mediate quamlibet liveram volitionem. unde prius est Filium accipere essentiam a solo Patre, et Spiritum Sanctum ab utroque, postmodum autem quod omnes tres Personae communi consensu prorumpant in volitionem liveram creandi mundum v.g. haec explicatio indicatur a P. Suares, et provabilissima est in sententia non admitente, Spiritum Sanctum procedere per amorem liberum. at in opposita, quam propugnamus in presenti, cum Spiritus Sanctus ex amore livero procedat opus est hunc amorem preexistere in Patre et Filio tanquam priorem communicatibum Spiritus Sancti, cui proinde formaliter, et per se communicetur. unde necesarium est aliter discurrere.

Fateor itaque reperiri volitionem liveram in Patre prius origine quam existat Spiritus Sanctus nihilominus ea volitio dum postea communicat Spiritui Santo denominat illum livere volentem, ratio est, non ut aliquis suppositum denominetur livere volens non requiritur quod volitio sit libera personalitati, sed naturae; quod tam in creatis quam divinis existentiis patet, nam voluntas deambulandi quam habet livere Petrus, non est livera subsistentiae, sed humanitati quae pro dominio in suas actiones potest illam habere, vel non habere. voluntas etiam producendi mundum, non fuit libera Personalitati Patris sed essentiae divinae, cum ergo eadem sit essentia Patris, ac Spiritus Sancti volitio, quae libere consipitur ab essentia Patris, libere consipitur ab essentia Spiritus Sancti

sancti, quare sicut Patrem denominat libere volentem, ita filium, quando communicatur illi.

Dico quando communicatur illi, nam in eo priori, quo primum extitit ea volitio non fuit libera Spiritui Sancto, quia nondum erat Spiritus Sanctus quamvis libera fuerit eius naturae, quae est ipsissima natura Patris, at cum postea communicatur Spiritui Sancto iam denominat illum libere volentem, quia suppositum denominatur libere volens a volitione, quam libere concipit eius natura, quaelibet enim denominatio conveniens naturae ut quo, convenit, ut quo cuique supposito eius naturae, quod apertissime patet hoc exemplo. si natura humana prius in instanti reali unita cum subsistentia Patris, conciperet actum liberum, et postmodum uniretur cum alia subsistentia deferendo secum eiusmodi actum denominaret libere volens hoc tum suppositum ab eo puncto quo uniretur illi, non antea quia suppositum non erat antea. suppetit etiam aliud exemplum. si humanitas Christi prius ratione, quam uniretur elliceret actum meritorium unionis ad Verbum non diceretur verbum meruisse sed humanitatem; at si post unionem retineret humanitas illum actum ab eo iam denominaretur totum Christi suppositum, quamvis haec omnia contingerent in unico instanti reali. 4º nonnullae instantiae caput 9um.

Instans 1º ad summum infertur ex nostra doctrina verbum procedere per scientiam liberam ex suppositione quod eiusmodi scientia detur, et existant creaturae circa quas terminatur hoc autem non est procedere per se. ergo verbum per se non procedit ex eiusmodi scientia. probo minor quia procedere per se est ab aliquo prius esse ita procedere, ut independenter a qualibet suppositione praesertim libera, et

et contingenti petat tru's eiusmodi prium.

Respondetur quod sicut scientia petit per se termi nari ad possibilia, et existentia, non quidem absolute, sed ex suppositio ne, quod dentur, ita Verbum. quod sit an hic modus petendi vocari debeat absolute per se, vel per accidens, quod est de nomine conten dere. non in praesenti solum conamur ostendere, procedere per se Verbum ex cognitione cuiuscumque cognoscibilis, quod detur, et Spi ritum sanctum ex amore cuiuscumque amati. quare Verbum per se petit absolute cognitionem mundi, vel non mundi, determina tam vero cognitionem mundi absolute non petit, sed si detur. Respondetur deinde Verbum, ut expressivum creaturarum existentium petere per se absolute, et simpliciter scientiam liberam, non ut sic expressivum est aliquid contingens, ideoque non est mirum, quod absolute, nullaque facta suppositione petat per se scien tiam liberam, et contingentem creaturarum, imo, et ipsas creaturas. sicut eas absolute petit scientia Divina prout ex pressiva creaturarum, cum existere non possit absque creaturis.

Instas 2.º prius est Verbum, quam scientia futurorum. ergo nequit Verbum ex ea scientia prodire. consequentia patet, ans. ostenditur, quia prior est Christus quam eius opera consequenter que prior est, quam opera iustorum ellicita ex gra tia per Christum collata. ergo prius est Verbum operibus Christi ceterorumque iustorum, et consequenter prius est scientia de his operibus. consequentia patet, non in Persona Christi clauditur Verbum, ut eius opera dignificans, et elevans ad infinitum valorem. hoc etiam argumentum urget eos D.D. qui iudicant essentiam Di vinam in intellectione consistere, rursusque opera Christi, non solum ex personalitate, sed ex natura dignificari: quae enim ratione poterunt dignificari ex scientia, quae non ad illa prae cedit, sed subsequitur. forte vero respondebis essentiam non consistere in intellectione libera, sed necessaria, quod non est sic discuti=

discutiendum.

Respondetur distinguendo ant. prius est Verbum necessarium, quam scientia futurorum concedo. prius est Verbum adequatum nego. sicut enim prior est scientia necessaria, quam libera, sic prius est Verbum necessarium quam liberum, et sicut omnis, et adequata scientia non est prior, quam scientia libera futurorum, ita neque Verbum adequatum est prius scientia futurorum. ad probationem antis. omisso anti distinguo coens ergo prius est verbum necessarium operibus Xpti concedo, prius est verbum liberum nego, quia opera Xpti sicut non supponuntur esse verbum ita non ab eo significantur, sed tantum a Verbo necessario, quod resultat ex cognitione Divinitatis. ne quis timeas opera Xpti deprimenda ex eo quod non significentur ab omni Verbo, quia sufficientissime hauriunt infinitum valorem, et estimabilitatem ex Verbo necessario.

Instas 3.º sequitur ex nostra sententia dari reflexiones infinitas in Verbo, quod videtur absurdum. sequella probatur quia postquam Verbum expressit Divinam essentiam opus est, ut per aliam formalitatem reflexam exprimat illam cognitionem directam, et per aliam 3am formalitatem exprimat hanc reflexam cognitionem, et sic in infinitum. deinde postquam Verbum expressit creaturam existentem opus erit, ut per aliam formalitatem reflexam exprimat istam cognitionem directam, et per aliam 3am formalitatem exprimat hanc reflexam cognitionem, et sic in infinitum. quare necessum erit in verbo concedere duplex infinitum reflexionum, aliud necessarium et aliud liberum. quia infinitum reflexionum quod fundatur in essentie cognitione necessarium erit, contingens autem, et liberum quod fundatur in cognitione creature existentis. Respondetur ita quidem esse nec in hoc ullum inconveniens reperiri, quia in materia de scientia late ostendi duplex hoc reflexionum genus esse necessario concedendum.

Instas 4.º

Instas 4° si Verbum procederet ex libera scientia deberet Paternitas cum ea concurrere, sed nequit concurrere. ergo. maior videtur certa, quia scientia solum est prius communicativum Verbi. quare necessum ut ad alteram scientiam concurrat Paternitas tanquam prius productivum maxime cum supra statuerimus solam Paternitatem, ut a quolibet absoluto virtualiter distinctam esse prius ex parte Patris productivum 2ae Personae. minor probatur quia iam Paternitas impendit cum scientia necessaria totum concursum in Verbo necessario producendo. ergo nequit iterum illum impendere cum scientia libera pro libero Verbo producendo.

Respondetur concessa maiori negando minorem. ad eius probationem dico paternitatem cum scientia necessaria non impendisse totum concursum, sed concursum necessarium pro necessario Verbo producendo, liberum autem concursum reservasse pro libero Verbo cum scientia libera producendo, quia cum scientia necessaria non poterat verbum liberum producere, sicut neque verbum necessarium cum scientia libera. neque difficultas haec effugitur in adversariorum sententia, nam Paternitas cum cognitione Divinitatis, quae prior est attributorum et personalitatum cognitione prius concurrit ad producendum verbum ut expressivum Divinitatis, et postmodum cum cognitione attributorum, et personalitatum, denuo concurrit ad producendum Verbum, ut expressivum attributorum, et personalitatum.

Etiam, vel ego fallor, vel a nullo potest negari, quod sicut Verbum exprimit increatas perfectiones, ita creatas exprimat et sicut est verbum, medio quo Pater loquitur divina, sic etiam Verbum medio quo loquitur creata. iam ergo loquor de verbo, qua praecise loquitur creata. habet sui prius productivum, et communicativum, productivum est sola Paternitas, quia praeter hanc nil est in Patre productivum ad

ad intra, communicativum vero ista scientia quæ fertur ad res creatas. ergo cum aliunde Paternitas concurrat etiam ut principium productivum Verbi necessarij cum scientia necessaria negari nequit Paternitatem bis concurrere, videlicet cum scientia necessaria, rursusque cum libera. cum autem in Paternitate distinguibilis sit duplex formalitas alia per quam ad Verbum necessarium cum scientia necessaria concurrat et alia ad verbum liberum cum scientia libera, et est alia difficultas in qua non veremur affirmative respondere.

Instas ultimo Persona procedens est aliquid positivum; scientia libera, et volitio libera supra necessariam solum addit respectum rationis ad verbum contingens. ergo Persona procedere nequit ex scientia et volitione libera. patet consequentia nam quod est positivum et reale procedere nequit ex aliquo prior rationis. sed argumentum instito, creatura est quid positivum et reale, sed efficax et libera volitio per te est quid rationis. ergo creatura nequit ex tali volitione procedere quod est falsum. Respondetur 1º negando minorem nam actus liber addit supra necessarium formalitatem positivam et realem, quæ sit tendentia realis in obiectum contingens: 2º si darentur actus liber respectus rationis, verbum et Spiritus Sanctus qua tendunt in creaturas erunt etiam aliquid rationis unde mirum non erit quod respectus rationis sit a respectu rationis. 4º per quod formalissime constituatur divinum Verbum quod 3a 2am Personam esse Verbum præmittit caput 1um.

Conclusio haec est certissima, sed tamen in eius explicationem aliqua breviter in hoc capite advertenda sunt. ac tum quod in Deo detur ratio Verbi non est dubium ut ex dicendis apertissime constabit. hoc supposito.

Dubitatur 1° an ratio Verbi sit essentialis, vel notionalis in Deo, hoc est an sit prędicatum commune vel alicuius Personę peculiare? Durandus in 1° distintione 27 q.e 3a late contendit verbum in Divinis esse quid propriam essentiale, proinde quod tribus Personis commune. sed oppositum est communissimum inter P.P. theologos unde S. Thomas in q.e 4a de veritate sic ait: omnes Sancti communiter utuntur nomine verbi prout personaliter dicitur. probatur etiam ratione quia verbum ex sua ratione petit esse quid productum, sed nihil essentiale producitur in Deo. ergo nihil essentiale habet in Deo rationem verbi. prępterea verbum assumpsit naturam humanam iuxta id Ioanis 1° verbum caro factum est, sed nihil essentiale naturam humanam assumpsit, alioqui tota trinitas fuisset incarnata. ergo Verbum non stat pro aliquo absoluto, sed pro notionali, et personali.

2° notatur pro qua personali stet ratio verbi, seu de qua Persona dicatur esse Verbum. Respondeo de 2a tantum, probatur quia nec in scriptura, nec in P.P.bus invenitur hoc nomen Verbum alteri Personę quam 2ę applicatum. epistola 1a Ioanis cap.e 1° filius Dei appellatur verbum vitę, et cap.e 5 dicitur tres sunt qui testimonium dant in celo Pater, verbum et Spiritus Sanctus, consonant omnes ecclesię P.P. et theologi

Theologi videndi penes Patrem Ruiz de Montoya disp.e 55 de Trinitate.

Praeterea p'r eadem veritas 1° q.a sola Persona carnem assumpsit at Verbum carnem assumpsit. ergo sola 2a Persona verbum est. 2° q.a verbum ut ex communi definitione constat est t̃us intellectualis expressus, et productus inmanenter ab intelligente, sed sola 2a Persona Trinitatis est t̃us intellectualis q.a per intum procedit, et etiam expressio siquiden ei communicatur ex vi f̃rãlis intellectio q. ñ convenit Spiritui Sancto demum producitur inmanenter, ergo e.la

3° dubitatur in quem finem adstruatur Verbum intra Deum. ratio difficultatis est, q. ex verbo creato manuducimur ad increati Verbi cognitionem sed verbum increatis adstruitur, ut per illud intellectiva substantia reddatur intelligens. hic auten finis applicari nequit increato Verbo, q.a sine illo Deus redditur actualiter intelligens per intellectionem essentialem, et communem. ergo nullus est finis adstruendi Verbum increatum. et confirmatur, q.a Spiritus Sanctus absq. verbo sufficienter est intelligens per intellectionem essentialem. ergo cum eadem intellectio sit in Patre et filio poterit uterq. sufficienter per illam intelligere, independenter a verbo, nulla ergo est necessitas adstruendi Verbum in Deo.

Respondetur Verbum Divinum ñ in hunc finem esse necessarium ut illo Deus reddatur intelligens, q.a sufficientissime redditur per intellectionem essentialem, ut probatum est, sed ut Deus intrinsece loquatur, etenim interna loqutio est sine dubio magna perfectio substantiae intelligentis, quemadmodum enim externa loqutio signum est corporalis vitae proprium q. exercitium, et perfectio illius; sic interna loqutio est signum exercitium, et perfectio propria vitae spiritualis

spiritualis. ergo concedenda est Deo viventi omnium nobilissimo sed interior loqutio mentis est realis verbi productio. ergo necessum est ad hunc finem concedere verbum realiter productum in Deo. unde S. Athanasius apud D. Thomam in opusculo 1° quod est contra Grecorum errores cap.e 7° dixit, eos qui verbum divinum negant, cogi asserere Patrem eternum esse mutum, quippe qui sine verbo loqui non potest.

Ex his iam constat solam 2am Trinitatis personam esse Verbum, restat ulterius excutere per quod constituatur in ratione verbi, circa quod non lebe dissidium est inter A.A. presertim R.R. ut in subsequentibus capitibus videbimus. 1° La Resensiorum oppinio reiicitur caput 2um.

Caietano la parte q.e 27 art° 2° § 1° ad evidentiam, et ex illo non nulli thomistae quos refert P. Montoya ad q.em 27 1e partis D. Thomae art° 1° disp.e 8a membro 3° distingunt in intu creato duplicem formam, aliam, quae sit intelligentem intelligere obtum et alia quae sit obtum intelligi ab intelligente 1am formam per quam intus intelligit vocant absolute intellectionem, 2am vero per quam intelligitur obtum, vocant verbum.

Hinc oppinantur aliqui R.R. in Deo reperiri has duas formas alteram, qua Deus intelligit, aliam vero ab alter virtualiter distintam qua intelligitur obtum. 1am dicunt esse intellectionem communem omnibus Personis, 2am vero notionalem, et propriam solius filij per quam in ratione verbi constituitur. unde docent Verbum in ratione talis constitui

constitui per notionalem relationem filij, sive per filiationem, quę licet non sit fōa per quam Deus intelligit, est tamen fōa per quam obiectum intelligitur, et cognoscitur a Deo.

Proportione servata circa voluntatem discurrunt, in qua duas fōas agnoscunt, aliam, quę sit voluntatem amare, vel odio habere obiectum, aliam vero quę sit obiectum amari, vel odio haberi a voluntate. quapropter utramque fōam in Deo concedendam existimant. fōam vero qua Deus amat, vel odio habet obiectum dicunt esse communem omnibus Divinis Personis, at fōam per quam ~~Verbum~~ obiectum amatur, vel odio habetur a Deo, singularem notionalem, et propriam esse Spiritus Sancti per quam constituitur in ratione amoris spirati, nam sicut est proprium 2ę Personę esse Verbum, ita proprium est 3ę esse amorem spiratum. unde sicut 2a constituitur in ratione Verbi per suam rellationem notionalem, quę fōaliter est obiectum intelligi, sic 3a constituitur in ratione amoris spirati per suam rellationem notionalem, quę fōaliter est obiectum amari.

Hinc etiam explicant cur 2a Persona procedat per intum, et 3a per voluntatem: quia scilicet tunc 2ę Personę realiter a Patre productus, est intellectio per quam obiectum denominatur actualiter cognitum et intellectum quę fōa solet frequenter vocari positiva, et obiectiva intellectio, sicut activa, et fōalis vocatur illa per quam Deus intellligit; similiter Spiritus Sanctus per voluntatem procedit quia ratione suę specialissimę proprietatis est paribus, et obiectibus amor quo denominatur obiectum amatum, sicut est actibus, et fōalis amor illę quo denominatur Deus amans obiectum.

Hic opinandi modus nunquam mihi placuit, eumita reiicio, nam falso supponit Caietanus in intu, et voluntate

voluntate reperiri duas illas fr̃as unde mirum n̄ est q̄ ex falsa illius doctrina R.R. inferant hoc falsum coẽ, videlicet utramq; fr̃am in Deo reperiri. sic enim arguo intelligens percipere seu cognoscere obtum, et obtum percipi, et cognosci ab intelligente, sunt prorsus idem, qa voces sunt sinonomæ ergo repugnat obtum esse cognitum, et istum per fr̃am di versam ab ea per quam intelligens percipit, et cognoscit obtum. idem assero de amore. tunc sic, per intellectionem essentialem constituitur Deus intelligens obtum. ergo per eandem constituitur obtum intellectum a Deo.

Dices per intellectionem essentialem n̄ nisi inproprié, et per abusum denominari obtum cognitum, qa esse cognitum cum sit vox passiba debet significare physicam passionem sive fr̃am realiter productam. sed contra 1o n̄ hoc ad libitum asseritur omnes enim latinæ linguæ periti tanquam synonomas admitunt vocem activam et passibam omnes per passibam congruentissime verti iudicant, illud idem q̄ exprimitur per actibam. contra 2o n̄ actiba voce proprissimé utimur, licet nulla interveniat agentis actio, vg dicimus Deum esse intelligentem, quin producat intellectionem vel aliq intellectione producat. ergo similiter cum omni proprietate possumus uti voce passiba, quanvis nulla interveniat passio, vel fr̃a realiter producta. cõa patet a summa paritate; qa n̄ est cur ad vocem passivam exigatur fr̃a realiter producta, cum ad activam n̄ requiratur fr̃a realiter producens.

Dices preterea per intellectionem essentialem saltem n̄ verificari, q̄ res intelligatur passive phisicé, q̄d q̄ sit an verificetur intelligi fr̃aliter, et proprié. contra n̄ q̄ res intelligatur passive physice n̄ est aliud, nisi q̄ intelligatur per intellectionem physice realiter producta, at nulla est necessitas, q̄ sic intelligatur

intelligatur, cum per intellectionem physicé realiter in se productam sufficienter intelligatur. ergo etc. urgeo quia Deus non denominatur intelligens activé physicé, hoc est per suam intellectionis physicé realiter productae, Deus sufficientissimé perfectissimeque censetur intelligens per intellectionem essentialem, quamvis illam non producat, neque per illam aliquid producat. ergo nec obiectum denominabitur intellectum passive phisice per intellectionem realiter productam; sed hanc denominationem intellecti sufficienter imbibit ex intellectione communi, et essentiali non producta, neque video cur obiectum debeat bis intellectum, 1° per intellectionem essentialem, 2° passive phisicé, Deus autem semel sit intelligens per intellectionem essentialem, quin sit intelligens active phisicé.

Arguo praeterea contra hanc sententiam, quia proprietas filij non est activa intellectio qua Deus intelligat. ergo neque est intellectio passiva qua obiectum intelligatur, ans admittitur ab his A.A., et constat ex dictis tractatu 2° q. 12. cons. probatur, nam ideo requiritur intellectio notionalis activa, quia per essentialem sufficientissimé Deus intelligit, sed per eandem sufficientissimé intelligitur obiectum. ergo propter eandem rationem requiri debet intellectio notionalis passiva. rursus ideo reijcitur intellectio notionalis activa, quia cum essentialis infinita sit, et denominet Deum intelligentem active non dat locum alteri formae, qua Deus intelligens denominetur: at etiam est infinita intellectio essentialis, per quam obiectum passivé denominatur cognitum. ergo praeter illam non est possibilis intellectio notionalis passiva. nec hic voco rationes illas, quibus citato loco rejeci notionalem illam intellectionem activam ab aliquibus assertam, nam fere omnes militant contra hanc intellectionem passivam.

4° alterius eiusdem opinionis confutatio. caput 3um.

Duplex adhuc argumentum urgeo contra prefatam R.R. oppinionem. Cum sit ut ab alijs perfectionibus divinis derivetur passiva denominatio n̄ est necesarium in Deo ponere notionalem perfectionem phisicé productam, sed sufficit essentialis, et communis perfectio per quam Deus active denominatur. ergo ut obiectum dicatur passive cognitum a Deo n̄ opus est assignare perfectionem notionalis intellectionis physicé producte, sed sufficit essentialis intellectio per quam Deus active denominatur intelligens. cōa patet ex summa paritate, q.ª si semel admititur aliqua denominatio passiva sine fr̄a realiter producta, n̄ est ratio cur ad obiecti cogniti denominationem exigatur ~~illa~~ intellectio, que sit fr̄a notionalis, et phisice producta p̄r an̄s multipliciter.

Primo n̄ eadem omnipotentia, que denominat Deum active potentem, quantum est in se producere creaturas denominat etiam easdem creaturas potentes a Deo produci quantum est ex parte Dei, nec n̄ dices ad eas denominationes concurrere duas fr̄as ex parte Dei, quarum una sit essentialis, et communis alia vero notionalis, et producta. 2.º per eandem iustitiam, qua Deus active denominatur puniens, vel potens hominem punire denominatur etiam homo punitus, vel passive punibilis a Deo. nullus enim hucusq̄ duas iustitias in Deo posuit, aliam essentialem, et improductam, qua Deus active denominetur aliam vero notionalem, et productam qua passive denominetur homo. neq̄ bene discurreret, qui preter iustitiam communem admiteret notionalem, ut per illam homo denominaretur passive phisice. mito alia iuxtaque facile possent adduci.

Cum

Quin argumentum inde conficio q. n. appareat ulla ratio disparitatis ob quam obtum intelligi a Deo fieri debeat per intellectionem productam, et Deum intelligere obtum stare possit et debeat per inproductam intellectionem. Dices in creatis ex quibus ascendimus ad Divina obtum intelligi fit per intellectionem productam.

Contra n. etiam in creatis suppositum intelligere fit per intellectionem productam, imo cum intelligentis denominatio sit vitalis, et vita in actione consistat, essentialiter constituitur in creatis per actionem productivam intellectionis; quin et in mea sententia n. est aliud intellectio creata, nisi qualitas modalis reipsa procedens et reipsa unita cum intelligente substantia, ut in libris de anima docui, q. si obtum intelligi petit intellectionem productam in creatis, ideo est q.a obtum intelligi a cognoscente n. est aliud, quam cognoscens intelligere obtum, etenim si diversa esset utriusq. denominationis forma, n. quidem exigeretur actio ut obtum intelligeretur, q.a tunc n. esset vitalis ~~actio~~ denominatio, vel saltem plus exigeretur ad denominationem cognoscentis, quam cogniti.

Dices præterea rem intelligi n. aliud esse, quam rem produci sum illud esse intentionale, q. in cognitione habet. quare necessum est ut res in cognitione producatur, seu q. producatur cognitio. contra 1.o q.a rem cognosci n. est aliud quam esse terminum cognitionis, sive productæ, seu inproductæ. 2.o n. in creatis etiam intelligere suppositum n. est aliud, quam ut intelligens produci, cum forma per quam in ratione intelligentis constituitur sit intellectio producta, neq. tamen asseris Deum intelligere per intellectionem productam. ergo nec asserere debes obtum intelligi a Deo per intellectionem productam.

3.o præsipue, q.a si obtum intelligi est produci sum esse intentionale. ergo ab illo n. intelligitur obtum a quo n. producitur sum esse intentionale, sed ab Spiritu Sancto n. producitur

producitur sum esse intentionale, quia Spiritus Sanctus nil ad intra producit. ergo nullum obiectum intelligitur a Spiritu Sancto, quod, quod absurdius, imo licet filius ad intra producat tamen id quod producit non est esse intentionale obiecti pertinens ad intum, quia solum producit spirationem passivam, quae cum non sit cognitio, sed amor passivus, non denominat obiectum cognitum, sed amatum. ergo nullum etiam obiectum intelligitur a filio, quare licet omnes Personae sint cognoscentes per improductam et essentialem cognitionem tamen obiectum nullum erit cognitum nisi a solo Patre quia ipse solus producit obiecta sum esse intentionale, quatenus producit cognitionem notionalem per quam obiecta denominantur passivè cognita.

Fortè huic ultimae inpugnationi respondebis ut obiectum intelligatur a Spiritu Sancto non oportere quod ab illo realiter et physicé producatur sum esse intentionale, sed satis esse, quod ab essentia Divina quam habet Spiritus Sanctus virtualiter producatur, et realiter a Patre cum quo identificatur essentia. Contra non inde plura deducuntur absurda. Primo quod non omnes tres personae sint aequales, et similes in denominando cognito obiecto. probatur non obiectum esse cognitum est formaliter a productione Verbi seu notionalis intellectionis, in producendo Verbo seu notionali intellectione non sit Divinae Personae similes, et aequales. ergo in denominando obiecto cognito non sunt Divinae personae similes, et aequales, totus discursus patet.

Sum absurdum quod inde pateret via facilis ad negandam intellectionem essentialem, et solum admittendam intellectionem notionalem in filio, per quam Deus activè denominaretur intelligens. ostendo quia sicut obiectum ex eo denominatur intellectum a Spiritu Sancto, quia natura, vel essentia illius producit virtualiter intellectionem constitutivam illius denominationis, sed Pater identificatus eidem naturae producit realiter illam, ita seclusa intellectione essentiali denominaretur intelligens activè, quia natura illius virtualiter, et Pater identificatus cum illa realiter, et physicé

physice produceret eam intellectionem. unde per illam intellectionem, licet existentem solum in filio denominarentur omnes personæ cognoscentes æqualiter obtum sicut per illam asseris obtum denominari cognitum æqualiter ab omnibus, mitto alia absurda quæ facile deducuntur. 7° Recensiorum Argûta caput 4um.

Opponunt 1° si Deus verbo careret, sequeretur per locum intrinsecum non perfecte intellecturum, ut plures ecclesiæ P.P. edocent. hoc autem inde provenit quia verbum ex ratione sua speciali est sapientia Patris, non activa per quam intelligat obtum, ergo passiva per quam obtum intelligatur. respondetur petendo quid sit inferri, vel sequi per locum intrinsecum? vel ergo est inferri via constitutionis, vel via conexionis? situm est falsum antis, quia defficiente verbo dummodo non defficeret ratione intellectionis essentialis per quam constituitur ut postea dicemus nullum adhuc constitutivum defficeret in Deo, quâ intelligente, cum in ratione intelligentis non constituatur per notionalem proprietatem verbi, sed per intellectionem essentialem: quod si dicas Deum in ratione intelligentis constitui per notionalem verbi proprietatem. ergo iam ea proprietas non est intellectio passiva denominans obtum cognitum, sed activa constituens prium cognoscens.

Si vero sequitur locum intrinsecum sit inferri via conexionis omisso anti nego quia si Deus careret spiritu sancto sequeretur etiam via conexionis Deum non perfecte intellecturum, et tamen inde non inferres Spiritum Sanctum esse passivam intellectionem.

Opponunt 2° non admissa hac intellectione passiva duo facillime explicantur, quæ alioqui difficillima sunt. Tum cur 2a Persona

Persona, et non 2a sit filius? Tum cur 2a persona procedat per intum, et 2a per voluntatem. Respondetur non admissa hac intellectione passiva facile utrumque a nobis explicari. Tum supra q.e 1a huius Ill.us tum vero infra. et sane prius erat comprobanda veritas huius oppinionis, et postmodum inferenda huius utriusque difficultatis explicatio.

Opponunt 3o sicut in Patre datur activa processio filij per quam Pater denominatur producens filium, quin filius per illam denominetur physice proprieque productus, et ex parte filij reperitur passiva processio per quam filius denominatur productus, ita poterit in Patre reperiri cognitio per quam active denominetur intelligens obtum, quin per illam denominetur obtum intellectum, et ex parte filij altera cognitio notionalis per quam obtum denominetur intellectum a Patre, quin ex illa formalissime denominet P.er intelligens obtum. in utroque enim summa paritas servatur.

Respondetur activam, et passivam, et passivam processionem sic explicatas, a nobis esse reiectas Ill.u 2o q.e 6a, q.a nequit intelligi Patrem producere filium per aliquam formam, quin per eandem sit filius productus a patre et econtra. quare potius inde reiicitur haec doctrina rursusque nostra roboratur, q.a similiter inintelligibile erit Patrem denominari cognoscentem obtum per intellectionem essentialem quin per illam denominetur obtum intellectum a Patre, et ex parte filij repugnabit notionalis cognitio per quam obtum denominetur cognitum a Patre, quin Pater ex illa denominetur cognoscens obtum, et sane probat argumentum inter activam, et passivam intellectionem reperiri, non iam virtualem, sed realem distintionem, sicut reperitur inter activam et passivam processionem. item probat q. sicut activa processio producit ut quo passivam, ita cognitio activa producit ut quo passivam.

Opponunt

Opponunt 4° nec in rebus creatis, nec in Divinis experimur obiectum intelligi sine verbo nec produci verbum, quin obiectum intelligatur. ergo quia verbo intelliguntur obiecta. sed quis non videat eodem argumento probari, Deum reddi formaliter, et actibe cognoscentem per verbum, etenim neque in rebus creatis, nec in Divinis experimur suppositum intelligere sine verbo, nec produci verbum quin suppositum intelligat. ergo quia per verbum intelligit. item ab Spiritu Sancto intelliguntur obiecta, quin Spiritus Santus absolute et simpliciter verbum producat. Respondetur ergo quod in verbo clauditur essentialiter intellectio communis denominans suppositum cognoscens, et obiectum cognitum.

Opponunt 5° verbum Divinum est ars qua cuncta sunt a Deo disposita, est etiam exemplar in quo novit omnia Pater, et in quo sunt omnia ab eterno creata priusquam in tempore crearentur, ergo est intellectio passiba per quam omnia creata denominantur cognita, et mente Divina sapientissime disposita. similiter Spiritus Sanctus est individuus nexus, et indivisibile vinculum Patris, et filij ergo est passibus amor, quo Pater et filius denominantur per dilectionem uniti. Respondetur hec omnia solum probare verbum esse passibam intellectionem qua denominantur obiecta cognita, et Spiritum Santum esse passibum amorem, quo denominantur amata, quod libenter fatemur, dummodo hec duo nobis concedantur. Cum quod verbum, et Spiritus Sanctus qua dicunt intellectionem, et amorem passibum, dicant etiam actibum. Cum quod hec intellectio passiba, sicut et passibus amor non sit alius, quam essentialis, ut exponetur infra. talia recens opinio confutatur caput Cum

Nonnulli R.R. quibus precedens oppinio displicuit aliter exponere tentarunt Divini Verbi conseptum aserunt ergo Divinum Verbum precise constitui per notionalem 2e Persone proprietatem, ut virtualiter distinctam a quolibet absoluto predicato, quare intellectionem essentialem excludunt a constitutione verbi. rogati vero de speciali predicato, quod in ea notionali proprietate 2e Persone relucet vicinius est Verbum, respondent illud non esse passivam, aut activam intellectionem, sed quamdam mentale signum exprimens tunc intellectionem essentialem Patris, tum obiecta, que per illa representantur, et hoc signum dirigitur quidem ad filium, ut ad Personam, qui medio suo verbo loquitur Pater.

Hoc explicant exemplo Angeli mentaliter loquentis cum alio. nam locutio seu verbum unius Angeli loquentis cum alio non est ipsa cognitio per quam Angelus intelligit, nam hec ad summum est loquutio Angeli secum ipso, quia non ordinatur ad alium, sed est iuxta probabilem oppinionem quoddam naturale signum, mente productum, et expressum, et in alium Angelum directum essentialiter representans, tum cognitionem Angeli loquentis, que vocatur secretum cordis scilicet Angelo naturaliter incognitam et ignoscibilem citra voluntariam manifestationem loquentis, tum etiam obiectum, quod per illam cognitionem exprimitur. hoc signo ab audiente Angelo percepto, devenit ille per istud signum in cognitionem Angeli loquentis, et in obiectum illius cognitionis, unde fit hanc locutionem, seu mentale Verbum, non esse formaliter intellectionem, sed signum intellectionis, et obiecti circa quod tendit, esto supponat intellectionem in Angelo loquente.

Non dissimili ratione de verbo Divino discurrunt. datur in Deo cognitio communis, et essentialis qua sibi Deus verbum sibi loquitur, et propterea solet aliquando vocari verbum a Sanctis Patribus, datur ulterius aliud verbum notionale, quo Deus

Deus Pater non sibi, nec Spiritui Sancto, sed unice loquitur filio verbum hoc non est formaliter intellectio, licet in Patre loquente necessario supponat intellectionem a qua virtualiter distinguitur. sicut verbum Angelicum non est formaliter intellectio licet supponat intellectionem realiter distinctam in Angelo loquente. verbum hoc Patris ad filium est notionale, non est proprietas 2æ Personæ quatenus per modum signi naturalis representat tum intellectionem Paternam, tum omnia, quæ per eam intellectionem cognoscuntur. unde verbum notionaliter sumptum in Divinis est sola proprietas 2æ Personæ.

Singularis hic oppinandi modus plura contra se habet, quæ breviter, sed efficaciter urgebo. non in primis totus nititur in ea singulari oppinione, et ratione explicandi locutionem Angelicam per intellectualia signa. circa quam videatur P. Suarez de Angelis et P. Arriaga tomo 2° Theologiæ de Angelis disputatione 12 sectione 1a ex quibus constabit quam innumeris difficultatibus ea signa indiaceant. omissa tamen et præmissa eiusmodi sententia ad hac

Reiicio præfactam explicationem Divini verbi per analogiam, ad verbum unius Angeli loquentis per signum mentale cum alio. quia cum Angelus edere possit eiusmodi signum ex intentione quod percipiatur ab uno, quin ab omnibus, possunt cum uno Angelo loqui, quin cum omnibus loquatur. potest etiam ab uno formaliter audiri, quin ab omnibus formaliter audiatur, quia omnes deprehendunt signum, et in signo cognitionem, et obiectum a loquente cognitum, ille tamen solus ad quem dirigitur signum ex intentione proferentis erit formaliter audiens, et cui fiat locutio. in Divinis autem necessario loquetur, ut ostendam omnes tres personas esse æque formaliter audientes, Patrem non solum cum 2a Persona, sed cum 3a quin et secum ipso loqui, quod merito negatur ab his RR. ostendo sequelam.

Etenim

Etenim ideo Pater loquitur filio, qa filio proponit illud signum, ut in eo mentem Paternam, et eius obtum filius cognoscat; sed idem signum Spiritus Sanctus, nec ñ et sibimet ipsi proponit, ut in eo mentem Paternam, et illius obtum utergz cognoscat. ergo medio illo signo, seu verbo notionali ñ solum loquitur Pater cum filio, et spiritu Sancto, sed cum se ipso. rursus ideo filius est frāliter audiens, qa medio illo signo seu verbo ad se directo cognoscit mentem Paternam, et eius obtum. idem cognoscit Spiritus Sanctus, et Pater vi eiusdem signi ad utrumgz directi. ergo sicut utergz frāliter audit.

Confirmo specialiter in Spiritu Sancto, ñ Pater ñ solum profert verbum in quo Spiritus Sanctus cognoscat eius intellectionem et obtum, sed ulterius illi communicat ipsummet cognoscere in signo, seu verbo Paternam intellectionem, et eius obtum: ñ omnis cognitio Divina iuxta hos AA. est communis et essentialis, proindegz communicari debet a Patre Spiritui Sancto. ergo cognitio quam Spiritus Sanctus habet de Paterna intellectione in signo seu verbo communis est omnibus Personis, et coēnter a Patre communicatur Spiritui Sancto, sed ea cognitio est mentalis auditio ergo Pater dat Spiritui Sancto q̄ mentaliter audiat eius obtum: at Pater intendit q̄ q̄ re ipsa datalicui Personę Divinę. ergo intendit q̄ Spiritus sanctus audiat eius obtum; sed eo ipso intendit loqui cum Spiritu Santo, ñ est prorsus inintelligibile q̄ ego intendam audiri ab aliquo, quin intendam loqui cum illo sequitur ergo ex iacta sententia Patrem ñ solum cum filio, sed cum Spiritu Santo loqui.

Unde ñ satis perspicio quo iure dicatur ab his RR. obtum a Patre dirigi destinarigz solum ad 2am, et ñ 3am Personam, fateor equidem ad 2am dirigi tanquam constitutivum illius, qa 2a Persona essentialiter est verbum, in quo sensu ñ dirigitur ad 3am, quoniam 3a nec realiter est verbum. at

at ut verbum alicui dirigatur tanquam constitutibum illius cui loquitur, sed tanquam medium in quo cognoscam eius conceptum, ut patet in ipsomet exemplo Angeli loquentis qui verbum quo loquitur destinat in alium Angelum cui loquitur, non tanquam eius constitutibum, sed tanquam signum in quo manifestat proprium conceptum: at æternus Pater dirigit suum verbum ad Spiritum Sanctum, et ad ipsum, tanquam signum, vel medium in quo Paternam intellectionem utergsß cognoscat. ergo medio suo verbo loquitur Pater non solum cum 2a, sed cum omnibus Personis.

Preterea confirmo nam seclusa constitutione essentiali 2æ Personæ per verbum, quæ per accidens omnino se habet in ordine ad loquendum illi, sicut ostensum est non alia de causa Pater dirigit proprium verbum filio, nisi quia filius debet in illo cognoscere paternam intellectionem. at omnes Divinæ Personæ debent similiter in eo Verbo cognoscere Paternam intellectionem. ergo ad omnes dirigit Pater suum, et communiter medio illo omnibus loquitur, quod merito negatur ab his Recentioribus 1º rationes aliæ contra prædictam sententiam caput 6um.

Prima sit, si verbum præcise consisteret in proprietate notionali 2æ Personæ, verbum non procederet per intellectionem Patris. hoc est plusquam falsum, ergo etc. de minori ipsa fas non est dubitare cum inter omnes Ecclesiæ P.P. et theologos certissimum sit verbum procedere per intum, et Spiritum Santum per voluntatem. maior pr, nam intus Patris, nec est prium productibum, nec actiba productio

productio proprietatis illius ut expresse fatentur hij D.D. versus nec est prium communicatibum, eo q respectu proprietatis personalis feratur, et cum seruptez nullum detur prium communicatibum, qa notionalis proprietas nihil habet communicatum, sed qd qq habet, sit productum. ergo in nullo sensu poterit afirmari verbum procedere per intellectum Patris.

Dices q Sacra Scriptura proclamat et ex illa univer si P.P. et Theologi, n aliud est, quam verbum produci tanquam trum fraliter, et ratione sui spectantem ad lineam intus, Spiritum vero Sanctum, ut trum exse pertinentem ad lineam voluntatis abstrahendo ab utriusqz tri prio. sicut cognitio produceretur ut trus fraliter, et ratione sui pertinens ad intum quanvis n ab intu, sed aquatis alia causa per possibile, vel inpossibile procedere, et amor flueret, ut trus fraliter et exse pertinens ad voluntatem, licet n a voluntate, sed potius ab intu, vel a quodsi alio prio dimanaret, quoniam ad has denominationes n atenduntur pria, sed essentialia predicata, que sane pertinent in cognitione ad intum, et in amore ad voluntatem. cum ergo Divinum verbum ex suis essentialibus predicatis ad intum pertineat congrue dicetur procedere tanquam trus intus hoc est fraliter et ratione sui pertinentem ad intum quanvis hec facultas n sit eius prium.

Mihi tamen vegementer displicet hec doctrina 1o qa plane fatetur nec Verbum procedere per intum, nec Spiritum Santum per voluntatem, qd qq sit an verbum per se pertineat ad intum, et Spiritus Sanctus ad voluntatem, q est durissimum, et contra communem omnium sensum. 2a qa si proprietas notionalis 2e Persone n exigit intum ut sui prium, cur pertinere dicitur ad lineam intus? etenim ideo cognitio pertinet, quoniam eius predicata essentialia sunt talis generis, q intum connaturaliter exigant ut sui prium; si vero n exigerent minime diceretur cognitio pertinere ad intum. q si versus dares cognitionem n solum n exigere, sed ita prorsus excludere

excludere intum aratione sui prij, q implicaret ab illo procedere nullus profecto diceret, ad intus lineam spectare. cum ergo proprietas 2æ Personæ omnino excludat intum aratione sui prij, n est cur dicatur ad intus lineam pertinere.

Dices pertinet qa per analogiam ad verbum Angeli mentaliter loquentis explicatur, et cum eiusmodi verbum ad intum pertineat, verbum etiam Divinum ad intum expectare dicetur. contra n in Angelico Verbo clare constat, cur ad intum pertineat, qa scilicet est qdam signum ab intu productum, ut modo supponitur unde habet intum proprio, quin, et connaturaliter illum petit, sicut petit cognitio verbum autem Divinum, seu proprietas notionalis 2æ personæ n exigit, sed excludit intum a sui prio. nec obstat illud de analogia, n hæc n in omnibus servari debet inter verbum Divinum, et Angelicum, hoc enim est accidens informans, q verbo Divino repugnat. ergo etiam illi repugnabit ad intum pertinere, quamvis Angelicum verbum pertineat, et sane sicut Analogia n obstat, q verbum Divinum minime petat intum ut sui prium, licet petat Angelicum Verbum, ita n obstabit, q ad intum minime pertineat, quamvis pertineat Angelicum verbum.

Dices ulterius pertinet ad intum Divinum Verbum eo q sit medium et signum manifestativum intellectionis, et obti n debet vero pertinere ad intum, ut pluribus exemplis convinci potest. verba, quibus homines loquuntur ad intum n pertinent, et adhuc sepissime sunt media, et ~~media~~ manifestativa signa intellectionis, et obti per illam representati maxime cum expresse loquimur de actibus intus, et eorum obtis. et ne longe abeamus Divinus amor n pertinet exre ad intum, sed ad voluntatem. et adhuc est medium et signum manifestativum intellectionis Divinæ propriæqz obti, cum ex eo q voluntas Divina rem amet, evidenter inde colligatur Deum illam cognoscere. n igitur signum intellectionis Divinæ manifestativum eo ipso pertinet ad intum.

2a

Ratio sit Pater communicat filio suam met intellectionem per quam æque perfecte, et comprehensivé cognoscit filius quidquid perfecte et comprehensivé præcognoverat Pater. ergo superflue producit Pater in filio quoddam medium, vel signum, ut ex illo cognoscat filius quidquid præcognoverat Pater. ergo medium eiusmodi, vel signum reipsa non datur, et consequenter in eo consistere nequit verbi Divini conceptus. totus Discursus patet.

Sed confirmatur 1°, nam in eum finem inventa est loqutio ad alium facta per signa, sive spiritualia ut inter Angelos, sive corporea ut inter homines, quia nequeunt immediaté homines, vel Angeli proprias cognitiones audientibus communicare, nam si possent frustra loquerentur interne per signa, quibus mediate venirent audientes in loquentium cogitationes. ergo cum Pater propriam cogitationem, et intellectionem det filio frustra dicetur ei loqui per signum in eum finem editum ut ex illo filius rimetur intellectionem Patris. confirmo 2° signa per quæ fit loqutio supponuntur loco conceptuum, ut videlicet suppleant illorum absentiam, vel incapacitatem, quam habent ut immediate communicentur audientibus. ergo cum in conceptu Patris æterni non detur hæc absentia vel incapacitas, sed potius detur summa necessitas, ut communicetur filio sequetur implicare ~~filium~~ signum, quod supponat loco huius conceptus, et habeat rationem verbi seu loqutionis, quandoquidem ordinari nequit ad eam absentiam, vel incapacitatem supplendam.

Dices licet ea loqutio sit otiosa ad reddendum filium intelligentem, non tamen in ordine ad hoc ut Pater Divinus totam suam fæcunditatem intellectualem exerceat. sed contra quia supponis habere Patrem fæcunditatem ad eam loqutionem exercendam, quod ego nego, et probo quia si semel est impertinens ea locutio nequit habere Pater fæcunditatem ad illam. prius ergo statuenda est necessitas eius loqutionis, ut inde constet Patrem esse fecundum

secundum ad illam. neque Theologicé dicurreres admittendo notionalem intellectionem preter essentialem in filio, quia licet ea non exigatur ut filius sit intelligens, tamen requiritur, ut ex parte Patris exerceatur tota fecunditas intellectualis, quam habet.

Dices ulterius Pater est necessario fecundus ad producendum verbum, seu loquendum cum filio, cui propriam intellectionem communicet. fateor, sed probare debes quod preter intellectionem, quam communicat ei loquatur medio signo manifestativo huius intellectionis, quod extrinsecus apparet superfluum, et inutile. siquidem filius eandem cognitionem Patris formaliter habet, sed opus est signo, vel medio per quod in eam cognitionem deveniat. 4° precedentis sententie fundamenta ruunt caput 5um.

Sed recentes huius sententie sectatores obiiciunt 1°. nihil magis tritum apud P.P. et Theologos, quam Deum cognoscere creaturas in suo Verbo. ergo quia cognoscit illas in proprietate notionali verbi tanquam in signo, vel medio. probatur consequentia quia si cognosceret illas in Verbo preter intellectionem essentialem et communem que reperitur in verbo posset equaliter affirmare quod eas cognosceret in Patre, et Spiritu Sancto cum in utroque detur eadem ipsissima intellectio; sed specialiter dicitur eas in Verbo cognoscere. ergo quia cognoscit ratione proprietatis notionalis Verbi, que cum non sit activa vel passiva creaturarum intellectio, debet saltem esse signum naturale representativum, et expressivum illarum.

Plura respondeo. 1° quod licet admittatur notionalem rellationem filij esse signum expressivum creaturarum adhuc non ostenditur esse adequate verbum. quo pacto licet intellectio

intellectiofilij sit clarior expressio creaturarum, adhuc non asseritur
esse adequate verbum. 2° respondeo cum Patre Suarez libro 9° capite
17 n° 6°, et Patre Martino Perez disputatione 15 de trinitate sectione ultima
numero 3°, quod licet ea loquutio soleat apropriari verbo tamen affir
mari tuto potest Deum cognoscere creaturas non solum in Verbo, sed
etiam in Patre, et Spiritu Sancto, quin et vnamquamque Personam
omnia cognoscere tum in se ipsa tum in qualibet alia ratione intellec
tionis essentialis et communis omnibus Personis. 3° respondeo
creaturas ut dictas cognosci specialiter in Verbo, quia neque per Patrem
neque per Spiritum Sanctum dicuntur: unde solum dicuntur a Verbo
consequenter que solum in Verbo cognosci possunt qua dictæ.

Denique responderi solet, ideo communiter
affirmari Deum omnia in Verbo cognoscere, quia verbum ex vi suæ
processionis exigit intellectionem sibi communicari. quod nulla alia
Persona petit. nam licet Pater habeat intellectionem non petit eam sibi
communicari, quoniam a se habet. spiritus Sanctus non exigit eam
sibi formaliter et ex vi processionis communicari, sed materialiter
et identice iuxta superius dicta, nec aliud intenditur a Patribus
et theologis dum eam loqutionem usurpant. unde quod contra
dicatur non urget, quia licet in Patre et Spiritu Sancto possint om
nia cognosci tanquam in medio non tamen ea ratione, qua possit
in verbo; nam in solo Verbo cognosci possunt ut in medio quod ex vi formalis
processionis exigit communicari sibi representationem et expressio
nem intellectualem omnium dotorum media intellectione.

Obiiciunt 2° Pater eternus per Verbum
non sibi loquitur, sed filio. ergo verbum Divinum explicandum non est per
analogiam ad verbum creatum, quo nobis loquimur sed alteri. verbum
auten quo loquimur alteri non est aliud, quam instrumentale signum
per quod alter cui loquimur devenit in notitiam conceptus loquentis.
ergo verbum Divinum esse debet instrumentale signum per quod filius
deveniat in paterni conceptus notitiam. totus discursus legitime

legitime videtur concludere. tum ant(ecedens) q(uia) est varii et fundamentum illius frequentissimum est inter P.P. qui verbum divinum explicare solent, in ordine ad aliam Personam cui loquitur Pater, ideoqz penes ipsos verbum dicitur vox, lingua, calamus, interpres, et nuntius Patris, quæ omnia respectum, et habitudinem sonant ad aliam Personam distinctam a Patre.

Respondetur 1° hæc omnia nomina methaphisicé dici de verbo ut late, et erudite demonstrat Pater Montoya disp.e 55. de Trinitate frequenter sectione 5a quare n(on) sufficienter ex illis demonstratur verbum ad aliam Personam dirigi distinctam a Patre cui loquatur Pater. Respondetur 2° q(uod) licet Pater medio suo verbo deberet alteri Personæ distinctæ loqui, n(on) ad huc ostenditur illam Personam esse necessario filium, quin possit esse Spiritus Sanctus. n(am) P. Montoya citatus disp.e 60, sectione 4a probat æternum Patrem medio suo verbo loqui ad Spiritum Sanctum, ad filium et ad se ipsum, et forte ad creaturas. et sectione 6a statuit omnes Divinas Personas eodem verbo loqui.

Ad q(uod) vero de Noctis respondeo verbum Divinum explicandum per analogiam ad utrumqz verbum creatum, tam scilicet quo nobis loquimur, quam quo loquimur alteri per externa et sensibilia signa, quæ dantur inter homines n(on) vero per interna et mentalia quæ ponuntur ab his RR.mis inter Angelos n(am) ea sunt penitus incognita, et forte chimerica. fateor ergo Patrem medio verbo n(on) sibi loqui sed filio, q(ui)a producendo verbum n(on) reddit se cognoscentem sed filium. et in hoc analogiam servat verbum Divinum cum creato externo, n(on) interno, q(ui)a per verbum internum n(on) loquimur alteri sed nobis ipsis, eo q(uod) per illud nosmetipsos reddamus intelligentes, et n(on) alium. per externum autem, et vocale verbum loquimur alteri q(ui)a medio illo reddimus intelligentem. cum hoc tamen stat verbum Divinum esse signum formale, et naturale manens in ipso dicente, sicut est nostrum

nostrum verbum quo nobis ipsis loquimur, et in hoc analogia servatur inter verbum Divinum, et creatum internum non externum et vocale, non istud est instrumentale signum, et ad placitum manens extra loquentem etc.

Obiiciunt 3° plura quibus probare conantur intellectionem essentialem, non minus formaliter et inmediate communicari Spiritui Sancto, quam Filio, proindeque Filium ex intellectione formaliter, et inmediate communicata non posse verbum evadere, secus evaderet etiam Spiritus Sanctus verbum (huius vero generis arguta missa facio, quia propriam sedem alibi habent ubi a nobis soluta sunt; illud tamen non pretexeam quod cum Spiritus Sanctus ex vi suae processionis evadat non solum amor, sed amans, videtur necesse, quod vi eiusdem processionis evadat etiam cognoscens: nam ex vi formali conceptus amantis exigatur necessario conceptus intelligentis. ergo qui producit amantem formaliter ut talem vi eiusdem productionis communicat illi esse intelligentem.

Respondetur conceptum amantis inmediate petere, quod adsit conceptus intelligentis concomitanter tamen et mediate. unde qui producit amantem formaliter producit concomitanter intelligentem, id explico satis clare: nam sicut amor increatus non est formaliter, imo neque realiter intellectio, quamvis intellectionem petat, et supponat, ita denominatio amantis non dicit formaliter neque realiter denominationem intelligentis, licet concomitanter illam asserat, et supponat, unde qui produceret amantem increatum non produceret formaliter, sed concomitanter intelligentem, quatenus produceret suppositum quod ut amans non constituitur per intellectionem, sed tantum illam necessario petit. sic in divinis productio Spiritus Sancti non affert inmediate cognitionem sed amorem, quia solum intendit amorem ei Personae communicare. cum autem amor ex se petat cognitionem, et sine illa

illa connaturaliter subsistere nequeat, fit ut eam productionem commitari debeat cognitio.

Obiiciunt 4° Pater æternus iuxta loquendi modum sacræ scripturæ Sanctorum q3 Patrum enuntiat, et affirmat per suum verbum omnes veritates, quin tamen per verbum intelligat illas. unde verbum à P.P. dici solet enuntiatio, imo n̄ nulli sentiunt filium esse verbum propter vim enuntiatricem. ergo verbum est ratio enuntiandi, quin sit ratio per quam Pater intelligat. ergo est instrumentale signum proprium filij distinctum q3 ab intellectione communi per q̄ Pater enuntiat, sed n̄ intelligit, alioqui si verbum consisteret in intellectione communi n̄ minus Pater cognosceret, quam enuntiaret per verbum.

Respondetur ex hoc arg̃to potius impugnari sententiam oppositam, q^a si verbum est enuntiatio, et affirmatio, sequitur esse vitalem actum, et cognitionem obti, n̄ affirmare et enuntiare proprium est actus intus in agente pure spirituali, n̄ signum ab intus actu distinctum n̄ est affirmato vel enuntiato rei, quamvis ducat in eius notitiam rei n̄ q3 dicet fumum enuntiare, vel affirmare ignem, quamvis per modum signi ducat in eius notitiam, ladunt enim hi R.R. in sententiam à nobis latissimé impugnatam de constitutione verbi per sapientiam, et intellectionem notionalem, quam nos etiam supra reiecimus. fateor ergo Patrem enuntiare per suum verbum, quoniam in illo auditur auditur essentialis cognitio, quæ est enuntiatio, et affirmatio, n̄ tamen intelligere per verbum, sed per inadequatum eius constitutivum, videlicet intellectionem essentialem, ut infra latius exponetur. 1° propria sententia, caput 8um.

Sectio Divinum verbum essentialiter constitui per intellectionem

intellectionem essentialem, et rellationem Personalem filij. pr 1a pars q.a verbum Divinum est expressio, et enuntiatio rei, sed nihil habet preter intellectionem essentialem, vicuius possit hoc prestare. ergo claudit essentialiter intellectionem essentialem. maior est certa minor constat ex supra dictis vbi relegavimus afilio quamlibet notionalem expressionem, sive per modum instrumentalis signi, sive per modum intellectionis actibe, seu passibe.

Probatur 2a pars q.a conceptus verbi n̄ est communis omnibus Personis. ergo n̄ precisse consistit in intellectione essentiali, sed est proprius et Personalis 2e Persone. ergo claudit essentialiter rellationem personalem 2e Persone, seu filij. confirmatur ex Santo Anselmo in monologia cap.e 8o vbi sic ait: verbum hoc ipso, q verbum est aut imago ad alterum est, q.a n̄ nisi alicuius verbum est. ergo verbum constituitur per rellationem ad aliud, que sine dubio notionalis est, et propria filij, et quidem sicut filius est ad Patrem, et per rellationem ad illum constituitur, ita verbum est ad loquentem, et per rellationem ad illum constitui ~~tur~~ debet. Confirmo 2o q.a verbum Divinum essentialiter producitur a Patre. ergo claudit essentialiter aliq vicuius producatur: sed nequit aliud esse, quam ida rellatio filij, ergo etc.a

Ex his deducitur convenientia, et diferentia verbi Divini a creato, quo nobis intentionaliter loquimur, et per cuius analogiam precipue debet explicari Divinum verbum, ut communiter notant D.D. ac 1o conveniunt in eo, q vtrumq sit formalis, et intentionalis obti representatio. 2o in eo q vtrumq dicat rellationem realem ad loquentem, seu dicentem, q.a nequit intelligi verbum, quin alicuius esse verbum intelligatur, ut aiebat S. Anselmus. 3o vtrumq verbum distinguitur realiter a loquente, n̄ vere dicimus tam Divinum, quam creatum verbum esse aliud a supposito cuius est verbum. 4o vtrumq procedit, seu producitur realiter a loquente, n̄ sine productione realitare nequit ratio verbi. quare communiter colligunt P.P. verbum esse a Patre, q.a verbum Patris est, sicut colligunt filium esse a Patre

a Patre, q.a filius Patris est. deniq. conveniunt in eo, q. maneant in loquente, n. utrunq. cognitionem importat, quę petit esse intra mentem. unde saltem ratione illius petit esse verbum intra mentem loquentis.

Differt autem Verbum ab alio 1°. n. in verbo creato producto terminatur immediate, et fraliter ad representationem obti in Divino autem n. terminatur nisi ad personalem rellationem filij, quoniam ultra cognitionem, et representationem addit. 2° n. verbum Divinum preter intellectionem claudit relationem filij virtualiter distinctam, et extra spheram intellectionis, at verbum creatum in ipsomet intellectionis conseptu claudit rellationem saltem transcendentalem, nec ultra illam superaddit aliam. 3° verbum creatum se toto est fra intelligendi per quam actu redditur intelligens qui sibi loquitur; at verbum Divinum preter intellectionem communem qua Pater intelligit, addit rellationem per quam Pater dum loquitur n. intelligit. 4° verbum Divinum inadequate solum distinguitur a Patre loquente, n. ratione intellectionis identificatur, et ratione personalis relationis distinguitur; at verbum creatum adequate distinguitur a producente, seu loquente. 5° verbum creatum est in loquente per unione informationis, Divinum autem per identitatem ratione cognitionis, et per inmanentiam ratione personalis rellationis filij.

Duplex aliud discrimen superaddi solet. 1um q. creatum verbum est ratio fralis, qua dicens sibi loquitur, et manifestat obta. verbum autem increatum n. est quo Pater loquitur, et manifestat obta sibi, sed eius filio. de hoc tamen egimus cap.e precedenti. 2um q. creatum verbum est ratio transendentalis ad obta cognita, n. sic Divinum. ratio disparitatis est quoniam omnis cognitio creata respicit transendentaliter obtum: at in Divina cognitione n. est admitenda rellatio, vel rursus ad obtum maxime creatum, nisi forte dicas esse respectum rationis. ergo cta. occasione huius discriminis possunt hi duo rogari

rogari. Tum an verbum divinum dicat rellationem ad creaturas. 2um an ista rellatio conveniat verbo ratione intellectionis communis, vel no tionalis rellationis, aut utriusque. utramque difficultatem breviter expedio.

Ac 1um sentio verbum divinum dicere rellationem realem tran scendentalem ad creaturas, probo, quia verbum dicit essentialiter esse cognitionem creaturarum: haec cognitio est rellatio realis tran scendentalis ad creaturas. ergo verbum dicit rellationem realem tran scendentalem ad creaturas. consequentia patet. minor ex materia de scientia modo supponitur ubi late probavi cognitionem divinam esse rella tionem transcendentalem, et respectum realem ad quod suis obiectum rea liter distinctum, eo quod rellatio iuxta physicum non sit aliud quam habitudo, sive conceptus in se non sistens, sed erga aliud se exercens. maior ex hoc ipso capite constat.

Sentio deinde rellationem verbi qua cognoscentis, et exprimentis creaturas provenire solum ~~a creatura~~ a cognitione qua dicentis vero creaturas easdem, provenire simul a cognitione, et rella tione personali eius personae, quam verbum includit. duo igitur mu nia in verbo distinguo. 1um exprimere creaturas, 2um illas per mo dum loqutionis dicere. 1um est commune singulis personis. 2um est peculiare verbi, sed tum in utroque relucet respectus ad creaturas. 1us est respectus formaliter a sola cognitione, quia sola cognitio dat verbo cre aturas intentionaliter exprimere, seu representare. 2us respectus est formaliter a cognitione, et notionali rellatione simul, quia verbum non constituitur in ratione dicentis creaturas, per solam intellectionem communem. secus omnes personae dicerent, et loquerentur creatu ras. neque constituitur per solam rellationem notionalem filii, quia haec non est cognitio activa, vel passiva, neque signum ducens in cognitio nem, ut ostensum est. ergo verbum in ratione dicentis creaturas per utrumque constituitur. Tº primum argumentum contra nostram senten tiam caput 3um.

Obiicies verbum mentale reddit fr̊āliter intelligentem personam
quę per illud loquitur; at Pater ñ redditur fr̊āliter intelligens per
coniunctum illud resultantem ex intellectione essentiali, et notionali rella
tione filij. ergo verbum Divinum ñ consistit in eo coniuncto. cōa patet
maior constat ex verbo creato, per q̄ intus mentaliter sibi loqui
tur, quatenus per illud fr̊āliter redditur intelligens. minor pa
tet, qª notionalis filij rellatio ñ est fr̊ā intelligendi, neqȝ licet Pa
trem denominaret intelligentem, eo q̄ in Patre ñ existat, sed in
filio.

Respondetur verbum mentale creatum in hoc ab increato differre
q̄ creatum sesolo reddit suppositum intelligens q̄ per illud loquitur. in
creatum vero reddit personam, quę per illud loquitur intelligens
ratione intellectionis, ñ ratione personalis rellationis, quam super
addit. ratio est, qª verbum creatum nil preter intellectionem inclu
dit, increatum claudit etiam rellationem, qª cum intellectio sit
communis, et verbum sit q̄ notionale propriumqȝ filij, necessum
est ut includat personalem rellationem filij personalem rellatio
nem filij. ubi notes intellectionem creatam iuxta nostram sen
tentiam dicere fr̊āliter et essentialiter actionem, ñ est qualitas
per se ipsam ab intu procedens, unde dicit essentialiter esse ver
bum, quo sibi loquitur intus, ñ eiusmodi verbum in sententia
communi ñ est aliud, quam ōbti expressio ab intu producta.

Verum in sta~~tu~~ hęc ppō. est ab
solute, et simpliciter vera Pater intelligit se, et omnia verbo.
ergo verbum ñ est aliud, quam intelligendi fr̊ā, consequenter qȝ ñ

ñ superaddit rellationem filij. praeterea que haec est absolute vera Pater est sapiens sapientia genita: sed verbum ñ est aliud, quam sapientia genita. ergo Pater est sapiens verbo, q proinde in sola intellectione consistit. Respondetur utramque ppem esse falsam. prior ab omnibus theologis negatur, unico P. Vasquez excepto. 2a retractatur à D. Augustino libro 1° retractationum cap. 26. consistet ergo Patrem ñ intelligere verbo, sed intellectione verbi, quatenus in Patre praecedit ante productionem verbi.

Instas 2°, verbum q a Patre dicitur intelligitur a Patre, sed dicitur per verbum. ergo intelligitur per verbum. nulla pronus sua, sicuti si argueres. omne verbum q externè dicitur a Patre intelligitur a Patre, sed externe dicit per creatum verbum, ergo intelligit per creatum verbum. item qq Petrus loquitur intelligit; sed loquitur per vocale verbum. ergo intelligit per vocale verbum. denique qq amatur, intelligitur a Deo, sed amatur per voluntatis actum. ergo intelligitur per actum voluntatis. fateor ergo Patrem intelligere qq loquitur, nego tamen intelligere per fram quanam per intellectionem intelligit, et per verbum loquitur, quae sunt duo conceptus inadequatè distincti.

Insta 3°. Pater per intellectionem infinitum aliq operatur circa Divinae mentis obtum, et aliquis est huius operationis finis, et scopus: sed nihil aliud operari potest nisi verbum, quo sibi proponantur, et sic cognoscantur obta. minor quoad 2am partem pr, ñ q aliud intendere potest intellectio infinita dum operatur, nisi media operatione sibi applicare intentionaliter obta. Respondetur finem Patris operantis per intellectionem infinitam esse ñ cognoscere, sed dicere proprio menti obta, ñ antequam ea dicat supponuntur ab eo cognita per intellectionem essentialem excludentem genus operationis, et productionis realis.

Instas ultimo ex D. Thoma 1a parte q. 27 art° 1° ubi sic ait, quicumque intelligit, ex hoc ipso q intelligit

intelligit procedit aliq intra ipsum, q. est conceptio rei intellectę ex vi intellectiva proveniens. unde sic arguitur. hoc ipso q aliquis intelligat, procedit aliq intra ipsum ex intellectiba vi, q est conceptio rei intellectę, sed hoc q ita procedit est mentale verbum. ergo eo ipso q aliquis intelligat secluso quovis alio producit verbum. ergo qa verbum precise consistit in intellectione Personę loquentis. n ergo Divinum Verbum preter intellectionem Patris loquentis addit relationem filij.

Respondetur intelligentem hoc ipso, q intellectione creata producere verbum, n intellectio creata, vel per se ipsam, ut existimo vel actionem distinctam, ut aliquis placet, producitur ab intellectu creato. at intelligens per Divinam intellectionem n eo ipso producit verbum n intellectio Divina n affert, sed potius excludit omnem productionem, unde nequit verbum in intellectione Patris precise consistere, nisi addatur ulterius relatio personalis filij, a Patre producta vicuius verbum dicatur a Patre procedere. loquitur ergo D. Thomas de intellectione creata realiter procedente ab intelligente, q loquatur de Divina tantum intendit procedere virtualiter vel per intellectum. q n sufficit ad verbum. 4o obiectiones alię caput 10.

Primasit, quamvis unita tantum esset in Deo Persona daretur verbum ergo n constituitur Verbum in Divinis ex relatione 2ę Personę. pr ans n in unica Persona creata datur verbum quamvis n intelligatur aliam producere. Respondetur negando ans. n in eo casu sicut nihil Deus ad intra produceret, ita nihil ad intra loqueretur, cum locutio procedere petat a Persona loquente, preterq patet discrimen a verbis creatis, n Petrus v.g. licet sit unica Persona, producit intellectionem in se, per quam verbum

verbum efformat; at unica Persona Divina, quę daretur in ea hipothesi, ñ produceret intellectionem in se, nisi fingatur ulterius aliud impossibile.

2a obiectio dicere, seu loqui, ñ constituitur etiam inadequate per rellationem. ergo neq; verbum. patet coa. tum q^{a} illa duo sunt correllativa, coèntera; vel utrung;, vel nullum constitui debet per rellationem. tum etiam q^{a} q^{d}q^{d} asseratur, verbum constitui per rellationem 2ę Personę probabit ęquè dicere constitui per rellationem propriam Patris, qui solus dicit, et loquitur verbum occatione huius obiectionis explicandum est, in quo consistat dicere, dici, et verbum, et qua ratione differant.

igitur dicere, seu loqui verbum ñ est aliud, quam verbum profferre, sicut et dici ñ est aliud quam ipsum verbum profferri. quo supposito statuo profferre verbum, seu producere verbum in actu 2°, q unico nomine solet appellari dictio, nihil aliud esse, quam actibam tri productionem, et actibam communicationem intellectionis, unde consistit in personali rellatione Patris, quę sola iuxta nostram sententiam est actiba productio rellationis filij, et in communi, ac essenciali rellatione, quatenus quatenus preexistens in Patre potest per identitatem communicari filio, quare profferre, dicere, seu loqui verbum, et actiba dictio partim in absoluto partim in rellatibo consistunt, sicut et ipsum verbum.

Proportione servata dici, seu profferri verbum seu passiba dictio consistit in productione passiba, quę se tenet ex parte rellationis filij, ac insuper in passiba, et inmediata communicatione intellectionis, quę ñ est aliud, quam identitas realis intellectionis, cum eiusmodi rellatione filij. unde partim in absoluto, partim in rellatibo consistit, sicut et verbum ipsum. ex quo sequitur, ñ aliud esse verbum, quam trum huius utriusq; processionis, quare verbum affert illud idem, q affert dici, sicut ñ per modum fieri, sed per modum tri. sicut prium dicens, et loquens affert idem, q dicere

dicere, seu loqui, quamvis non per modum actus 2i, sed per modum actus 1i. hęc omnia dicta sint iuxta nostra pria superius statuta qq sit de aliis.

Statim apparet discrimen inter dictionem creatam, et increatam etenim dictio creata totaliter est productio nihil habens de communicatione, quia nihil est in eius termino, seu Verbo, quod non producatur, seu quod pure communicetur; at increata dictio, tam actiba, quam passiba non est totaliter productio, sed partim productio, et partim communicatio, quoniam terminus illius, videlicet Divinum Verbum habet aliquid productum, et aliquid communicatum, nam rellatio filij producitur, et essentialis intellectio communicatur.

Apparet etiam, quod in Deo, dicere, et dici, seu dictio actiba, et passiba distinguuntur realiter inter se, nam dicere, seu dictio actiba, claudit essentialiter productionem activam verbi, dici vero seu dictio passiba formaliter, et essentialiter affert eiusdem verbi passibam productionem. at in Deo realiter inter se distinguuntur actiba, et passiba productio, sive processio, ut in superioribus stabilitum manet ergo etc.

Quia si verbum conferas cum actiba, et passiba productione sive cum dicere, et dici propugnare debes verbum realiter distingui ab activa dictione, non a passiba, quia cum verbum sit quoddam coniunctum ex intellectione essentiali, et personali rellatione filij, sicut hoc coniunctum distinguitur realiter a Patre, et non a filio, sic verbum, et cum activa dictio sit Pater, et passiba filius, sequitur verbum ab actiba dictione realiter distingui, non a passiba. A° cur processio 2æ Personę sit generatio. q° 4a. vitalis generationis deffinitio caput 1um

Duo tanquam ex fide catholica supponenda sunt, 2am trinitatis Personam esse filium, et consequenter eius processionem esse veram generationem, denominantem terminum non utcumque productum, et procedentem, sed genitum et natum. 2um Spiritum Sanctum non esse filium et consequenter, nec nasci neque generari, sed tantum spirari. proponitur utraque veritas in Athanasii symbolo 1a cum de 2a dicitur, filius a Patre solo est, non factus nec creatus, sed genitus. 2a cum de Spiritu Sancto dicitur, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. videatur P. Montoya disp. 4a de trinitate latissime probans utramque veritatem ex innumeris testimoniis Sacrae scripturae Conciliorum et Sanctorum Patrum nobis enim tantum incumbit rationem dare cur processio Verbi sit generatio non autem Spiritus Sancti processio quod per difficile est.

Ad id vero praestandum praemitti debet generationis vitalis definitio quam communi sensu, et consensu tradunt omnes Philosophi, et Theologi cum Aristotele et Divo Thoma sic, est origo viventis a vivente a principio conjuncto in similitudinem naturae. patitur autem plures et diversas valde explicationes quae his huius

huius difficultatis particula. proinde seorsim eas exponemus, actio dicitur origo, non actio, quia licet increatis generatio sit actio, non tamen in Divinis, cum ad intra non admittatur actio in Divinis. est igitur origo termini illius.

Viventis a vivente, non vitalis generatio mediare debet inter principium et terminum vitalem, quoniam est exercitium principij vitalis erga terminum vitalem, unde, verba expressione capitur reijcitur a conceptu generationis vitalis quaelibet actio, quae non oritur a principio vitali, qualis est illa, qua producitur animal ex putri materia, vel quae licet proveniat a principio vitali non terminatur ad vitalem terminum, ut est actio qua vivens producit propriam ubicationem, subsistentiam etc. praeterea vivens per generationem procedens, debet esse substantiale, unde non dicitur actus intus proprie filius mentis, quamvis metaphorice vocari soleat mentis conceptus, et fetus, debet ergo esse suppositum vivens a supposito vivente.

Restant adhuc duo circa praedictas voces notanda, 1° generationem non inter quaevis viventia versari, sed inter illas solum, quae cognitione praedita sunt, non enim dicimus unam plantam esse filiam alterius. hoc tamen ab omnibus, non admittitur, quia sentiunt eam locutionem nihil absurdi continere, sed licet de voce. 2um est notandum haec viventia, inter quae generatio mediat esse posse viventia in actu 1°, vel in actu 2°, quamvis ab aliquibus hoc 2um requiratur. inmerito tamen quia, si Petrus essentialiter esset amor, vel cognitio, non ideo excluderetur a ratione geniti, licet esset vivens in actu 2°, et filius in Divinis ~~in~~ est vivens in actu 2°, quoniam est actualis intellectio, et volitio.

A principio coniuncto, sentiunt aliqui superfluere hanc particulam, eo quod indemnis persisteret conceptus vitalis generationis eo ipso et praecise, quod daretur origo viventis a vivente in similitudinem naturae quamvis non esset a principio coniuncto. nihilominus alij sentiunt esse necessariam, et hoc inde probant, quod in omnibus generationibus existentibus de facto non solum detur origo viventis

viventis a vivente in similitudinem naturę, sed etiam a prio coniuncto. verum hęc ratio forte non multum urget, quia etiam de facto non datur homo sine risibili, quin propterea risibilis sit de constitutivo hominis, aliud enim est quod essentialiter exigatur pro constitutivo rei, aliud vero quod rei de facto conveniat, quod vero de hoc sit, quod parum de nomine habet.

Explicatur ita communiter ea particula, quod a supposito generante transmittatur in genitum aliqua portio proprię substantię sive maneat eadem sive non maneat in generante, quod est omnino per accidens ad conceptum generationis, in Deo quidem manet, quia Pater in se retinet quod communicat Filio, in creatis vero non manet, quia illa pars proprię substantię, quam in fętum Pater inducit, desinit esse in Patre. hinc autem inferunt pręcitati DD. hoc prium coniunctum esse necessario substantiale, neque posse esse accidentale, quia dum transfertur ad filium vel manet in Patre, vel non manet, si manet ergo est in duplici subiecto. si vero non manet ergo mutatur de subiecto in subiectum. quod utrumque repugnat accidenti. colligunt ulterius, cur actio, qua Deus produxit Adamum non fuerit vitalis generatio, licet fuerit viventis a vivente, et forte cum sufficiente similitudine in natura, quia videlicet non fuit a prio coniuncto.

Demum ab iisdem Autoribus notatur hoc prium coniunctum esse debere natura sua ordinatum ad assimilandum genitum genitori tale est semen humanum, et huius conditionis deffectu non fuit generatio vitalis actio per quam Deus ex Adami costa produxit Evam, quia licet fuerit a prio coniuncto cum Adamo, non tamen ordinabatur illud prium ex natura sua ad producendum terminum similem Adamo. sunt etiam qui iudicent hoc prium coniunctum non effective, sed pariter concurrere, tanquam partem materialem ex qua formetur, et componatur terminus genitus. alij vero quamvis effectivum concursum in illo de facto concedant, sentiunt per accidens se habere, ad conceptum generationis.

In similitudinem naturę quę licet particula propriam

propriam exigit explicationem, circa similitudinem geniti cum principio generanti non leviter dividunt AA. sentent aliqui sufficere similitudinem intentionalem, qualis est in actu intus respectu obiecti, cuius est vitalis expressio, et viva imago a virtute producta, sed hoc ab alijs reijcitur existimantibus requiri formalem similitudinem, quae stat in eo quod unum extremum sit a parte rei sicut aliud. verum admissa hac similitudine formali dubitatur adhuc quanta debeat esse? non nulli dicunt sufficere convenientiam genericam in ratione communi vitae, alij vero necessariam existimant convenientiam, et similitudinem in specie athoma, vel infima, alij nec tantam similitudinem requiri, ut sit specifica, nec tam exigua contentisunt, ut eis sufficiat convenientia in aliqua ratione generalissima entis, vel substantiae.

Demum aliqui notant per similitudinem intelligi saepius identitatem, quia cum similitudo tendat in identitatem eo perfectior, inquiunt, erit similitudo, quo maior fuerit identitas, unde perfectior similitudo, in natura, vel essentia requiritur inter Divinas Personas, quam inter Petrum, et Paulum in natura humana, non hic est per distinctionem, ibi per identitatem in natura, sed aliquibus displicet hoc notatum, quia sentent, propriam similitudinem duorum in aliquo praedicato non posse stare sine reali multiplicatione in eo praedicato, quare Divinas Personas dicunt non esse proprie similes, sed omnino idem in divinitate, vel quovis alio praedicato communi, haec autem similitudo, ut ex plerisque notatur, esse debet in tro genito ex vi formalis suae processionis, neque sufficit ex vi materiali.

Etiam in explicatione naturae ad generationem requisitae variant etiam AA. aliqui dicunt per naturam intelligi essentiam ac proinde terminum ut ab alio dicatur generari deberi assimilari cum illo in essentia, alij vero per naturam intelligunt principium motus, et quietis, sive illud sit essentia, sive extra essentiam, alij contendunt ea particula denotari modum, quo terminus genitus producitur a suo principio, videlicet more naturae, vel operante modo illo peculiari

peculiari et proprio, quem natura universaliter servat. quod adhuc unus quisque proprio conceptu, et libito explicat.

Etenim aliqui dicunt eum trium procedere more naturae, qui procedit a principio necessario, quod vero procedit a principio voluntario, seu libero non procedere more naturae, sed more voluntatis. unde colligunt 2am trinitatis personam procedentem per intellectum, quia facultas est necessaria procedere a principio operante more naturae. 3am vero procedentem per voluntatem, quae facultas est libera, et voluntaria non procedere a principio operante modo naturae, sed more voluntatis. unde tandem inferunt 2am, et non 3am esse filium. alii vero sentiunt eum trium procedere more naturae, qui procedit a duobus, ut ab unico enim procedere more naturae. quod ideo sic explicant, ut appareat cur 2a Persona trinitatis, et non 3a sit filius. quod circa haec omnia sentiamus ex totius disputationis cursu liquebit. modo vero solum notetur praedictam deffinitionem oretenus ab omnibus admittitur, sed in re tot esse deffinitiones, quot explicationes illi dantur. 1o propria sententia statuitur caput 2um.

Semper mihi placuit oppinio recenter a iunioribus excohitata vel nobo saltem rationum pondere locupletata, quae docet ideo 2am Personam et non 3am esse filium, quia licet utraque sit vivens a vivente a principio coniuncto, non tamen in similitudinem naturae, eo quod sola 2a Persona similis sit in natura proprie accepta. sic P. Zuñiga de Trinitate q. 26 disp. 2a dubio 2o P. Hurtado 3a parte disp. 83 sect. 5a subsectione 12 § 108, qui pro se referunt Ricardum de Sancto victore, Bonaventura, Alexander, Alensis, et alios ex antiquis. licet autem absolute mihi placeat haec communis oppinio non nulla tamen in modo eam deffendendi displicent, quae

que deinceps notabimus.

Pro huius ergo sententie explicatione, notandum est inter plures alias acceptiones, de quibus P.P. Conimbricenses libro 2° phisicorum q. 1a art° 1° duas precipue induere hoc nomen natura; nam accipitur 1° pro essentia, et quidditate rei, iuxta quam acceptionem frequenter dicimus legitimam deffinitionem explicare naturam, hoc est quidditatem, et essentiam rei. 2° sumitur proprio inmanenti operationis, in qua usurpatione, sic accepit, et deffinivit eam Aristoteles: est principium, et causa, ut id mobeatur, et quiescat, in quo 1° et per se, et non 2um accidens inest. que clarioribus verbis ita vertunt interpretes, est principium et causa motus et quietis eius in quo est 1° et per se non 2um accidens.

Notandum vero est ex his acceptionibus, solam 2am esse rigidam et propriam, ut expresse docuit S. Thomas 1a parte q. 36 art° 2° ad 3um per hec verba, natura designat principium actus essentia vero ab essendo dicitur: possunt dici aliqua unius nature que conveniunt in aliquo actu, sed unius essentie dici non possunt nisi quorum est unum esse. et ideo magis exprimitur unitas divina per hoc quod dicitur, quod tres Persone sunt unius essentie, quam si diceretur, quod sunt unius nature. et q. 4[illegible] articulo 3° ad 4um inquit, dicendum quod natura, quodam modo importat rationem principij non autem essentia, ergo natura iuxta D. Thomam semper est ad operationem. essentia vero abstrahit ab operatione.

Fateor vocem natura promiscue usurpari, iam pro substantiali principio operationis inmanentis, iam pro essentia, et quidditate rei, sive operativa sit operationis inmanentis, sive non sit. hoc autem inde provenit quia frequenter essentia solet esse inmanenter operativa, et econtra principium inmanenter operativum solet esse essentiale, nihilominus tamen ut ex D. Thoma constat natura proprie loquendo non stat nisi proprio inmanenter operativo, quod etiam ex Aristotele liquet dum naturam deffinivit esse principium et causam motus

motus, et quietis eius in quo est.

Ubi notes quod Aristoteles hic tantum deffinit naturam in communi prout abstrahit a divina, et creata, quam naturam creatam cum suis imperfectionibus. ideo dixit naturam esse principium et causam motus et quietis, nam esse causam et subire motum est imperfectio frequenter existens in creaturis, et omnino repugnans Deo, quod si deffinire vellet naturam, ut abstrahit a Divina et creata dicere esse principium radicale, et substantiale operationis immanentis. ergo in deffinitione generationis substantialis et vitalis, quam explicuimus debet dari vox natura sub hac aceptione 2a, videlicet pro substantiali principio immanenter operativo; quoniam haec est propriissima illius vocis aceptio.

Ex hoc principio facile deducitur processionem 2ae personae esse generationem. probo, quia generatio non est aliud, quam origo viventis a vivente a principio coniuncto in similitudinem naturae; sed processio 2ae personae est origo viventis a vivente a principio coniuncto in similitudinem naturae. ergo est generatio. probo minorem. est origo 2ae Personae a 1a. ergo est origo viventis a vivente. rursus est a principio coniuncto. nam eadem essentia cum suis atributis et proprietatibus existentibus in persona producente transmititur in productam. ac demum est in similitudinem naturae; quoniam sicut 1a Persona habet vim immanenter operativam, ita 2a cum in utraque reperiatur substantiale radicaleque principium Spiritus Sancti, qui etiam est immanenter productus.

Confirmo proponendo rationem discriminis cur processio Spiritus Sancti non sit generatio, quia licet sit origo viventis a vivente a principio coniuncto, quod cum 2a Persona convenit, non tamen est in similitudinem naturae, quia spiritus non est in natura cum Patre vel filio similis, a quibus producitur, eo quod in se non habeat virtutem immanenter operativam, cum ad intra nihil producere valeat. quod si P.P. frequenter docent, omnes Personas, esse consubstantiales, et eiusdem naturae, tunc usurpant late naturam pro Divinitate, vel essentia

essentia, sub quo sensu fatemur eiusdem esse naturę. si vero stricté loquamur accipiendo naturam sub propriissima eius significatione, dicendum est, non omnes Personas eiusdem esse naturę, quia non sunt eiusdem virtutis immanenter operativę.

Hanc esse legitimam rationem cur 2a Persona sit filius, et eius processio generatio, 3a vero non sit filius, nec illius processio generatio satis efficaciter suadetur ex Consilio Florentino sectione ultima in literis unionis, in quibus P.P. Latini rationem reddunt, nec quisquam ambigens, an filius Spiritus Sancti causa sit in aliquam incideret hęresim, nam crederet Spiritum ex filio ne quaquam procedere necesse est, ut intelligant Spiritum ex solo Patre procedere ac consequenter non esse filium. unde sic arguo; qui crederet Spiritum a filio non procedere teneretur iuxta consilium credere filium non esse filium. ergo quia filius in ratione filij constituitur iuxta Consilium per esse principium immanenter productivum Spiritus Sancti, patet, quia secus nulla esset vis illius consequentię, quam necessariam vocat Consilium.

Confirmo non ante virtutem spirandi supponitur filius sufficienter constitutus in ratione filij iuxta D.D. oppositos, quibus hęc ratio constitutiva filij non placuit. ergo quando sollatur a filio post filiationem constitutam activa spiratio, sive spirandi virtus, non tollitur ratio filij, sed iuxta Consilium tollitur, quia bene valet filius non producit Spiritum Sanctum. ergo non est filius ergo, quia filius in ratione filij constituitur per activam spirationem seu virtutem spirandi iuxta varios oppinandi modos distinguentes, vel identificantes, activam spirationem cum virtute spirandi quod modo parum interest, mitto confutare plures explicationes, quę solent exhiberi consilio non futilissimę sunt. mitto preterea plures rationes, quibus P. Zuñiga cum R.R.mis hanc doctrinam suadere conantur, non illę me iudice parum aut nihil roboris habent, ut unam vel aliam percurrendo breviter ostendo.

La quod est de ratione filij ut sic est de ratione

de ratione cuiuscunque filij in particulari, sed de ratione filij ut sic est similitudo in natura, una cum ista natura propria immanenter operativo. ergo ea similitudo est de ratione filij divini. minor probatur quia tam divinus quam creatus filius habet eam similitudinem. ergo ea est de ratione filij ut sic, patet quia ratio communis ex parte obiecti non est aliud quam omnia inferiora.

In hac ratione 1° displicet quod non ostendit implicare filium carentem ea similitudine, posset enim dicere quis omnem filium existentem de facto habere quidem similitudinem in natura, possibilem tamen esse qui careat ea similitudine. quod sufficeret quod eiusmodi similitudo non esset de ratione filij ut sic. 2° displicet quod non ostendat eam similitudinem esse constitutivam filij, nam sicut forte risibile necessario datur in quolibet homine etiam possibili, neque tamen inde sequitur quod sit hominis constitutivum, ita quis opinari posset necessario dari praedictam similitudinem in quovis filio, neque tamen esse filij constitutivam. et licet ratio communis sit omnium inferiorum collectio, tamen inde solum infertur quod ex omnibus filijs sit abstrahibilis ratio communis principij immanenter operativi, non tamen quod ea ratio sit constitutiva filij, sicut ab omnibus hominibus abstrahi possunt conceptus risibile, quin tamen ille constituat essentialiter hominem.

3a filius divinus qua filius opponitur Spiritui Sancto, sed per spirationem activam opponitur Spiritui Sancto. ergo per spirationem activam constituitur in ratione filij. minor probatur quia activa spiratio reperitur in filio, non in Spiritu Sancto. sed et est infirma haec ratio, quia licet filius per spirationem opponatur Spiritui Sancto, tamen etiam opponitur per relationem notionalem et proprissimam filij, per quam dicere quis posset filium in ratione filij constitui: mitto alia, ut in argutorum solutionem deveniamus, quae pene innumera sunt. 4° argumentorum solutio. caput 3um.

De Argumentorum Solutio. Caput 3um.

Obiicitur 1o filiatio est adequata fra per quam filius constituitur in ratione filij, sed filiatio n includit activam spirationem, seu virtutem inmanenter operativam, quin potius virtualiter adequate distinguatur ab illa, ergo spiratio activa nullo modo constituit filium in ratione talis.

Respondetur filiationem dupliciter stare. 1o pro vellatione personalize personae, et sic n includit spirationem. 2o pro fra adequaté constitutiva filij, et sic includit spirationem quatenus includit similitudinem in natura, quae consistere nequit in alio praedicato. idem ex parte Patris notetur ubi frari potest idem argutum. etenim Paternitas stat 1o pro vellatione seu proprietate notionali lae Personae, et sic n includit spirationem. 2o pro fra adequate constitutiva Patris in esse Patris, et sic spirationem includit, eo q pater ut talis dicere necesario debeat similitudinem in natura cum filio.

Obiicitur 2o, per id constitui debet filius Divinus in ratione filij per q convenit cum filio creato, sed per activam spirationem n convenit cum filio creato. ergo per activam spirationem n constituitur in ratione filij. minor pr n in filio creato n datur spirativa virtus, qa n datur vis ad spirandum, sed ad generandum, quae sane vis ad generandum n est in Divino filio. verum eodem arguto probare poteris filium creatum in ratione filij n constitui per virtutem generativam, n per id constituendus est in ratione filij per q convenit cum filio, sed n convenit per virtutem generativam, qa n datur haec in Divino filio. ergo n constituitur in ratione filij per virtutem generativam, ut communiter aseritur.

Ut ergo haec, et alia diluantur arguta, notes ad rationem filij

-filij non requiri similitudinem in virtute immanenter operativa suppositi vel Personae, sed sufficere similitudinem quomodolibet immanenter operativa, sive sit termini substantialis, vel accidentalis, sive suppositi, vel personae, vel cuiusvis alterius termini. ratio est quia ab his omnibus abstrahit natura, quae solum definitur substantia, sive radicale quasi principium operationis immanentis, vel termini manentis intra principium. sed ad rationem filij tantum requiritur similitudo in natura, ergo tantum requiritur similitudo in virtute immanenter operativa. quod quidem sit de ratione virtutis huius, unde falluntur plures R.R. subcumbentes nostrae sententiae, qui pro filij conceptu determinate petunt similitudinem in virtute productiva suppositi, vel Personae. fateor Divinum filium esse talem ob virtutem ad suppositum, et Personam, quia in divinis repugnat virtus immanenter operativa, quae non sit ad suppositum et Personam, hoc tamen est per accidens ad rationem filij.

Hinc ad argumentum distinguo maiorem per id constitui debet filius Divinus in ratione communissima filij per quod convenit cum filio creato, concedo maiorem, per id constitui debet in ratione specialissima talis filij per quod convenit cum filio creato nego maiorem. itaque ad rationem communissimam filij solum requiritur iuxta dicta vis immanenter operativa, sive sit spirativa, sive generativa, sive terminetur ad substantiam, vel accidens, sive ad Personam, vel ad terminum cuiusvis alterius conditionis. in hac ergo vi immanenter operativa convenit filius Divinus cum creato non tamen convenit Spiritui Sancto, eo quod careat omni vi immanenter operativa, convenit ergo filius Divinus in ratione communissima filij cum filio creato, non tamen convenit Spiritui Sancto, et ideo non est filius.

At si consideretur specialissima ratio filij, quae reperitur in 2a persona, dicit spirationem activam quae non est virtus utcunque immanenter operativa, sed operativa suppositi Divini, in quo conceptu non convenit ~~conceptus~~ Divinus filius cum creato, propterea quod non convenit

convenit cum illo in specialissima ratione filij quam habet, licet conveniat in generalissima filij ratione, licet equus conveniat cum homine in ratione communi filij, sed non in ratione differentiali. per spirationem ergo activam, quae dicit essentialiter, et esse proprium immanens, et esse tale proprium constituitur filius Divinus tam in ratione communi, quam in differentiali filij: Spiritus vero Sanctus, qui nec in communi, nec in particulari habet vim immanenter operativam, neque communem, neque specialem filij rationem habet.

Obiicitur 3° filius Divinus ea praecise relatione constituitur in ratione filij, qua respicit Patrem ut Patrem, sed per activam spirationem non respicit Patrem ut Patrem. ergo per activam spirationem non constituitur in ratione filij. Respondetur omissa maiori negando minorem. quia cum respicit Patrem ut Patrem, respicit illum ut similem in natura, cumque per activam spirationem respiciat Patrem, ut similem in natura, sequitur, quod per activam spirationem constitui debeat in ratione filij.

Obiicitur 4°. ideo Pater in creatis dum generat filium communicat illi fecunditatem ad ulteriorem communicationem suae naturae, quia cum natura Patris perire possit in filio ut pote defectibili non perennaret, ut intendit Pater eius natura, si nequiret filius eam alteri dare; sed hic finis in Deo deficit, quia natura Patris est incorruptibilis in filio. ergo Pater in Divinis dum generat filium non intendit formaliter, et ex vi generationis ei dare fecunditatem ad ulteriorem communicationem.

Respondetur generationem in creatis intendere similitudinem in natura, quoniam ea est de communissimo conceptu generationis. haec autem similitudo contingit ibi, quia Pater dum generat filium ei dat fecunditatem ad communicandam alteri per generationem propriam naturam, non tamen in individuo, sed in specie. in Divinis autem etiam intendit generatio similitudinem in natura filij cum Patre, non tamen quae sic exerceatur, ut Pater filio det fecunditatem ad communicandam

ad communicandam per generationem alteri supposito suam naturam in specie, sed ut per spirationem communicet suam individualem naturam. hæc vero differentia solum arguit, ut supra notabam, filium Divinum in ratione differentiali filij dissimilem esse a filio creato, q negari nequit, et sicut in creatis generatio petit, ut natura specifica conservetur in aliquo individuo post quam est a Patre communicata filio, sic in Divinis petit, ut una individualis natura, quæ communicatur a Patre filio, conservetur ulterius, vel saltem conservari queat, in alio ulteriori individuo determinato, n tamen est de ratione filij fæcunditas, ut ita perennet natura Patris, quasi sclusa ea fæcunditate deffect filii esset ea natura in filio. 7o alia arguta soluta caput 4um.

Superiunt ad huc arguta n levia. ium petitur ex S. Augustino libro 6o et 7o de Trinitate dicente: eo verbum quo filius, et econtra, eo filius quo verbum. ergo sentit Verbum eo constitui filium, quo Verbum; sed n constituitur in ratione Verbi per spirationem actibam. ergo nec in ratione filij. Respondetur Augustinum loqui de relatione personali 2æ Personæ, per quam, et in ratione Verbi, et in ratione filij fatemur constitui. præter hanc autem constituitur in ratione filij per spirationem actibam, quam sibi per illam n constituatur in ratione Verbi, quia sola spiratio actiba dat filio similitudinem in natura cum Patre quæ necessaria prius est ad generationem.

2um argutum licet Spiritus Sanctus n esset possibilis adhuc 2a Persona vi suæ processionis esset filius. ergo n constituitur in ratione filij per virtutem productricem Spiritus Sancti. Respondetur q Spiritus Sanctus ex duplici capite potest intelligi repugnans 1o ratione sui. 2o qa n detur in 2a Persona virtus ad illum producendum

producendum. sicut 1° cap.e precisè repugnaret adhuc 2a Persona filius esset, non ad rationem filij sufficit, et requiritur, quod 2a Persona possit quantum est ex se spirare; si vero Spiritus repugnaret ex defectu virtutis in 2a Persona, tunc hæc non esset filius, quia non haberet similitudinem in natura cum 1a Persona.

2um argutum filius non est similis, sed omnino idem in natura spirativa cum Patre. ergo falso dicimus in ratione filij consistitui per similitudinem in natura spirativa cum Patre. consequentia patet, antecedens ostenditur, nam eadem numero spiratio activa datur in Patre, ac filio. Responderi solet negando antecedens, quia filius, et similis, et idem est in natura spirativa cum Patre, quin et eo magis perfecte similis quo idem est: nam similitudo tendit ad identitatem, vel saltem ad unitatem. ergo quo perfectior fuerit unitas perfectior erit similitudo; sed unitas identitatis perfectior est, qualibet alia divisionem afferentem. ergo etc. nota vero sic actum argutum, sic etiam inpugnare qui dicunt, filium ideo filium esse, quia similis est in Deitate cum Patre.

Nihilominus placet aliter respondere, similitudo potest esse phisica, vel methaphisica: phisica divisionem afert in eo formalissimo predicato, ratione cuius extrinseca dicuntur similia, et in hoc sensu non est filius Patri similis in activa spiratione. similitudo methaphisica, non affert, sed potius excludit divisionem in eo formalissimo predicato, quod est similitudo, quanvis necessario petat distintionem extremorum inter quæ versatur similitudo, et sic filius est Patri similis in spiratione. sicuti ergo pro generatione de qua loquimur sufficit, quælibet similitudo ex dictis, nam quælibet propinissima est et licet tractatu 3° q.e 3a cap.e 2° diximus Personas Divinas in nullo predicato absoluto proprie similes esse propterea rellationem similitudinis in eo predicato fundari non posse, loquutus fui de similitudine phisica, quæ sola fundare potest rellationem predicamentalem similitudinis, videatur videatur tractatus 4us q.e 6a cap.e 1°.

4um argutum. natura Patris est genitiva, et

et spiratiba, sed natura filij solum est spiratiba. ergo natura filij ñ est similis naturę Patris, et coenter filius ñ ideo filius est, qª similitudinem habeat in natura cum Patre. Respondeo in Patre dari duas naturas completas, seorsim arrogantes sibi nomen naturę, qª dantur duo pria quorum unum est ad generandum, et aliud ad spirandum. iam ergo licet filius ñ sit omnino similis in utraq; tamen similis est absolute, ñ ipsi assimilatur in spiratiba, quę seorsim a generatiba vocatur absolute natura, q ratis est ad generationem, ex cuius conceptu solum exigitur similitudo in natura, ñ tamen in omni natura.

Sed instas Pater sine filio nequit producere Spiritum Sanctum. ergo sine filio ñ est prium Spiritus Sancti. ergo sine filio ñ est natura, proindeq; filius quà distinctus a Patre ñ est similis in natura cum Patre. Respondetur ad summum hoc argumento convinci Patrem sine filio ñ esse prium adequatum spiritus Sancti, ñ tamen naturam ñ esse respectu illius, qª conceptus naturę prescindit ~~a~~ tam adequato prio, et inadequato, solum q; petit prium utric inmanenter operatibum. et sane filius increati est similis in natura cum Patre quanvis Pater absq; consortio matris nequeat illum producere. deinde respondetur, q licet Pater absq; filio nequeat producere Spiritum Sanctum, id ñ provenit ex defectu virtutis productibę, sed qª requiritur filiatio, ut conditio ad exercitium illius virtutis ut infra dicetur. unde quanvis natura peteret adequatam virtutem producendi, Pater adhuc esset natura respectu Spiritus S.

Instas preterea, qª iam filius increatis erit magis similis in natura cum Patre quam in Divinis, q ex eo videtur absurdum, q filius creatus erit magis perfecte propriè q; filius quam increatus. ostenditur sequela, qª nulla est natura in qua filius creatus ñ assimiletur suo Patri, sed aliqua est natura, videlicet generatiba in qua filius increatus ñ assimilatur suo Patri. ergo plus assimilatur filius creatus quam increatus suo Patri.

Respondetur ad perfectissimum filium exigi

exigi solum similitudinem in natura, parumque vel nihil iuvare maiorem similitudinem. hinc omitto filium creatum esse magis similem suo Patri, quam increatum. inde non infertur filium increatum non esse proprie filium, vel creatum esse magis proprie filium, nam in ratione communi filij, sicut in ratione communi substantiæ, vel entis non datur magis, et minus, quod si filius creatus attendatur suo differentiali ratione filij dubitari nequit esse minus perfectum, et increatum esse infinite perfectiorem. deinde filius creatus ideo similis est omnino eius Pater in natura, quia solum datur ex parte Patris unica natura, cui possit assimilari, filius vero Divinus ideo non assimilatur omnino suo Patri, quoniam ex parte Patris est duplex natura, cui utrique nequit assimilari, quod non tam arguit maiorem similitudinem in filio creato, quam in Divino, quam maiorem fæcunditatem et extentiorem naturam in æterno Patre, quam increato.

Quintum argumentum spiritus Santus evadit similis in omni potentia quæ virtus est transeunter operativa, sed hoc sufficit, ut evadat similis in natura. ergo evadit similis in natura, et consequenter est filius. minor probatur, nam Pater creatus est natura respectu filij geniti, et tamen non producit immanenter, sed transeunter proprium filium, quia ille intra Patrem non manet. ergo pro conceptu naturæ non exigitur prius immanenter operans, sed operans utcunque.

Respondetur ideo Patrem creatum esse naturam et prius immanenter operans, quia saltem manet intra partem illam substantialem a Patre decisam, quæ se habet ut instrumentum substantiale, quo Pater utitur ad generandum. unde pro conceptu naturæ requiritur prius operans immanenter mediate, vel immediate, cum ergo id non conveniat Spiritui Sancto in ordine ad productionem creaturarum sequitur illum non esse naturam respectu illarum.

6um argumentum, activa spiratio non est in Patre, et

et filio prium Spiritus S. 1° et per se, sed 2um accidens, alter logicum, q^a n est de constitutione Patris, aut filij. ergo n est natura de cuius ratione supra statutum est, q sit prium 1°, et per se n 2um accidens. ergo similitudo filij cum Patre, in spiratione n est similitudo in natura per quam 2a persona filius evadat.

Respondetur Aristotelicam deffinitionem fuisse elaborandam pro natura creata, quam nile in perfectionibus repletam agnovit philosofus, ut in superioribus notabam. pro conceptu enim naturę precindentis a Divina, et creata, solum exigitur prium substantiale operationis immanentis, quale est sine dubio activa spiratio. preterea, solum accidens phisicum, et n logicum excludere tentat Aristoteles a conceptu naturę. deman dic spirationem activam, nec logicum accidens esse, sed primario, et per se, sive essentialiter convenire Patri, et filio, ut sunt a parte rei. q si hę Personę reduplicative considerentur, ut videlicet sunt Pater, et filius, n solum a parte rei, sed in methaphisica etiam, et virtuali constitutione dicunt spirationem. 4° nobum aliud argutum caput dum.

Difficilius tamen obiicies. si filius esset filius per activam spirationem, Pater esset Pater per activam spirationem; sed n est Pater per activam spirationem. ergo filius n est filius per activam spirationem. cōa patet. maior videtur ex terminis nota, q^a Pater, et filius correlativa sunt. minor pr, q^a Pater est Pater ante filium; sed ante filium n habet activam spirationem. ergo n constituitur Pater per activam spirationem. cōa patet q^a per id n constituitur Pater in esse Patris, quo n existente Pater est. maior negari nequit, q^a Pater est prium filij. ergo est ante filium. minor

minor prob. quia activa spiratio est prius productivum Spiritus S., sed ante filium non habet Pater prius productivum Spiritus S., secus produceret tunc Spiritum S., et consequenter productio 3æ Personæ prior esset, quam productio 2æ. ergo ante filium non habet Pater activam spirationem.

Aliqui respondent negando maiorem, quia sentiunt Patrem in ratione Patris non constitui per activam spirationem, quamdiu filius in ratione talis per illam constituatur. sed hæc doctrina communiter displicet fautoribus nostræ sententiæ, quia Pater ut Pater esse debet eiusdem naturæ cum filio, sicut filius, ut filius esse debet eiusdem naturæ cum Patre. ergo Pater æternus esse debet eiusdem naturæ cum æterno filio, sed non alterius naturæ quam spirativæ, quia nulla alia natura est in filio. ergo Pater æternus ut talis esse debet eiusdem naturæ spirativæ cum filio. ergo ut Pater dicere debet naturam spirativam, seu spirationem activam. explicatur amplius Pater æternus, ut talis petit similitudinem in natura cum filio. ergo ut Pater exigit illud prædicatum ratione cuius exercetur ea similitudo, sive propria, sive impropria similitudo vocetur, sed exercetur solum in activa spiratione. ergo ut Pater est petit activam spirationem.

Nihilominus probabilissime defensari potest Patrem in ratione Patris non constitui per spirationem, quamdiu filius in ratione filij per illam constituatur quod sic probari potest, etenim ablata spiratione maneret adhuc sufficienter Pater in ratione Patris. ergo in ratione Patris non constituitur ne[c]esse per spirationem. antecedens ostenditur, quia maneret similis in natura cum filio, nam cum posset producere filium, et filius posset producere Spiritum S., maneret Pater similis filio in ratione communi principij inmanenter operativi præscindentis a generativo, et spirativo, sed generationis definitio tantum exigit similitudinem in natura, quæ cum quo[d]libet illa sit. ergo ratione

ratione virtutis generativę maneret Pater constitutus in ratione Patris, etiamsi defficeret ab illo spiratio activa, quę reperitur in filio. quare de facto Pater duplici titulo erit Pater, videlicet ex natura generativa, et spirativa, sed per quamlibet convenit cum filio in ratione naturę.

Quamvis hoc ita sit tamen argúto non cogimur ad negandum Patrem in ratione Patris constitui per spirationem, unde omissa maiori nego minorem, ad probationem nego minorem cuius probatio futilis est, quia licet Pater ante filium habeat spirationem, quę prium est Spiritus S., non tamen illud producit ante, sed post filium, eo quod filius ad eius productionem necesso requiratur ut infra dicetur. in sententia plurium R.R.um qui virtutem spirativam nulla ratione distinguunt, ab actuali spiratione satis urget argútum, quia cum spirativa virtus precedat ad filium precedet etiam actualis spiratio, consenter quo 3a Persona producetur ante eam. in nostra vero sententia, licet spirativa virtus precedat in Patre ante filium, actualis tamen spiratio non precedit, sed subsequitur potius ad filium.

Nec aprobo, quod ab aliquibus docetur, nimirum solam rellationem Patris, ut pote phisicum prium filij precedere ad illum. etenim ut ostendi supra non solum prium productivum, sed etiam communicativum precedere debet ad Personam productam, quia prium communicativum est illud, quod preexistens in Persona producente transfertur per identitatem ad productam, sed spirativa virtus est prium communicativum filij, cum ~~per~~ eam communicet Pater filio, sicut communicat Deitatem, et atributa. precedit ergo in Patre ante filium, et consenter non est sola rellatio Paternitatis, quę precedit. 4º dupetex instantia caput 6um.

Lasit

Lant, si Pater ut Pater, et filius ut filius consti tuerentur per activam spirationem Pater ut Pater, et filius ut filius refferrentur ad Spiritum S. hoc est falsum ergo et^{a}. maior liquido constat, quia activa spiratio refertur ad Spiritum S. et ad passivam processionem illius. ergo Pater constitutus in ratione Patris, et filius in ratione filij ~~similiter~~ referentur etiam per activam spirationem ad spiritum S. quia ad id refertur constitutum ad quod refertur constituti vum. minor pr. autoritate P.P.^{um} Latinorum. quorum nomine Ioannes theologus in Concilio Florentino sectione 22 Spiritum ut spiritum, hec verba fatur, Pater ut Pater ad filium refertur, filij enim Pater similiter filius, ut filius refertur ad Patrem, Patris namque filius, et filio enim existente impossibile est esse Patrem, cum hec rellativa sint, et ad aliquid spiritus autem S. per se neque ad Patrem neque ad filium refertur, quatenus Pater, et filius, spiritum enim ut spiritum ad spirantem refferri oportet: spirantes autem sunt Pater, et filius.

Respondetur in primis Patrem et filium independenter a natura [illegible] refferri ad spiritum S., quod sic osten do, quia in omnium sententia Pater ut Pater et filius ut filius distin guntur ab spiritu S. ergo habent oppositionem rellativam cum illa quia in Divinis non datur distinctio, quin detur oppositio rellativa. ergo uter que reffertur ad spiritum S., quin ex eadem ratione colligitur spiritum S. etiam refferri ad Patrem, ut Patrem, et filium ut filium, quia dis tinguitur ab utroque. ergo ad utrumque dicit oppositionem rellativam seu rellationem oppositionis.

Deinde respondetur distinguendo maiorem Pater ut Pater, et filius ut filius refferrentur ad spiritum S. tanquam ad filium, vel tanquam ad Patrem nego maiorem; tanquam ad terminum rellationis, qua partialiter constituuntur in ratione Patris, et filij concedo maiorem. non enim Pater Spiritum respicit ut filium, neque filius ut Patrem, sed uterque respicit illum ut terminum spirationis activae per quam Pater est Pater 2ae Personae, et 2a filius Patris. potest

potest etiam aliter distingui maior. ꝗ Pater refferetur ad spiritum ut ad trum ñ primario, sed secundario ponendum, ideoqꝫ ñ respicit illum ut filium qᵃ filius est trus Patris primario ponendus, et producendus filius etiam respicit spiritum S. ut trum subsequtum ñ antecedentem ideoqꝫ ñ respicit illum ut Patrem, qᵃ Pater est trus precedens, ñ subsequens ad filium.

Hinc explicatur facile textus adductus ex Florentino ꝗ ibi P.P. solum intendunt eternum Patrem ñ esse Patrem, et filium ñ esse filium, spiritus S. propterea dicunt filij enim Pater, et Patris nqꝫ filius id est Pater solum est Pater respectu filij, et filius solum est filius respectu Patris, ñ vero Spiritus S. minime tamen excludunt imo potius indicant admitere spirationem actibam pro constituti do Patris, et filij dum dicunt Patrem et filium esse spirantem, ꝗ in sensu frali loqui videntur, quasi dicant Patrem ut Patrem, et filium ut filium per id constitui, quo sunt spirantes in actu 1º.

2a instantia. ꝗ 2a Persona ñ accipit ex vi suę processionis predicata de linea voluntatis actiba spiratio est de linea voluntatis. ergo ñ accipit vi processionis actibam spirationem, sed accipit esse filium, ergo ñ requiritur pro conseptu filij actiba spiratio. maior huius discursus videtur serta, qᵃ si 2a Persona vi processionis acciperet prędicata de linea voluntatis procederet ut amor, sicut ex ea procedit ut verbum, qᵃ vi processionis accipit prędicata de linea intus. nec ob aliam rationem Spiritus S. procedit ut amor, nisi qᵃ vi processionis accipit prędicata de linea voluntatis. minor eiusdem discursus ostenditur ꝗ actiba spiratio constituit cum voluntate prium spirandi, sed qꝗ constituit prium spirandi est de linea voluntatis. ergo actiba spiratio est de linea voluntatis.

Respondetur communiter 2am Personam accipere vi processionis prędicata de linea voluntatis, ñ tamen quę exerseantur in Patre respectu suę processionis, sed ut filio, et in Patre exersantur respectu 2ę processionis. unde patet, cur 2a

2a Persona vi processionis non evadat amor in essendo, quo verbum eva
dit, quia predicata de linea intelligendi sic accipit ut exerceantur in 1a produc
tione. huius vero differentie ratio est, quia exercitium voluntatis sup
ponit exercitium intus, eoque nihil volitum, quin precognitum
ut communiter dicitur.

Verum hec doctrina non placet, quia sicut predicata de linea intus
in prima productione exercentur, eoque Persona producta formaliter
sit verbum, ita spiratio debet exerceri, quia Persona producta formali
ter est filius, cum non minus constituatur filius in esse filij per spi
rationem, quam in esse verbi per predicata de linea intus. et
sane quod vis absolutum predicatum quod per se petitur a 2a Persona se
exercet in Patre dum illam producit tanquam prius ab altero sui com
municatibus, ut supra docui.

facilius ergo respondetur 2am Personam ut filium,
non ut verbum accipere vi processionis aliquod predicatum non omnia de
linea voluntatis, quia non accipit amorem, sed spirationem tantum ac
tivam, que simul cum voluntate principiat Spiritum S. neque prop
terea sequitur quod 2a Persona vi processionis evadat amor, sicut ver
bum evadit, quia ad hoc opus erat ut vi processionis acciperet omnia
predicata de linea voluntatis, sicut accipit omnia de linea intus.
et sane vi processionis accipit 2a Persona filiationem, que tamen
est prius aliquo modo Spiritu S. quatenus est conditio ex parte actus
primi requisita ad eius productionem. item in sententia docente
Personas ex vi formali accipere Deitatem eamque constitui per intellec
tibus, et volitibus, aut per collectionem omnium perfectionum
nescio dicendum est communicari verbo plura predicata de linea
voluntatis.

Hec pro exponenda et comprobanda nostra sententia dicta
sint jam ad placita reiicienda accedamus: licet enim ex hucusque dictis
omnia penitus ruant opus tamen est easigillatim exponere et aliunde
impugnare. 1o confutatur 1a sententia caput 7um.

Deffendit la sententia ideo 2am Personam esse filium quoniam eius processio est per modum naturę, q[uo]d neutiquam habet processio Spiritus S. quare videntur hi D.D. sic exponere particulam illam in deffinitione generationis vitalis contentam, in similitudinem naturę hoc est per modum naturę, sive ad instar naturę, si vero prędictos AA. roges quid sit procedere per modum naturę sive ad instar naturę, in varias dividuntur explicationes.

Aliqui dicunt nil aliud esse procedere per modum naturę quam procedere necessario. quare cum 2a Persona necessario procedat, a prima procedit per modum naturę, cum vero Spiritus S. n̄ necessario sed libere procedat n̄ utiq[ue] procedit per modum naturę, sed per modum voluntatis. hęc tamen explicatio reiicitur ex supra dictis ubi statuimus utramq[ue] processionem esse summe necessariam et nullam esse liberam.

Exploditur etiam aliorum explicatio, qui verba illa per modum naturę dicunt intelligi de essentia Divina formaliter, et immediate communicata vi processionis, unde sentiunt ideo verbi processionem esse generationem, et per modum naturę quoniam ex vi sua communicatur formaliter et immediate natura, vel essentia Divina verbo, quę tamen Spiritui S. n̄ ita communicatur. verum ex infra dicendis, et ex supra dictis q[uaestio]e 2a huius capitis 7i constat utrique Personę formaliter, et immediate communicari naturam, vel essentiam Divinam ex vi processionis.

Durandus vero in 1o dist.e 7a q.e 7 num.o 15 aliter intellexit, et explicuit modum procedendi 2um naturam et 2um voluntatem: n[on] tunc processionem dicit esse 2um naturam

naturam, quando est ab uno procedit sicut est processio Verbi, quando vero est a pluribus divisive sufficientibus est per voluntatem quia tunc ea plura concurrunt per voluntatem modificantem, et attemperantem virtutem singulorum, et ita producit Spiritum S. a Patre et Filio, non quilibet divisive sufficit ad eius productionem, unde quilibet per voluntatem attemperat proprium concursum.

Sed contra Durandum est 1°, quia supponit Spiritum S. non procedere perse a duobus suppositis, cuius oppositum infra dicemus. 2° quia cum sit eadem virtus, qua Pater, et Filius producunt Sanctum Spiritum, nequit intelligi qua ratione attemperetur ea virtus. 3° quia convenire Patrem, et Filium, ad producendum Spiritum S. non est liberum, sed omnino necessarium. ergo ex eo capite dici nequit per voluntatem ea productio. 4° non sive sit ordine naturae, sive voluntatis, sive ab uno, sive a pluribus, eo ipso, quod processioni Spiritus S. conveniat deffinitio generationis, est generatio, et terminus denominatur filius, quin attendi debeat, quibus ex principiis deffinitio conveniat; sed an conveniat: cum ergo processioni Spiritus S. conveniat esse originem viventis a vivente a principio coniuncto in similitudinem naturae; vel essentiae Divinae sequitur esse generationem, et Spiritum S. esse Filium.

Et tandem omnia aut alter respondendum existimavit. 2am Personam ideo procedere per modum naturae, quia procedit a Patre media virtute constitutiva Patris in esse talis suppositi, quae simul est productiba filii et personalitas, qua a Persona constituitur, et discriminatur a caeteris. hinc ergo processio 2ae Personae habet rationem generationis, et eius terminus denominatur filius, at processio 3ae Personae non est a Patre et Filio per modum naturae, non est ab utroque media spiratione activa, quae nec Patrem, nec Filium in esse personali constituit, sed est accidens logicum utrique Personae superadditum. unde, vel ex hoc solo titulo non habet

habet ea processio rationem generationis.

Ad istam cogitationem adducunt naturę deffinitionem quam ex Philosofo notarunt omnes. est prium et causa motus et quietis eius in quo est 1° et per se, et ñ 2um accidens. unde colligitur id q̄ est accidens phisicum aut logicum ñ habere rationem naturę, quare cum spiratio sit accidens saltem logicum respectu Patris, et filij. Paternitas vero ñ sit respectu Patris, inde sequitur spirationem ñ esse naturam eius vero Paternitatem, cum ergo processio 2ę Personę sit per Paternitatem, et 3ę per spirationem tanquam per virtutem productiuam fit aperte; q̄ 2a Persona proceda per naturam Patris, et 3a vero ñ procedat per naturam Patris, aut filij.

Hic tamen discursus ad hominem reffellitur etenim ut apud hos D.D. constat generatio vitalis est processio cuius terminus similis sit in natura cum prio, quatenus eadem in specie, vel numero natura reperiatur in utroqꝫ, sed iuxta hanc explicationem, in 2a Persona ñ est eadem natura quę reperitur in 1a, ñ ergo processio 2ę Personę habet rationem generationis. minor pr, q̄a naturam dicunt esse prium hi productiuum, et in suppositi constitutiuum ex quo sequitur nullam reperiri naturam in filio q̄a solum reperitur actiua spiratio, quę sit prium productiuum. ea vero cum ñ sit constitutiua 2ę Personę habere nequit rationem naturę. rursus licet spirati ę esset in filio natura, ñ tamen esset similis naturę Patris, q̄a natura Patris est ad generandum. spiratio vero solum est ad spirandum. ergo manifeste deducitur ex ea sententia q̄ 2a Persona similis ñ sit in natura cum prima.

Neqꝫ iuuat hos D.D. argutum petitum ex deffinitione naturę. 1° ñ ea deffinitio tradita fuit ab Arte pro natura creata, ñ pro natura pręscindente a creata, et increata ut in pręcedentibus notabam. 2° ñ in ea solum excluditur a ratione naturę phisicum accidens et ñ logicum. 3a sententia reijcitur caput 6um.

Celebris est sententia, quae docet, ideo 2am Personam, et non 3am esse filium, quia 2a, et non 3a vi suae processionis est imago. quare verba illa in deffinitione generationis vitalis contenta, videlicet in similitudinem naturae, convertunt et exponunt in imaginem naturae, vel in similitudinem, quae sit per modum imaginis, nam hi D.D. aperte docent, non quamlibet similitudinem in natura sufficere pro conceptu filij quandoquidem in eorum sententia procedit Spiritus S. ut similis in natura cum Patre, neque tamen est filius Patris, quoniam ea similitudo non est per modum imaginis. ita P. Basquez 1a parte disp.e 73 P. Alarcon tr.u 5o disp.e 8a cap.e 17 Magister Albis 1a parte tr.u 4o de trinitate disp.e 2a sectione 3a cum alijs, qui procedentes hic usurpant essentiam, et naturam Divinam.

Sed adhuc inter hos A.A. reperitur aliquale dicidium, nam plures communiter docent, ut aliquis sit perfecte filius tantum exigi quod sit imago Paternae naturae, quamquam sit an ulterius sit imago Paternae proprietatis. quod non esse necessum existimant. hinc 2am Personam dicunt esse perfecte filium, eo quod referat per modum imaginis naturam Patris, quamvis non refferat nationalem, et personalem eius proprietatem. at P. Alarcon sentit cum alijs filium Divinum esse Patris imaginem, non solum quoad naturam, sed quoad relationem personalem; idque necessum indicat pro filio in ratione filij perfectissimo sicut est filius Divinus, nam in creatis in quibus ille sentitur perfectior filius in ratione filij, qui non solum reffert naturam Patris, sed etiam peculiares, et individuales eius qualitates, et accidentia vg faciem, colorem dispositionem corporis etc.a hinc infert Spiritum S. non esse perfecte filium, quia

q^a licet Patrem refferat in natura Divina, et in actibus etiam spiratione n̄ tamen illum reffert in personali rellatione Paternitatis.

Hęc oppinio dicitur a pluribus theologis, et merito sané q^a cum Spiritus S. vi sue processionis, sit tam similis in natura cum Patre sicut est filius, ut ex doctrina horum auctorum in presenti supponitur, n̄ aperet cur ea similitudo filij cum Patre sit per modum imaginis, et talis n̄ sit ea similitudo Spiritus S. cum eodem Patre. melius hoc constabit si notum fiat cur ea similitudo quam habet filius cum Patre dicatur ab ipsis per modum imaginis.

Ad 1° dicunt procedere filium ut imaginem Patris, q^a n̄ utcunque communicatur ei natura Patris, sed q^a producitur a Patre, et ei communicatur natura eo animo, et intentione, ut Patrem sum naturam representet. sed contra, n̄ hęc intentio per quam Pater dum producit, et communicat propriam naturam filio conatur, ut illum representet, vel est naturalis vel vitalis: hoc est vel est ingenita quędam inclinatio, qua Pater ab intrinseco tendit in productionem t^{ri} per quem representetur: vel est actus voluntatis vitaliter intendentis eam presentantem: at hoc utrunque reperitur in Patre respectu Spiritus S. pt minor q^a cum Spiritus S. vi processionis evadat similis Patri in natura representat Patrem sum naturam. et cum id per accidens, et casu n̄ eveniat, intendit quiden Pater utroque genere intentionis eam similitudinem in Spiritus S.

Confirmo 1°, q^a negari nequit Spiritum S. eo ipso q vi sue processionis habeat eandem naturam cum Patre representare Patrem in natura; sed hęc representatio n̄ est preter intentionem Patris, sicut n̄ est q Spiritus S. habeat eandem naturam cum illo. ergo fit ex intentione Patris. Confirmo 2° Pater dum communicat Spiritui Sancto propriam naturam, et essentiam intendit id q formaliter et necessario sequitur ex tali communicatione, sed formaliter, et necessario sequitur, q representet Patrem in natura. ergo

ergo Pater intendit ad Spiritu S. representari in natura; hec ar
guta probant quod licet intentio requiratur ex parte generantis,
adhuc inde non sit excludendus a ratione filij Spiritus S. prop
terea quod erga illum habeat Pater equam intentionem, ac erga
filium: modo vero contendo; et probo dictam intentionem esse
per accidens ad conceptum filij.

Etenim si per possibile, vel impossibile Petrus in creati
daret Paulo propriam naturam in specie, vel numero defficiente
qualibet intentione, sive naturali, et innata, seu vitali, et elli
cita per quam intenderet a Paulo representari in natura Petrus
absque dubio esset Pater Pauli, et Paulus esset filius Petri, ergo ea
intentio quomodolibet adstruatur per accidens est ad conceptum
filij quandiu omittatur reperiri in Patre. rursus ideo sufficientissime
Petrus in isto casu esset Pater Pauli, quia communicaret illi suam
naturam; sed etiam eternus Pater communicat suam naturam
vi processionis Spiritus S. ergo etc.

2° dicunt ideo filium esse Patris imaginem, quia non
solum realiter ratione nature representat illum, sed etiam inten
tionaliter ratione notitie, seu cognitionis, quam accipit ex vi pro
cessionis, contra quia saltem realiter Spiritus S. erit filius. probo,
quia Spiritus S. accipit realiter notitiam Patris. aliunde habet
naturam illius. ergo saltem realiter est imago Patris et concedetur
filius. patet non esse filium est realiter ratione nature, et in
tentionaliter ratione notitie representare Patrem. contra prete
rea, quia notitia communicata filio quandiu per se conducat ad
rationem verbi per accidens est ad conceptum filij non filius qua
talis non petit similitudinem, aut representationem intentiona
lem Patris, sed realem provenientem ex eadem natura ut ex deffini
tione constat est origo viventis a vivente in similitudinem nature.

3° possunt dicere cum Patre Alar
con ideo filium esse filium et imaginem Patris quia non solum representat

representat Patrem sum naturam, sed sum proprietatem etiam per sonalem, et individualem illius. contra tamen est 1° ñ filius ñ exigit representare Patrem sum speciales notitias illius, sed sum naturam; ut vel in creatis experimur; ubi filius preterquam in natura solet esse valde dissimilis Patri ergo cum Spiritus S. valde similis sit in natura Patri habet qđ qđ essentialiter exigi tur pro conceptu filij, et sane qđ ex dictis ad summum inferre tur esset spiritum S. ñ esse filium ea perfectione, qua verbum est filius qa ñ representaret Patrem sum personalem eius pro prietatem, sed sum naturam precisive: cum quo tamen staret esse simpliciter filium, qa representaret Patrem in natura.

Contra 2° qa dupliciter intelligi po test filium representare personalem proprietatem Patris, vel qa filius ipse per identitatem, habeat eandem aut similem propri etatem, vel qa per modum instrumentalis signi ducat intellec tum in eius cognitionem. at 1um est omnino falsum, ut patet 2um vero reperitur etiam in spiritu S. qui per se conectitur cum Patre et filio; connexus cum proprietate personali utriusque. ergo Spiritus S. ñ minus quam filius refert personalem proprie tatem Patris: aliunde refert naturam. ergo habet qđ qđ iuxta hanc sententiam requiritur pro conceptu filij. 3° circa 3am sententiam iudicium fertur caput 9um.

Celebris est hec 3a sententia, que docet ideo 2am personam esse filium, qa vi processionis accipit formaliter intellectionem a Patre quam Spiritus S. ñ nisi ad summum materialiter, et identice accipit

accipit; ita P. Granadus 1a. 2æ de trinitate disp. 5a. P. Montoya de trinitate disp. 6a. sectione 8a. cum alijs.

Ego tamen cum pluribus RR.[is] iudico præfatum dicendi modum non explicari legitimè conceptum filij, eiusque discrimen a Spiritu S., siquidem quamvis intellectio non communicet formaliter Spiritui S. communicatur realiter. ergo saltem realiter habet Spiritus S. quidquid est de conceptu filij. ergo saltem realiter est filius. Confirmo, quia realiter communicatur intellectio Spiritui S. realiter est intelligens, quamvis non sit formaliter, eo quod non communicet illi formaliter intellectio. ergo quamvis formaliter non sit filius, quia non habet communicatam sibi formaliter intellectionem, quæ dicitur constitutiva filij tamen realiter erit filius, quia realiter illi communicatur. iam vero, quoniam sit absurdum admitere Spiritum S. esse realiter filium nemo non videat, qui catholicè sentiat.

Arguo rursus in eandem sententiam quia 2a persona non constituitur per intellectionem similis in natura cum Patre. ergo non constituitur per intellectionem filius. consequentia patet, nam filius, qua talis exigit similitudinem in natura cum Patre. antecedens probatur nam intellectio non est formalissimè natura divina, sicut modo supponitur, et ab his Autoribus non negatur. ergo ex intellectione non evadit 2a Persona similis in natura cum Patre, quandoquidem, aliud est natura Patris, et aliud eius intellectio, quæ communicatur formaliter Verbo, nec una est alteri similis in esse rei, sed ad summum intentionaliter, quatenus intellectio representat quidquid est in natura Divina.

Dices cum intellectio Divina perfectissima sit in ratione cognitionis assimilatur non solum intentionaliter, sed etiam realiter cum natura Divina quam representat. contra quia licet sit perfectissima in esse cognitionis non extrahitur a propria linea, quæ solum est intentionaliter assimilari cum obiecto, quo pacto licet infinito modo representet creaturas non assimilatur eis

cii realiter, sed solum intentionaliter, quandoquidem intellectio seu cognitio Dei representans equum non est realiter sicut equus, neque realiter, sed tantum intentionaliter assimilatur illi, quatenus representat id quod realiter est in equo. constet ergo divinam intellectionem licet perfectissimam, non esse realem, aut naturalem similitudinem essentiae divinae.

Dices ulterius, actum intellectionis, quo Pater aeternus intelligit per propriam essentiam et naturam esse similitudinem illius saltem generali modo, quo quilibet actus intus est similitudo sui obiecti. rursus intellectio divina claudit saltem implicite naturam divinam. ex quibus praemissis fit intellectionem divinam esse naturalem similitudinem essentiae divinae, propterea quod explicite representet essentiam, et implicite contineat illam. unde communicata hac intellectione verbo communicatur ei similitudo naturalis essentiae, vel naturae Patris, proindeque filius evadit. et licet amor etiam implicite claudat essentiam divinam, quia tamen ex se non est obiecti similitudo sicut est intellectio non dat Spiritui S. cui formaliter, et immediate communicatur similitudinem naturalem Patris. et consequenter neque esse filium.

Haec tamen evasio pluribus potest impugnari. 1° quia falso supponit intellectionem implicite claudere naturam divinam, neque enim natura claudit intellectionem, nec intellectio naturam, ut ex materia de attributis suppono, et etiam supra diximus. ubi reiecta manet ea quoad implicitum inclusio. 2° licet intellectio dicatur implicite claudere naturam, adhuc immediate non communicatur verbo secundum conceptum naturae quia solum ei communicatur secundum explicitum quod affert. ergo dum communicatur intellectio non communicatur formaliter, et immediate similitudo naturalis. patet quia similitudo naturalis exigit utrumque videlicet intellectionem, et naturam. unde solum

solum communicabitur intentionalis similitudo, quę iam consedi
tur insufficiens ad constituendum filium. 3° q.a communicata prę
cise naturali similitudine in natura, quę stat pro eadem numero, vel
specie natura, iam tūs intelligitur filius. ergo per accidens est ad ratio
nem filij communicatio similitudinis intentionalis provenientis ex
intellectione. ans patet tum ex creatis, tum ex ipsa generationis
deffinitione.

Displicet etiam id q̃ additur de Spiritu S. q.a potius ex hac doctri
na probo Spiritum S. esse filium, etenim ad similitudinem natu
ralem ñ minus exigitur natura, quam similitudo, cum ex vtraqȝ
fr̃aliter consurgat, sed perte sufficit ad conceptum filij inplicita na
turę inclusio. ergo sufficit etiam inplicita similitudinis inclusio.
cum autem amor, qui fr̃aliter communicatur Spiritui S. claudat in
plicite naturam, et intellectionem iuxta hos D.D. mutuam divina
rum perfectionum inclusionem admitentes erit absqȝ dubio natu
ralis similitudo, constituens proinde Spiritum S. filium. neqȝ
video cur similitudo intellectionis sit naturalis ad naturam inplicitē
clausam, et amor ñ sit similitudo ad intellectionem inplicite conten
tam.

Propterea sic arguitur. sicut intellectio est similitudo sic amor est
vnitas, sed intellectio, q.a explicite est similitudo, et inplicite clau
dit naturam, dicitur absolute similitudo naturalis. ergo q.a amor est ex
plicite vnitas, et inplicite claudit naturam, erit vnitas et identi
tas naturalis. ergō Spiritus S. cui fr̃aliter communicatur a Patre
Divinus amor erit vnus et idem in natura cum Patre, co enterqȝ filius.
neqȝ respondere valet amorem ñ constituere amantem ~~vnum cum~~
amato quoad identitatem, sed quoad affectum. contra enim est q.a sicut
intellectio licet ex se ñ sit propria, sed intentionalis obti similitudo
tamen in Deo crescit usqȝ ad gradum similitudinis naturalis ob
inclusionem naturę divinę, sic amor licet ex se ñ sit vnitas
nisi per affectum, ob inclusionem tamen naturę divinę,

Divinę, quam in Deo habet erit unitas et identitas naturalis, vel quo ad naturam.

Ultimo sic arguo: Divinus amor habet formaliter et explicite similitudinem cum natura Patris. alioqui claudit implicité naturam ergo habet similitudinem naturalem. unde cum formaliter communicet Spiritui S., constet illum similem in natura cum Patre proindeque filium. maior probatur, quia Divinus amor formaliter et explicité habet esse vitam, esse substantiam et alia plura perque convenit cum natura Divina. Dices eam similitudinem non esse specificam. contra non etiam intellectio non habet explicite, similitudinem et convenientiam, sed potius differentiam specificam respectu naturę divinę, et tamen ob naturam inclusam dicitur habere similitudinem naturalem, sufficientem ad constituendum filium. ergo similiter in amore. 4° Duplex alius oppinandi modus reffellitur: caput 10.

Primus est, quem P. Alvertinus excogitavit tomo 1° q.e 14 theologica de relatione dubio 2° difficultate 2a, cui non nulli R.R. acquiescunt. is est, ideo 2am Personam, et non 3am esse filium, quia 2ę communicatur formaliter essentia Divina per modum speciei, non vero 3ę, quod ita declaratur, essentia Divina gerit munus speciei fecundans, et ultimo complens, tum intellectum Divinum in ordine ad cognitionem, tum etiam principium proximum 2ę Personę, seu Divini verbi; debet autem verbo communicari utriusque processionis proximum sui principium in actu 1° completum. unde necesum est ut illi communicetur essentia Divina per modum speciei, siquidem

siquidem ea complet prium proximum verbi ut ratione tali; ad pro
ductionem vero spiritus S. quę fit per voluntatem ñ requiritur ex parte prij species, et cōnter illam ñ accipit spiritus S. virtutem processionis. en apertum discrimen ratione cuius in sententia horum Authorum 2a persona filius evadit, et ñ 3a.

Pluribus et merito displicuit hęc oppinio, quam ita refello 1o, q essentia per modum speciei vel addit aliq ultra conceptum essentię, vel nihil addit: si addit aliq: illud erit omnino superfluum, et per accidens ad conceptum filij, qui solum exigit eandem essentiam vel naturam cum Patre, ut satis constat tum ex generationis deffinitione, tum ex creatis generationibus per quas nihil aliud filio communicatur quam eadem in specie natura cum Patre; si vero dicas nihil addere: contra q tota, et adequata essentia communicat Spiritui S. ut ex dictis, et dicendis est mihi certum. ergo si verbum ob istam communicationem est filius, erit etiam Spiritus Sanctus.

Refello 2o q licet eo q essentia per modum speciei compleat et quasi fecundet prium proximum verbi, ñ sequitur illam debere communicari verbo; q in genere loquendo, ñ opus est q prium proximum verbi communicetur verbo: species enim creata iuxta hos A.A. ultimo complet, et quasi fecundat prium proximum verbi mentalis; quin tamen ea communicetur mentali verbo, sicut neq communicatur intellectioni creatę quandiu ultimo compleat eius prium, q est intus, neq visioni beatę communicatur essentia divina, quandiu per modum speciei concurrat cum intu ad eius productionem, imo plures docent per ipsam visionem fraliter, ut ad intu productam fieri verbum, quin propterea communicetur illi divina essentia per modum speciei concurrens.

Refello 3o, q neq essentia divina, nec ullum aliud prędicatum Dei proprie loquendo gerit munus speciei ut in materia

in materia de scientia docui, q. si daremus essentiam generare mu nus speciei n̄ esset in ordine ad verbum, sed in ordine ad intellec tionem unde f̄cundaret intum ad cognoscendum, n̄ vero f̄cun daret prium proximum Verbi. demum usq. adeo est inex plicatum q. sit essentia per modum speciei, quamdiu ab Att.is n̄ semel usurpetur iste loquendi modus.

Tus autem opinandi modus est, ideo 2am Personam et n̄ 3am esse filium, q.a 2ę et n̄ 3ę communicatur ex vi f̄ali ius ꝑcessionis essentia Divina, quę consistit, vel in sola in tellectione, vel in solo intellectibo, vel in conjuncto q. resultat ex utroq. secluso quolibet alio. convenit ergo inter hos D.D. 1o q. integer essentię Divinę conceptus ex vi f̄ali communicetur 2ę et n̄ 3ę Personę. 2o q. talis conceptus essentię Divinę nihil includat, q. ad lineam intus n̄ pertineat. 3o 2am personam evadere filium propter hanc communicationem, et ex illius deffectu 3am n̄ esse filium, at in assignando prędicato pertinen te ad intum in quo f̄alissime consistat essentia discrepant.

Pluribus tamen ex capitibus displicet hęc opinio. 1o q.a secludit ab essentię constitutibo prędicata, quę pertinent ad lineam voluntatis, cum tamen volitibum sal tem radicale constituat illam. 2o q.a negat Spiritui S. commu nicari vi f̄alissima ꝑcessionis naturam Divinam, cuius oppositum supra docuimus q.e 2a huius tt.us cap.e 7o, demum q.a licet materialiter solum communicaretur Spiritui S. na tura, quę f̄aliter communicatur Verbo, n̄ inde sequeretur Spiritum S. absolute n̄ esse filium, sed n̄ esse filium ex vi f̄a lis ꝑ ea ratione qua communicatur illi natura, filius est. ergo si realiter communicatur realiter est filius.

Hanc ultimam impugnationem, quę semper mihi efficacissima est, explico magis, et confirmo, n̄ ea ratione qua deffinitio convenit rei convenit deffinito, sed iuxta hanc

hanc sententiam dessinitio filij convenit realiter et ex parte obti spiritus s. ergo convenit illi realiter et ex parte obti esse filium. minor pr. n. dessinitio filij tantum petit similitudinem in natura cum Patre, que sane realiter et ex parte obti reperitur in spiritu s. cum ei communicetur realiter et ex parte obti eadem natura Patris.

